tris tui ponā super sedē tuā. Dixerūt igit ad eum omēs.
Perge ergo ⁊ tu ad dñm ⁊ deprecare ꝓ nobis. Nūc aūt ⁊
nos clamem⁹ in celū ⁊ miserebit nostri deus noster ⁊ me-
mor erit testamēti patrū nostroꝝ. j. Mach. iiij. Tūc Da-
uid cepit in celū ascēdere in spiritu ⁊ dicere. Aperite mihi
portas iusticie ⁊ ingressus in eas cōfitebor dño. Michael
autē archangelus ait ad eum. Reuela dño per me viam
tuam et dabit tibi petitiones cordis tui? Respondit Da-
uid. Eructauit cor meum verbū bonum: dico ego opera
mea regi. Dixit Michael. Uide ne diutius graues regem
sermone prolixo. Tu em̄ scis quia vir linguosus non diri
getur in terra hac? Respondit Dauid. Lingua mea cala-
mus scribe velociter scribentis. Tunc angeli charitate p̄-
uenti ibant ad dominū dicentes. Memento domine Da-
uid: ⁊ omīs mansuetudinis eius. Et ait dñs. Inueni Da-
uid seruū meum: oleo sancto meo vnxi eum. Et veritas
mea ⁊ misc̄dia me cū ipso ⁊ in noīe meo exaltabit cor ei⁹.
Dixit quoq̄ȝ Dauid ad Michaelē. Quis deducet me ad
ciuitatē munitā. Introductus q̄ȝ ꝑ angelū ⁊ trāsiens de
hierarhiā. i hierarchiā. de ordine in ordinē: aspiciēs loci
amenitatē ait. Quā dilecta tabernacula tua dñe virtutū
cōcupiuit ⁊ defecit aīa mea in atria dñi. Bti q̄ hītāt in do
mo tua dñe in secl'a secl'orū laudabūt te. Tūc ꝑueniēs ad
thronū dei vbi sancta trinitas residet ꝓstrat⁹: humiliter
adorauit di. Bñdicat nos de⁹ deus nr̄: bñdicat nos deus
et metuāt eū oēs fines terre. Dixit aūt dñs. Quid vis vt
faciā tibi? At ille. Ubi sūt misc̄die tue dñe sicut iurasti Da
uid in veritate tua. Tu dixisti. Clamabit ad me et ego ex
audiā illū: eripiā eū ⁊ gl'ificabo eū. Lōgitudine dierū re-
plebo eū ⁊ osndā illi salutare meū. Ad te ergo dñe clama-

Gemit⁹ patrū i limbo

Dauid lo gatus.

bo deus meus ne sileas a me. Exurge q̄re obdormis dñe exurge ne repellas in finē: q̄re faciē tuā auertis: obliuisce ris tribulatiōis nostre. Educ de carcere aīas nr̄as: vt ꝯfi teamur noī tuo dñe. Tūc deo iubente dixit iusticia. Non ne ꝑ te scriptū est. Iustus dñs ꝛ iusticias dilexit: eq̄tatem vidit vultus eius. Iusticie lex dat vt pctōres ꝯuertant in infernū ꝛc̄. At Dauid. Tace tu nūc iusticia: nec mihi mo lesta sis: qm̄ scriptū est. Miseratiōes dñi sup oīa opa ei⁹. Vñ resumpt̄ viribus Dauid ait dño. Iustus q̇dē es dñe. ꝛ rectū iudiciū tuū: fac tñ cū seruo tuo ₰m miscdiam tuā. Reminiscere miserationū tuarū dñe: memor esto ꝯgrega tionis tue dñe: quā possedisti ab initio. Fiat miscdia tua dñe sup nos: queadmodū sperauimus in te. Tūc ꝛ oīes sancti patres clamātes dixerūt. Ne reminiscaris dñe deli cta nostra vel parentū nostroꝝ: neq̧ vindictā sumas de peccatis nostris. Thobie. iij. Vt q̇d dñe repulisti in finē iratus est furor tuus sup oues pascue tue. Ostēde nobis dñe miscdiam tuā ꝛc̄. Itaq̧ miscdia cōpatiēs gn̄i hūano dixit ad dñm. Tu exurgēs dñe misereberis siō: q2 tp̄s mi serēdi ei⁹ q2 venit tp̄s. Nōne tibi dñe ꝓpriū est misereri: magisq̧ tue bonitati ꝯuenit ₰m miscdiaꝫ agere q̄ꝫ ₰m me rā iusticiā. Audiēs Dauid miscdiam loq̇ ꝓ se: gr̄as agēs dixit. Miscdias dñi ineternū cātabo: sed ꝛ genus hūanuꝫ audiens ꝓ se esse miscdiam: cepit fortiter clamare. O dei miscdia: o dei immēsa pietas: o dei bonitas. Miserere no stri dñe miserere nostri. Fac miscdia tua dñe sup nos ꝛc̄. Exurge dñe adiuua nos: ꝛ libera nos ꝓpter nomē tuum. Placat⁹ itaq̧ de⁹ dixit ad Dauid. Vade q2 uisitabo vos ꝛ suscitabo sup vos verbū meū bonū vt reducā uos. Hie re. xxix. Prostratus Dauid ꝛ gratias agēs dixit. Cōfite bor tibi dñe in toto corde meo. Narrabo oīa mirabilia tua: letabor ꝛ exultabo in te: psallā nomini tuo altissime. Narrabo nomē tuū fratribus meis: in medio iustoꝝ lau dabo te. Reuersusq̧ Dauid ad suos: ait cū gaudio. Qui timetis deū laudate eū: vniuersum semē Iacob glorifica te eū. Qm̄ nō spreuit neq̧ despexit depc̄atione papis ꝛc̄. Intellexi a dño qm̄ ineternum seruabo Dauid miscdiam meā ꝛ testamentū meū fidele ipi. Tūc oēs sancti p̄res le ti effecti: deo gratias reddiderūt: eū laudātes ꝛ dicētes. Benedict⁹ es dñe deus patrū nostroꝝ. Benedict⁹ es dñe q̇ intueris abyssos: Bn̄dictus es sup thronū maiestatis: ꝛ laudabilis ꝛ gl̄iosus in secula.

¶ Articulus. ij. ꝑ modū historie: qualiter determinatuꝫ est ꝑ diuinā sapientiā vt homo redimat. Ubi primo poni tur allegatio miscdie: secūdo oppositio iusticie: tertio de terminatio sapientie. Cap̄. j.

Determinatio diuine sapiētie: vt hō redimat.

SEcūdū mysteriū dicitur de terminatiōis. Grādis nempe q̄stio orta est in ter dei miscdiam ꝛ iusticiā ac veritatē de hoīs liberatiōe: que quidē ꝑ filiū dei scꝫ sapiētiā hoc mō deter minata est. Et hanc imaginationē ponit Bern̄. sup. Mis sus est. ¶ Circa hec aūt tria cōtemplemur. Prio miscdie allegationē ꝛ ꝓbationē. Nā miscdia dicebat. Piū est ho mini misero ꝑ se surgere non valēti misereri. Et hoc ꝓbat pluribus modis ꝛ rōnibus.

Allegatio miscdie

Primo ex lege diuina
Secundo ex lege canonica
Tertio ex lege phisica
Quarto ex lege ciuilica.

¶ Pria rō accipit ex lege diuina: qm̄ scriptūē ꝑ ꝓphetā iter. Miscdia dñi ab eterno vsq̧ ineternū sup timentes eū. Et Nūq̇d obliuiscet misereri ds: aut ꝯtinebit in ira sua miscdiam suā: igit ꝛc̄. Et ꝯfirmabit sic. Indecēs est ꝛ oī no illicitū deū sūme miscdie (sicut oīs lex diuina ꝛ ꝓphe te clamāt) summā miscdiam non ondere. Suauis est dñs vniuersis. ꝛ miseratiōes ei⁹ sup oīa opa eius: ḡ inq̇t. Tu deus hoc sup oīa misericordissimū opus facē debes: te ipm̄ ꝓ redēptiōe hoīs exhibēdo. ¶ Scdo ꝓbat rōne sū pta ex lege Canonica: q2 qd semel placuit ampli⁹ displi cere nō pōt: ex̄ de reg. iu. li. vj. Deo aūt placuit hōieꝫ cre asse ad hūc finē: scꝫ ad beatitudinē ḡ reduci debet ꝛ repa ri ad eādē misericordit post lapsum. Itē odia sūt restrin gēda: fauoreas ampliādi: vt dr ibidē: scꝫ de reg. iu. li. vj. ꝛ d penitē. dist. j. Pene. Odiosum aūt fuit pctm̄ Ade ꝛ me

Primo ex. l. diuina

Scda lege canonica

ruit penā: ideo ꝯgruū est o dñe deus vt ₰m tuā miscdiam amplies ei feruorē clementie ꝛ miseratiōis tue: indulgen do eius pctō. ¶ Tertio ꝓbat rōne sumpta ex lege phisi ca: q2 vnicuiq̧ rei ꝯueniēs est illud qd cōpetit sibi ₰m suā ꝓprietatē naturalē: vt dicit Aristo. et Porphi. li. de vl̄i. Propriū inq̇t est qd vni soli ꝛ sp ꝯuenit: vt hoī ridere vel rōcinari ꝛc̄. Sꝫ deo ꝓpriū est misereri: vt canit eccl̄ia. De us cui ꝓpriū est misereri sp: ḡ ꝛc̄. Et hoc ꝯfirmat ꝑ exem pla naturalia: q2 pietas ꝛ miscdia ꝓpria est nobilib⁹ ꝛ ma gnanimis aīalibus Nobilis eñ ira leonis ꝑcere ꝓstratis Sed ꝛ vrsus aīal iracūdissimū: ꝛ aper ferocissimus parce re norūt ꝓstratis: idcirco ꝯueniēs est vt deus misereatur hoī ꝓstrato ꝑ pnie hūilitatē. ¶ Quarto ex lege Ciuili ca: q2 dolus alicuius nō debet sibi patrocinari: vt exinde p̄miū vl̄ lucrum assequat. ff. de dolo ma. l. ne ex dolo suo lucret. Nec debet q̇s ꝯsequi emolimētū de mendacio suo vt. ff. de nata. rest. l. j. Sed q2 serpēs fraude Adā ꝛ Euam decepit: vt in seruitutē ꝛ captiuitatē eos redigeret: iō ma leficia serpētis lucrū ꝛ emolimētū habere nō debēt: vincu lis suis sp hoīes detinēdo. Itē deceptis ꝛ nō decipiētib⁹ iura subueniūt. ff. ad velleianū. l. ij. Verba. Et. ff. de in in te. resti. §. finali. Debet ergo ius diuinum subuenire dece pto homini ꝛc̄.

Tertio lege phisica

Quarto lege ciuilica

Capitulū. scdm.

SEcūdo circa hāc q̄stionis decisionis ꝯtemple mur ꝟitatis ꝛ iusticie opinionē. Cū eñ talibus rōnib⁹ miscdia inclinaret deū patrē ad miserā dū ꝛ redimēdū hōiem: ꝟitas obstat di. O mia: q̇d tu loq̄rꝫ: nūq̇d vis me ꝑire: tu eñ dñe de⁹ cū sis de⁹ et nō mētiaris: nā scriptū est Veritas dñi manet ineternū: ꝑ ps̄. Sed tu dixisti hoī. Quacūq̧ hora comederitis: mor te moriemini. Gen̄. ij: ḡ oppꝛtet q̧ ista snīa tua stet fixa in veritate: ꝛ sic hō in morte maneat. Ad hec Miscdia respō dens: ait. Nonne vbi scriptuꝫ est. Veritas domini manet ineternum: immediate premissum est. Qm̄ cōfirmata est super nos misericordia tua. Facienda est ergo hec miseri cordia homini vt liberet ꝓpter me: ne forte ip̄e deus vi deat esse immisericors sed ꝛ tu ꝟitas debes mihi ꝯsentire in hoc. Ne autē obstet ꝟitas illius snīe quā allegasti: scꝫ. Quacunq̧ hora comederitis morte moriemini: fiat hoc mō vt hō ꝛ moriat ꝛ q̇dāmō nō moriat ꝓpt me. Moriat q̇dē corꝑalit: cuius q̇dē mortis necessitatē incurrit ꝑ illā sniam: sed nō moriat morte eterna. In hoc eñ mihi ꝯsen tire debes: qm̄ scriptū est. Nūq̇d ineternū ꝓijciet ds aut in finē miscdiam suā abscidet a gn̄atiōe in gn̄ationem ꝛc̄. Ait ꝟitas. Vere tibi nō ꝯsentire asperū est ꝛ crudele iudi co: qm̄ scriptū est. j. Coꝝ: xiiij. Nō est dissensiōis ds sꝫ pa cis. Libeat ḡ misereri hoī hoc mō q̇ nō derogat veritati. Iusticia ꝟo vidēs ꝟitatē ꝯsensisse: ait ad eas. Quid facitꝭ o miscdia ꝛ ꝟitas: nūq̇d ds subuertit iudiciū: Iob. xxxiiij. Scriptū est eñ. Iustus ds ꝛ iusticiā dilexit: eq̇tatē vidit vultus eius. ps̄. Non ḡ ꝑmittā sic homini misereri vt ex cludar. Iusticia quippe requirit vt sicut scriptuꝫ est Esa. xxvj. Tollat impius ꝛ peccator ne videat gl̄iam dei ꝛc̄. Miscdia ait. O iusticia nō sis mihi ꝯtraria: sed fiat homi ni miscdia saltē ꝓpter me: si nō ꝓpter Adā: q2 ꝛ scriptum est ꝑ Ps̄. Miseratiōes dñi sup oīa opa eius: ergo ꝛ sup iusticiā: vnde ꝛ tu mihi debes ꝯsentire vt homo miscdiam ꝯsequatur. Iusticia ait Nō possum aliter consentire nisi ꝛ mihi satisfiat: nec decet vt deus tm̄ agat ₰m miscdiam: sꝫ ꝛ ₰m iusticiam. Fiat ergo mihi satisfactio de peccato ho minis vsq̧ ad nouissimū quadrantem: dicente scriptura. Amen quippe dico vobis non exibit inde homo nisi red dat nouissimū quadrantē. Matth. v. Hoc facto tibi bene ꝯsentire possum vt homo liberet: al̄s ego peribo. Et vt Ansel. lib. j. Cur deus homo: ca. xij. ait. Liberior inquit esset iusticia si sola misericordia dimitteret. Dimittere q̇p pe peccatū sine satisfactione: non est aliud q̄ꝫ non punire. Si aūt peccatū non punitur: inordinatū aliquid dimittu tur: quod non decet regnum dei: ḡ ꝛc̄.

Oppositiones iusticie ꝛ veritatis

Capitulum. iij.

TErtio contemplemur circa hoc diuine sapientie diffinitionē siue ꝯclusionē. Nā tot ꝯtrarietatib⁹ motis deus pat dedit oīe iudiciuꝫ facere filio: sicut scriptum est Ioann̄. v. Et mandauit istud

Diffinitio diuine sapiētie

decernere. Fili⁹ aūt q̇ et sapiētia dei pr̄is est ẜm ap̄lm.j.
Cor.j.auditis allegationibus vtriusq̃ partis:dixit. Iu-
sticia dicit:perij si Adā nō maneat in morte. Alia autē di
cit:perij si Adā misc̄diam nō cōsequat̄. Hec est ergo diffi
nitiua sentētia super hoc. Fiat pena ⁊ mors bona Ade: ⁊
habebit vtraq̃ q̄d petit. Obstupuerūt om̄es ⁊ dixerunt.
Quō fiet istud cū pena sit amara ⁊ mors peccatoꝝ pessi-
ma:teste scriptura:quō ergo erit bona. Iudex ait. Que-
ratur ex filijs Ade aliquis:qui omnino sit iustus et absq̃
om̄i peccato etiā originali qui nō sit dignus mori; et iste
moriat̄ ex charitate ⁊ puniat̄ ꝓ humano genere:cū nō sit
debitor mortis ⁊ pene;satisfit iusticie ⁊ homini misc̄dia im
pendet̄. Cucurrit ergo ꝟitas ⁊ circūiuit orbē terre et q̄si-
uit si inueniat talē innocentē:et nemo est inuentus mun-
dus a sorde:nec infans cuius est vnius diei vita super ter
rā:teste scriptura. Tūc cū rediret misc̄dia ⁊ veritas obuia
uerunt sibi scʒ mutuo. Et quesiuit misc̄dia si inuenisset iu-
stum. Illa respondit. Om̄es declinauerūt simul inutiles
facti:nō est qui faciat bonum non est vsq̃ ad vnum: teste
ps̄. Tunc ⁊ iusticia ait. Et si inueniret̄ talis iustus sed pu-
rus hō;quō eius morte vel pena satisfieret ẜm dei iusticiā
de pctō hominis:cum pctm̄ homīs sit infinite grauitatis
Tum q₂ cōtra bonitatē infinitā. Tū q₂ hominē infinito
bono priuauit. Tum q̊ʒ q₂ infinita indiuidua humani ge-
neris in potentia corrupit: sicut patuit parte.j. huius li-
bri.ar.ij.c.ij. in medio. Om̄is aūt hō purus finiti est me-
riti,igit̄ ⁊c̄. Tunc ait diuina charitas. Quicquid in hac re
contēdatis: hoc est iudiciū vt deus fiat hō iustissimus et
absq̃ pctō; ⁊ charitate satisfaciat ẜm merā iusticiā sua pe-
na ⁊ morte pro homine. Sicq̃ misc̄die ⁊ iusticie satisfit: et
cum hoc charitas dei infinita manifestabit̄: cum sic deus
hominē dilexerit ⁊ leuauerit eū a peccatis suis in sangui-
ne suo. Super hac sententia pacata est iusticia ⁊ osculum
pacis dedit misc̄die ⁊ charitati;⁊ tunc iusticia et pax oscu-
late sunt. Tūc deus pater ait. Om̄ia in sapientia fecimus
mundū creando:sic om̄ia in sapientia.id est.in filio facie-
mus mundū reparando. Ait filius. Ecce ego:vt fiat ista
misericordia charitas; iusticia et veritas in promissione.
In capite quippe libri scriptū est de me vt facerē volun-
tatem tuam. Et sic determinatū est vt fili⁹ dei sit homo:
per incarnationē quoq̃ eius ⁊ passionē liberetur homo.
O igitur anima fidelis. O christi sanguine redempta; vi-
de quanta charitate deus te amauit: vide quāta eius mi-
sericordia erga te extitit:quāta bonitas:vt ipse ꝓ te pec-
catore voluerit in seipso satisfacere:⁊ cū resurgere nō pos-
ses:ipse ꝓ te subleuādo seip̄m subiecerit. Exinaniuit ꝓ te
semetip̄m ⁊ formā serui accepit q̇ pctā tua ipse pertulit in
corpe suo: vt pctīs mortua iusticie viuas. O gratiosissi-
ma diuine sapiētie diffinitio vt deus sit hō cui⁹ passiōe re-
dimat̄ hō. O felix culpa (inquit Greg.) q̄ talē meruit ha-
bere redēptorē. O benignissime de⁹ tibi q̄d ꝓ his refera-
mus laudis et gratiarūactionis. Si millesies nos pro te
impenderemus: minimū esset ad id q̄d tibi ex equo debe-
mus pro te tam pio dono ⁊ beneficio immenso.

¶ Articulus.iij. qualis cōditionis debuit eligi ⁊ esse ma-
ter dei ⁊ domini Iesu christi.

TErtium mysteriū dicitur ma
ternalis electionis. Circa quod pro cōtinuati-
one historie precedentis possumus cōtempla-
ri ꝙ postq̃ patribus sanctis innotuit ꝙ dei filius de sua
matre preelectissima incarnari deberet:cōsilio inito dixe-
runt adinuicem illud.ij.Reg.j. Queramus (inquit) nunc
adolescentulā virginē speciosam que stet coram rege et
seruiat ei ⁊c̄. Talem (inquā) que digno suscipiat hospitio
deum nostrū:nec in ea inueniat̄ q̄d oculos sue maiestatis
offendat ne forte inducat sup̱ nos maledictionē ꝓ bene-
dictione Gen̄.xxvij. Tūc inter eos Iob dixit q̄d scriptū
est.c.xj. Forsitan vestigia dei comprehēdemus:⁊ vsq̃ ad
ꝑfectū om̄ipotentē reperiem⁹:excelsior celo est:⁊ vn̄ co-
gnoscemus.q.d. Non possumus nos istō ꝑ om̄ia ꝑfecte
scire quot ⁊ quātis ꝑfectiōibus dei mater debeat fulgere
sed hec ad sapiētiā dei ꝑtinent declarare. Exurgēs quo-
q̃ Iesus filius Sirach qui ⁊ Ecc̄iasticus appellat̄: dixit
quod scriptū est.c.j. Om̄is sapientia a dn̄o d̄o est: arenā
maris ⁊ pluuie guttas ⁊ dies seculi q̄s dinumerauit? Sa-
pientiam dei precedētē om̄ia quis inuestigauit? radix sa-
piētie cui reuelata est ⁊ astutias eius quis agnouit? Vn⁹
est altissimus creator oīm:oīp̄s ⁊ dn̄ans deus:ip̄e creauit
illā:scʒ virginē matrē suam:id est creandā ꝓuidit ab eter
no ⁊ multis ꝑfectionibus decorandā sequit̄. Ip̄e sol⁹ vi-
dit ⁊ dinumerauit ⁊ mēsus est ⁊ exaltauit eam super om̄ia
opera sua ⁊ super oēm carnem ẜm datum suum. Hec ibi.
Dixerunt itaq̃. Mittamus ergo ad dei sapientiā legatū
vt doceat nos qualis ꝯditionis esse debeat? ⁊ quātis ful
gere debeat ornatibus ꝑfectionū ip̄a que digna est eligi
in matrem dei. Miserunt igitur Dauid qui veniēs ait ad
diuinā sapientiam. Dn̄e ad te confugi:doce me facere vo
luntatē tuam:quia deus meus es tu:sp̄ūs quippe tu⁹ de-
ducet me in terrā rectam: ꝓpter nomen tuū dn̄e viuifica
bis me in equitate tua: scio em̄ q₂ btūs quē tu erudieris
dn̄e:⁊ de lege tua docueris eū ⁊c̄. Doce ergo me tuā vo-
luntatē de matris eligēde ꝯditione? Respōdēs quoq̃ di-
uina sapiētia ait illud Deut̄.vj. Obserua ⁊ audi q̇ ego lo-
quor tibi hodie. Ip̄a quippe virgo q̄ deū debuit ꝯcipere:
debuit esse femina amicta sole charitatis: ⁊ luna mūdane
instabilitatis sub pedibus eius ꝑ ꝯtemptū oīm terrenoꝝ
⁊ in capite eius corona duodecim stellaruʒ:q₂ duodecim
ꝯditionibus nobilitatis debuit fulgere ⁊ gl̄iari:q̇ sequun-
tur in tribus quaternarijs distincta. Primus q̄ternarius
accipit̄ ex ꝑte corporis. Secūdus ex ꝑte aīe. Tertius ex
ꝑte vtriusq̃. Nā ex parte corporis debuit esse.

Primo formosissima
Secundo nobilissima
Tertio de Dauid stirpe regia
Quarto nomine Maria

¶ Secundo ex parte anime debuit esse

Primo a peccato purissima
Secundo virtutibus adornatissima
Tertio sanctitate excellentissima
Quarto dono dei perfectissima.

¶ Tertio ex parte vtriusq̃ debuit esse

Primo virgo castissima
Secundo voto Ioseph ꝯsecrata
Tertio viro despōsata
Quarto in Nazareth commorata.

Capitulum primum.

PRima atq̃ stella q̄ gl̄iat̄ btā virgo d̄r formosi-
tas. Ip̄a em̄ debuit esse ⁊ fuit virgo pulcherri-
ma corpe et aīa iuxta illud Can̄.iiij. Tota pul-
chra es amica mea ⁊c̄. ¶ Circa q̄d querit̄. vtꝝ
ꝯgruū erat dei m̄rem eē pulcherrimā pulchritudine cor-
porali? Arguit̄ ꝙ nō:q₂ in matre christi nil debuit esse de
vanitate; sed fallax gr̄a ⁊ vana est pulchritudo. Prouer.
vlti. Ergo ip̄a non debuit esse pulchra. Preterea pulchri
tudo in femina est occasio periculi. Vn̄ Eccli.ix. Virginē
ne ꝯspicias ne scandalizeris in pulchritudine eius. Et ite-
rum. Propter speciē mulieris multi perierūt. Sed beata
ꝟgo oībus debuit esse causa salutis ⁊ nulli causa pereūdi:
g̊ non debuit esse pulchra corꝑaliter. Preterea deus in in
carnatione maximā debuit ostendere humilitatē:iuxta il
lud Phil̄.ij. Exinaniuit semetip̄m formā serui accipiens.
sed maior est hūilitas carnē accipe de deformi q̄ʒ de pul-
chra: ergo mater dei debuit esse deformis? Ad hanc que-
stionem respondet̄ ꝙ mater dei non debuit esse deformis
sʒ pulcherrima:etiā corꝑali pulchritudine. Et hoc pluri-
bus rationibus quas ponit magnus Albertus sup̱. Mis-
sus est.c.xlij.

Primo ratione prefigurationis
Secundo ratione designationis
Tertio ratione assimilationis
Quarto ratione virtutis laudabilioris.

¶ Primo (inquā) ratione prefiguratiōis. Figura enim si
ue signū habere debet sil̄itudinē cum signato: sed omnes
mulieres prefigurātes matrē christi fuerūt pulcherrime:
sicut claret de Hester coniugata. Iudith vidua. Rachel
⁊ Rebecca ꝟginib⁹: teste scriptura sacra. ¶ Sc̄do rōe desi
gnationis scilicʒ interioris pulchritudinis. Nam per pul
chritudinem exteriorem ducitur intellectus ad interio-
ra: quia nobiliori et pulchriori anime debetur nobilius:

et pulchrius corpus. Nam materia et forma debent esse ꝓportionata ſm phm̃.ij.li.de aĩa. Vñ⁊ corpus humanũ nobilius ⁊ pulchri⁹ est oĩbus corpibus brutoꝝ ꝓpt̃ vnionem ad aĩam nobiliorẽ vicȝ rõnalem. Cũ ergo in btã virgine fuerit ꝑfectiſſima pulchritudo aĩe debuit esse ⁊ perfectiſſima poſt christũ pulchritudo corpis. Tertio rõne aſſimulatiõis. Nam phũs.ij.li.physi.dicit ꝙ natura est vis insita rebus: ſĩlia ex ſĩlibus ꝓcreans. Niſi ergo natura erret vel impediat̃ filius erit ſĩlis patri vel mr̃i. Sed qm̃ filius benedicte virginis christus fuit ⁊ debuit esse pulcherrimus: iuxta illd̃ Dauid. Speciosus forma p̃ filijs hoĩm. Nec põt impedimentũ hic ꝯcurrere: cũ naſcit̃ christus de mr̃e ſine pr̃e ſpũſancto opante: cuius ꝑfectiſſima ſũt opa ergo ſicut filius fuit pulcherrimus: ita ⁊ mr̃. Non em̃ põt arbor bona fructus malos facere ⁊ ecõuerſo Matth.vij. Quarto rõne virtutis laudabilioris. Btã em̃ virgo fuit castiſſima ⁊ ei⁹ castitas laudabiliſſima: ſed laudabilior est castitas in pulchris. Sicut ẽ alie ſancte virgines laudantur de pulchritudine corpali qñ ꝯiuncta est ſpũali ꝓut canit eccľia de quibuſdã di. Pulchra facie ſed pulchrior fide beata es ⁊c̃. Ita btã virgo om̃i laude digniſſima multomagis debuit cõmẽdari de castitate in ſumma pulchritudine corpali. Qualis aũt pulchritudinis erat patebit infra li.v.ꝑte.ij.ar.ij.ꝑ totũ ¶ Ad argumẽta in oppoſitũ ¶ Ad primũ rñdet̃ ſm eũdẽ Alber.vbi s̃.ꝙ bñ ſola corporalis pulchritudo vana est: non aũt qñ ꝯiuncta est ſpirituali: q: tunc virtus commẽdabilior reddit̃: vt patebit. ¶ Ad ſecundũ dicit̃ ſm eundẽ ibidẽ: ꝙ corpalis pulchritudo in ſuo genere bona est: licet mali qñqȝ ex hoc ſcãdalizant̃ ⁊ occaſionẽ periculi accipiunt. Scandalũ aũt maloꝝ vix vel nunq̃ȝ caueri põt. Nã ⁊ in deo q̇ ſumme bonus est mali ſcãdalizant̃ qm̃ demones ⁊ dãnati in dei iuſtitia q̇ optima est ſcãdalizant̃ teſte pſ̃. Supbia coꝝ q̇ te oderũt aſcẽdit ſemꝑ boni autẽ ⁊ ſcti edificãtur. Talis ẽ occaſio mali ſiue ſcãdali paſſiui nõ est vitiũ bonã naturã habẽtis: ſed culpa patiẽtis ꝓpt̃ hoc ẽ nõ debet dimitti quod bonũ est ⁊ ꝯgruũ: ſicut nec ꝓpter maloꝝ ſcãdalũ dei iuſticia dimittẽda ẽ. Põt etiã ad hoc dici ꝙ pulchritudo beate virginis nulli occaſio mali vel ſcandali fuit: q: ſm Bona. ip̃e ſpũſſctũs replẽs virginẽ p̃cauebat ne vnq̃ȝ ab aliquo ꝯcupiſceret̃: vt latius dicet̃ in alijs libris. Ad tertiũ dicit̃ ꝙ nõ fuit ꝯgrua talis hũiliatio deo q̄ hũilitatẽ ⁊ caſtitatẽ mr̃is minus cõmẽdabilẽ redderet ⁊ minueret. Nã neqȝ laude dignũ opinio iudicaret: ſi virgo deformis humilis eſſet ⁊ q̄ſi deſpecta viris virgo ꝑmaneret. Hec Alber. vbi ſupra. Patet ẽ ꝙ btã virgo fuerit pulchra.

Capitulum ſecundũ.

Secunda ſtella d̃r nobilitas: q: beata virgo fuit ⁊ debuit eſſe virgo nobiliſſima. Et hoc ſm Alber. vbi s̃.c.lv. pluribus rõnibus. Prio rõe exaltatiõis. Ip̃a em̃ debuit exaltari ſuꝑ oẽs homines ⁊ angelos ẽ debuit ſuꝑ oẽs humilior ⁊ virtuoſior eſſe. Sed vt di. Bern. Nobilior ⁊ cõmendabilior est hũilitas in nobili q̃ȝ in ignobili ⁊ abiecto Vt igit̃ digna ſit ſuꝑ oẽs exaltari debet ⁊ debuit nobilitate gñis fungi in q̄ maior ⁊ laudabilior eius virginitas foret. Nã Aug. dicit ꝙ nunq̃ȝ btã virgo fuiſſet ſuꝑ oẽs choros exaltata niſi fuiſſet ſuꝑ oẽs hoĩes hũiliata. Scd̃o rõne ꝯformatiõis quia em̃ vt dicit Eccľi.xiij. Om̃e aĩal diligit ſibi ſiľe: ⁊ ſm phm̃ ſiľe applaudit ſibi. Vñ ⁊ reges de ſtirpe regia volunt accipere ſibi ſponſas: ⁊ nobiles de nobili. Cũ ẽ christus deus ſit infinite nobilitatis: q: a pr̃e nobiliſſimo ſcȝ deo eternaliter genitus: genitura digniſſima: igit̃ debuit ⁊ mr̃em cõformiter hr̃e. Tertia rõ nobilẽ gratificationis: q: vt dicit Hiero. Seruitia ingenua ſunt gratiora: ſed beata virgo debuit ſeruire dei filio: ergo vt magis ſint grata eius ſeruitia: debuit eſſe ingenua ⁊ ſpectabilis genere. De hac ei⁹ nobilitate latius li.xj.par.ij.c.j.ar.j.

Capitulũ tertium

Tertia ſtella qua gľiat̃ dña noſtra d̃r Dauid generoſitas. Nam mr̃ dei debuit eſſe de ſtirpe Dauid regis. Quia (vt ſcriptura teſtat̃) ip̃i Dauid facta eſt ꝓmiſſio de chr̃o: iuxta illud pſ̃. Iurauit dñs Dauid veritatẽ ⁊ nõ fruſtrabit̃ eũ: de fructu ventris tui ponã ſuꝑ ſedẽ tuã. Vñ ⁊ Eſa.xj.c. Egredíet̃ virga de radice ieſſe: q̇ q̇dẽ fuit pat̃ Dauid ⁊ flos de radice eius aſcendet ⁊c̃. Proinde angelus annuncians beate virgini chr̃m dixit de eo Dabit illi dñs deus ſedẽ dauid pr̃is ei⁹ ſm Nico. de ly. intelligendo de tꝑali ſede vel regno Dauid: chriſtus nõ ſedit ſuꝑ ſedem Dauid: immo iſtud negauit coram Pilato Ioan.xviij.di. Regnũ meum nõ eſt de hoc mundo. Loquit̃ ergo hic angelus de regno ſpũali ⁊ celeſti. quod figuratũ fuit per regnum tꝑale Dauid: ſicut ⁊ celeſtis Hieruſalẽ per temporalẽ ⁊c̃. Claret ergo ꝙ beata virgo fuerit de Dauid ſtirpe regia ⁊ a deo electa.

Capitulũ quartum

Quarta ſtella dicit̃ noĩs dignitas. Nam mr̃ dei debuit nominari hoc noĩe digniſſimo Maria: quia cõgruentius ꝑ hoc nomen exprimitur ei⁹ virginalis ⁊ digniſſima cõceptio q̃ȝ ꝑ qd̃cunqȝ aliud nomen. vñ Ber. ſuꝑ miſſus eſt. di. Loquamur pauca de hoc nomine maria qd̃ interpretat̃ ſtella maris qd̃ mr̃i ꝟgini valde ꝯgruẽter adaptat̃. Ip̃a nãqȝ aptiſſime ſideri cõparat̃. q: ſicut ſine ſui corruptõe ſid⁹ emittit radiũ ſic ſine ſui leſiõe virgo ꝑturiuit filiũ: Nec ſideri radi⁹ minuit ſuã claritatẽ: nec virgini filius ſuã integritatẽ. Ipſa nãqȝ eſt ſtella nobiliſſima ex iacob orta: cuius radius vniuerſum orbẽ illuminat: cuius ſplẽdor etiã p̃fulget inſupnis ⁊ inferos penetrat. Hec Ber. Merito igitur a ſtella nomẽ accipe debuit mr̃ dei. q: ſic erat ꝓphetatũ. Nũe. xxiiij. Orietur ſtella ex iacob. Et q: magis eius virginali conceptiõi congruit. De hoc hic ꝑtrãſeo breuiter. q: latius.li.vj. tractatur⁹ ſum de eo.

Capitulũ quintũ

Quinta ſtella in ordine ⁊ prima ſcd̃i quaternarij dicitur puritas. Nam ip̃a benedicta virgo que dei mater erat eligẽda: debuit eſſe virgo puriſſima ad om̃i peccato immaculata: ſicut hoc p̃dittuȝ eſt Cañ.iiij. Tota pulchra es: ⁊ macula ſcilicet peccati non eſt i te. Ratio: quia nõ decebat dei matrẽ eſſe alicuius peccati ꝯtagione maculatã. Non em̃ habitat deus in anima vľ corpore ſubdito peccatis Sap̃.j. Hinc Anſ. de conceptu virgi.c.xviij. Decebat vt ꝯceptio illius hominis ex matre fieret puriſſima tãta puritate qua ſub deo nequit maior intelligi: cui deus pater ſuum vnigenitum quem de corde ſuo genuit equalẽ ſibi: ita dare diſpoſuerat: vt eſſet vnus ⁊ idem dei filius ⁊ virginis filius et quã ip̃e filius ſpecialiter ſibi matrẽ elegebat: ⁊ de qua ſpũſſanctus operaturus erat vt ex ip̃a cõciperet̃ ⁊ naſceretur ille de quo ꝓcedebat. Hec Anſ.

Capitulum ſextũ.

Sexta ſtella qua gloriat̃ dei mater dicit̃ virtuoſitas. Debuit em̃ mater dei eligi talis virgo q̄ foret virtutibus adornatiſſima: quoniã de ip̃a ſcriptũ eſt Eccľi.iiij. In me om̃is gratia vie ⁊ veritatis: i me om̃is ſpes ⁊ virtutis. Rõ: q: Berñ. dicit. Quantũlibet te affliges: quantũlibet te crucies. non dabit tibi copiam ſui dñs virtutum: niſi fueris virtutibus adornatus. Cum ergo deus nulli niſi virtuoſo copiã ſui tribuat: ſequitur ꝙ beata virgo dei mater cui ſe deus in filiũ tribuendũ diſpoſuerat eſſet virtutibus decoratiſſima. Proinde ⁊ ſm Augu. ac Berñ. beata virgo prius in anima q̃ȝ in corporeo vtero concepit ſaluatorem per fidem: ſpem: ⁊ charitatem Que virtutes ſi in ip̃a non fuiſſent: deus in eius vteꝝ nõ veniſſet. Debuit etiã ſuper om̃es eſſe humilima: quia deum amiſit prima femina Eua ꝑ ſupbiam: ergo ip̃a inuenire debuit toti generi humano per humilitatẽ. Et idcirco ip̃a teſte in ſuo cantico. Reſpexit dñs humilitatẽ ancille ſue. Luce primo. De eius virtutibus q̇bus floruit dicitur li.vij. parte.ij.ar.iij.ꝑ totum.

Capitulũ ſeptimũ

Septima ſtella dicitur ſanctitas. Nã debuit eſſe ſcitate excellẽtiſſima q̄ deũ gigneret: vtpote q̄ ſuꝑ oẽs ſctõs ⁊ choros erat exaltanda. Maiorem ẽ grãm ſanctificatiõis etiã in vtero ſue matris debuit hr̃e dei mr̃: q̃ȝ quicunqȝ ſctũs: qm̃ vt dicit Damaſce. ip̃a a nullo illuſtriũ debuit ſuperari que pre omnibus debuit exaltari. Et hoc etiam oſtendi poteſt ex ſcripture ſerie. Pſ̃. Sanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus. Et iterũ. Elegit eã deus ⁊ p̃elegit eã: ẽ p̃ alijs ſan-

Septĩa ſtella ſanctitas.

ctificauit. Secundo ex fide: quia qđ alijs est ꝯcessum: tante virgini est negatũ. sed ſm fidē Joannes ⁊ Hieremias sunt in vtero sanctificati: ergo multomagis beata virgo dei mater debuit sanctificari. Nam ſm Aristo. ij. Topic. Si ei cui minus videt̃ inesse inest: ⁊ ei cui magis. Si eñ serui christi p̄dicti sunt sanctificati: multomagis eius mater p̄cellentius est sanctificata. Unde Berñ. in ep̃la ad canonicos Lugđ. dicit. Puto ꝙ copiosioꝛ grã sanctificatiōis in ip̄am descēdit que non solũ ip̄ius ortũ sanctificauit sed etiã eam ab om̃i peccato immunē custodiuit. Hec ille. De hac sanctificatiōis latius li. v. ꝑte. j. ar. ij. ꝑ totum.

Octauo ꝑfectionis sublimitas

Capitulum octauũ.

Octaua stella dicit̃ ꝑfectiōis sublimitas. Debuit eñ talis eligi in dei matrē: q̄ foret dei dono ꝑfectissima ⁊ om̃i gratia plena: vt de eius plenitudine accipiant vniuersi: q̄tinus dicere valeat illud Eccli. xxiiij. In me om̃is gratia vie ⁊ veritatis: in me om̃is spes vite ⁊ virtutis. Trãsite ad me oēs qui ꝯcupiscitis me: et a generationibꝰ meis adimplemini. Decreuit ergo diuina sapientia vt ea que eligeret in matrē inquantũ talis esset tam ꝑfecta ꝙ ꝑfectioꝛ esse nō possit.

Questio maria ꝑfectioꝛ

¶ Circa hoc querit̃. Utrum deus potuerit ip̄am facere ꝑfectiorē vel meliorē q̄ȝ fecit? Respondet̃ ſm Tho. j. scrip. senten. di. xxij. ar. ij. Et iterum j. parte summe. q. xxvij. ar. vj. Cōcor. Alexanđ. de Ales: ꝙ ꝑfectũ est cui nil addi pōt de bonitate: ⁊ beata virgo inquantũ dei mater est talis. Licet eñ deus oēm creaturã in ꝑfectione accidētali possit in infinitũ facere meliorē. in ꝑfectione tamen essentiali non pōt facere meliorē. Uerbi gratia. Non pōt facere quaternariũ maiorē: quia si fieret maioꝛ iã non esset quaternarius: sed alius numerus: quia vnitas addita in numeris variat speciē: ſm Aristo. Sic a simili: licet deus potuerit beatã virginē vt dei creaturam vel vt mulierē facere meliorē in perfectione accidētali: tñ nō potuit facere vt esset melioꝛ mater ⁊ melioris filij mater ⁊ ordinata ad maius bonũ. Ita ꝙ his tribus non pōt aliq̄d fieri melius scȝ hũanitate christi: beatitudine creata: ⁊ beata virgine. Quod patet: qꝛ hec tria habēt quandã dignitatem infinitã ex bono infinito qđ deus est. Nã hũanitas christi habet dignitatē infinitã ex hoc ꝙ iũcta est diuinitati que est infinitũ bonũ: ⁊ beatitudo creata habet dignitatē infinitã ex hoc ꝙ est dei fruitio: ⁊ beata virgo ex hoc ꝙ est mater dei: ⁊ ex hac parte non pōt eis aliquid melius fieri: sicut non pōt aliquid melius esse deo. Hec Thomas.

Tertiꝰ quaternarius Nona stella virginitas

Cap̃. ix.

Nona stella in ordine ⁊ prima tertij quaternarij dicit̃ virginitas. Nã dei genitrix debuit esse virgo castissima corpe ⁊ anima. Qđ patȝ. ¶ Primo ex auctoritate Esa. vij. ca. Ecce virgo cōcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit̃ nomē eius emanuel: id est nobiscũ deus. ¶ Scđo patet ex rōnibus pluribus. ¶ Primo quidē: quia nō fuit ꝯueniens vt dei filius haberet aliũ patrē q̄ȝ deum: ne dei patris dignitas ad patrē aliũ trãsferet̃. ¶ Secundo vt sicut verbũ eterni patris qđ est filiꝰ dei nascit̃ ab eo sine om̃i corruptiōe: sicut et verbũ in nr̃o corde absq̄ȝ cordis corruptione cōcipit̃ ⁊ ꝓducit̃. Ita ad ostendendũ puritatē filij dei nascētis: debuit a matre virgine absq̄ȝ mentis ⁊ carnis corruptione ꝯcipi ⁊ nasci in carne assumpta a verbo. ¶ Tertio qꝛ non decebat vt christꝰ qui venerat alioꝝ peccata tollere Joã. j. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mundi: ip̄e cũ culpa veniret in mũdũ: dũ ꝑ ꝯcubitũ ⁊ corruptionē nasceret̃. ¶ Quarto ꝓpt̃ finē incarnatiōis. Nã christus ideo incarnatus est vt homines in filios dei nascerent̃. Renascunt̃ aũt filij dei: non ex voluntate carnis: neq̄ȝ ex voluntate viri: sed ex deo. id est dei virtute. Cuius rei signũ apparere debuit in ip̄a cōceptione christi ex matre virgine: vt Augu. dicit li. de sancta virginitate. Hec beatꝰ Tho. iij. par. summe. q. xxviij. arti. j. De his latius li. viij. par. j. ꝑ totum. ¶ Tertio patet hoc ex figurarum similitudinibus. Nã virginitas matris dei p̄figurata est in rubo ardēti qui non comburebatur. Exo. iij. Item Ezech. xliiij. in porta templi que clausa perhibet̃ ⁊ non aperiet̃: qm̃ dñs egredit̃ ꝑ eã. Et in multis alijs: de quibus causa breuitatis hic pertranseo: libro quo supra latius dicturus.

Capitulum decimum.

Decima religiositas



Decima stella q̄ gl'iatur dei genitrix đꝛ voti religiositas. Nã ea debuit eligi in dei matrē q̄ non solũ esset virgo absolute: sed ⁊ virgo voto consecrata Qđ ōñdit̃. ¶ Primo ex auctoritate beati sancti Augustini li. de sancta virginitate: vbi sic di. Annũciãte angelo Maria respōdit. Quō fiet istđ qm̃ virũ non cognosco. Qđ ꝑfecto non diceret nisi se virginē ante vouisset. ¶ Scđo ostēdit̃ rōne: qꝛ virginitas in matre dei p̄cellēter pollere debuit: sed magis est laudabilis virginitas sctã vel ꝯseruata ex voto: sicut ⁊ cetera ꝑfectiōis opa magis sunt laudabilia ex voto ꝓpt̃ qđ ps̃. hortatur ad votũ di. Uouete ⁊ reddite dño deo vr̃o oēs q̄ in circuitu eius offertis munera: ergo dei mat̃ debuit ex voto offerre deo suã virginitatē.

Uotũ v̄ginitatis in veteri lege ꝓhibitum

¶ Sȝ di. Quō btã virgo votũ v̄ginitatis emittē ausa est: cũ hoc in lege veteri ꝓhibitũ erat. Uñ Exo. xxiij. Nō erit infecũda: nec sterilis in terra tua. Rñdet̃ ꝙ btã virgo habuit virginitatē tribꝰ modis. Primo in desiderio. Nã anteq̄ȝ incarnatio filij dei ab angelo sibi annũciaret̃ virginitatē simplicit̃ ⁊ absolute nō vouit eo ꝙ nō licebat. Rō: qꝛ tp̄e legis oportebat generationi insistere tã viros q̄ȝ mulieres eo ꝙ ex illo pp̃lo chr̃s expectabat̃ ſm carnis originē nasciturus. Habuit tñ v̄go tũc tp̄is v̄ginitatē in desiderio ⁊ eã sub ꝯditiōe vouit scȝ si đo placeret volũtatē suã ⁊ desideriũ diuīo cōmittēs arbitrio Scđo btã virgo habuit virginitatē in facto: qꝛ postq̄ȝ sibi innotuit hoc deo fore acceptũ scȝ vt virginitatē vouerent anq̄ȝ ab angelo sibi denũciaret̃ ⁊ anq̄ȝ a Joseph despōsaret̃ absolute virginitatē vouit. Tertio ex cōi beneplacito. Nã postq̄ȝ fuit despōsata ip̄a simul cũ spōso suo ex cōi volũtate ⁊ beneplacito ac ꝯsensu virginitatis votũ emisit Hec be. Tho. iij. ꝑ. summe. q. xxviij. ar. iiij.

Undecima stella spōsi ꝓbitas

Cap̃. xi.



Undecima stella q̄ gl'iat̃ dei genitrix đꝛ spōsi ꝓbitas. Debuit q̄ppe tal' in dei matrē v̄go eligi q̄ esset despōsata viro ꝓbissimo ⁊ castissimo nomine Joseph. Ex hoc ostendit̃ ſm Alber. vbi supra. c. l. rōnibus pluribus.

¶ Primo ratione prefigurationis.

¶ Secundo ratione interpretationis.

¶ Tertio ratione testificationis.

Prima rō est p̄figurationis

¶ Prio rōne p̄figuratiōis. Nã nō ꝯgruebat vt spōsus beate v̄ginis p̄figuraret̃ ꝑ aliquē q̄ extiterit maritꝰ ꝑ carnalē copulã: cũ ip̄e sine carnali copula sanctũ ꝯiugiũ cũ virgine ꝯtraxerit: v̄go ꝯiugē v̄ginē custodiuit ⁊ ministrauit filio ⁊ mr̃i paterno affectu sincero. Uñ licet Hester figurauit btãm v̄ginē: nō tñ decuit vt eius spōsus p̄figuraret̃ ꝑ Asuerũ: vt sic spōsus dñe nr̃e Asuerus debuerit noīari: qꝛ inter Asuerum et Hester carnalis copula fuit. Sil'r eadē rōne licet Sara gignēs filiũ p̄ter naturã in monte immolãdũ teneat figurã dñe nr̃e q̄ genuit filiũ cōtra naturã in cruce immolandũ. Nō decuit tñ vt eius sponsus Abraam noīet̃: qꝛ inter Abraã ⁊ Sarã carnalis copula interuenit ⁊ eodē mō de Rebecca ⁊ Jsaac ac alijs sil'ibus. Sed decebat vt istud coniugium et ipse sponsus beate virginis prefiguraretur per Joseph in sui fidelitate et castitate erga vxorem domini sui ac mysteriorum reuelatione: procurationis commissione: cibi conseruatione et terre prelatione. Unde Bernardus super Missus est: dicit sic. Quis et qualis fuerit iste sponsus Joseph: memento simul ⁊ illius magni patriarche venditi in Egyptum. ⁊ scito ip̄m istud vocabulum non solum sortitum fuisse: sed ⁊ castimoniam adeptum: innocentiam ⁊ gratiam consecutum. Si quidē ille Joseph venditus in Egyptum domino suo fidem seruans: domine sue noluit commisceri. Iste herodianã inuidiã fugiēs: in Egyptũ christũ portans: dñaȝ suam, dñi sui mr̃em virginem ⁊ ip̄e continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia mysterii somniorum. Isti datum est participem esse celestium sacramentorum. Ille frumenta seruauit nō sibi soli sed ⁊ om̃i pp̃lo. Iste panē viuũ de celo seruandũ accepit sibi ⁊ toti mundo. Non ergo dubium quin fidelis ⁊ bonus homo fuerit iste Joseph cui mat̃ dñi saluatoris despōsata extitit. Hec ille.

Joseph interpretatur

¶ Scđo rōne interpretationis siue significationis nominis: quia Joseph interpretat̃ augmentum vel incrementũ: quod optime ipsi congruit sponso Marie: qꝛ per hãc desponsationē q̄ȝtum ad se: q̄ȝtum ad proximum ⁊ q̄ȝtũ ad deum q̄ȝ plurimũ sub

limatus fuit virtutū ⁊ ꝑcipue castitatis augmento. Nam ⁊ ipse castitatem voluisse credit̄ cū cōiuge virgine: sicut dicit Augu. li. de coniugali bono. Itē auctus fuit fame celebritate: hominū reuerētia ⁊ dilectiōe. ac matris dei familiaritate. Tertio ratiōe testificationis: vt scȝ ipse Joseph sponsus castus testis esset ⁊ custos castitatis beate virginis. De hoc infra eo. lib. pte. vj. ar. iij. ca. j. latius habes.

Capitulū. xij.

Duodecima stella ꝑclaritas. habitaculi preclaritas.

Duodecima stella qua gloriat̄ beata virgo dicitur habitaculi ꝑclaritas. Nam in ꝑclara ciuitate Nazareth habitare debuit beata virgo dum christū conciperet: vt impleret̄ illud ꝓpheticum Esa. xj. Egredief virga de radice iesse: vbi ꝭm veritatem hebraicā habet̄. ⁊ nazareus de radice eius ascēdet. Unde ⁊ Matth. ij. scribit̄ per ꝓphetas esse dictū. qm̄ nazareus vocabit̄ nomē eius ⁊c̄. De hoc latius infra eo. li. pte. vj. ar. j. ca. iij. habet̄. Ne tm̄ ꝓlixitas tediū generat: hec breuius ptrāsco Et vt reuertamur sicut cepamus in hac pte ꝓcedere ad modū historicū quem si placuerit tenere potes ꝑ omes dictas stellas ꝓcedendo tanq̄ȝ si sapiētia dei ꝑ dictas oēs auctoritates ⁊ rōes adductas docuerit Dauid interrogantē. Jam igit̄ his habitis possumus ꝯtemplari q̄ Dauid grās egit de bona informatione di. Uere magnus dn̄s noster ⁊ magna virtus eius: et sapiētie eius nō est nūerus. Omnia in sapientia fecisti dn̄e: impleta est terra possessione tua. Reuersus q̄q̄ȝ ad p̄res. ait cum gaudio. Cantate dn̄o canticū nouū q2 mirabilia fecit. Notū fecit dn̄s salutare suū in ꝯspectu gētium reuelauit iusticiā suam. Exposuitq̄ȝ oēs ꝯditiones ꝓmissas q̄s debuit habere dei genitrix. Tūc sancti patres cōmuni ꝯsilio miserunt Dauid ad Nazareth vt videret si aliquā talem possit reperire. Cōspiciēs quoq̄ȝ in spū beatā virginem Mariam desponsatā Joseph virginē pulcherrimā esse et omi gratia plenā: dixit ad eam. Audi filia ⁊ vide et inclina aurem tuam ⁊ ꝯcupiscet rex decorē tuū: qm̄ ipse est dn̄s deus ⁊c̄. Rn̄dit Maria. Paratū cor meum paratū cor meum: cantabo ⁊ psallam in gl̄ia mea. Dauid igit̄ accedens ad dn̄m ait. Inueni locum dn̄o: tabernaculū deo Jacob. Surge dn̄e in requiē tuā: tu ⁊ arca sanctificatōis tue. Tunc deus pater misit angelos ad videndū beatā virginē quā Dauid commēdauerat. Qui veniētes ad eam: dixerūt inter se. Hec est que nesciuit thoꝝ in delicto: habebit fructū in respectione animarū sanctarū Sap. iiij. Et regressi commēdauerūt eā in domo summi regis: laudantes eam ⁊ dicētes. O q̄ȝ pulchra est casta generatio scȝ beate virginis cū claritate omis virtutis ⁊ gr̄e. Immortalis est em̄ memoria eius que ⁊ apud deū nota est et apud hoīes Sap. iiij. c. Intuēs ergo deus pater eā dilexit ⁊ ait illud Sap. viij. Hanc amaui ⁊ q̄siui spōsam mihi assumere eā: ⁊ amator factus sum forme illius. Deniq̄ȝ dei filius intuens eā: ait. Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam. Et spūssanctus dixit. Oportet eam me preuenire in benedictionib⁹ dulcedinis. Requiescet ergo sup eā spūs dn̄i sapiētie ⁊ intellectus ⁊c̄. Esa. xj. Et tūc decreuit deus vt mittat̄ angelus ad eam q̇ salutet eam nouo munere ditanda: ⁊ eius assensum req̇rat quo facto dei filiū in vterū suscipiat. Dauid ḡ regressus cū gaudio ad patrē ait. Exultate deo adiutori nr̄o iubilate deo Jabob. Omēs quoq̄ȝ sancti patres in laudē virginis assurgētes cecinerūt dicētes. Tu gl̄ia hierl̄m: tu honorificētia ppl̄i nostri: idcirco eris benedicta ineternū. Judith. xv. Et nos igit̄ charissimi quāta possumus deuotione deū in gl̄ia sue dignissime genitricis collaudem⁹ ei gratias ꝓ tanto beneficio agētes clamemus vt nobis gr̄a ⁊ gloria donet̄.

¶ Tertia pars ⁊ Sermo tertius primi libri agit de angelica nūciatione siue missione. Et circa hoc qualiter apparuerit beate virgini angelus: ⁊ quali dignitate.

Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatē Galilee. cui nomen Nazareth: ad virginē despōsatam viro: cui nomē erat Joseph de domo Dauid: ⁊ nomē virginis Maria Luc. j. Si ꝓmissa charissimi pēsamus sacri euangelij verba. comperimus q̄ȝ maxima cordis deuotiōe venerari debeam⁹ sanctissimū Gabrielē archangelū missum a deo ad bn̄dictā virginem. Nimirū ex tribus ꝑcipue quilibet legatus reddit̄ multū commēdabilis ⁊ dignissima reuerētia suscipiēdus. Primo quidē ex mittētis dignitate. Secūdo ex negocij ꝓ quo mittit̄ arduitate. Tertio ex ꝑsone ad quam mittitur maiestate. Sic ꝑ omia ipse angel⁹ Gabriel multū nobis reddit̄ amabilis pariter ⁊ venerabilis. Tū q2 mittit̄ a summo omniū creatore deo infinite dignitatis. Tū quia in negocio sup omia arduissimo diuine incarnationis nobis quoq̄ȝ vtilissimo mittit̄. Tū quoq̄ȝ quia ad benedictā virginē Mariam: celi reginā ⁊ mundi dn̄am mittit̄ salutādum: quatenus ipso annūciante dei filius in virgineū descendat vterū ⁊ visitet nos oriēs exalto. Sicut quippe in vere quādo philomena canit dulciter consueuit ros celestis descēdere ita cū hec celestis philomena videlicet Gabriel cantū illum mellifluū videlicet. Aue gr̄a plena cecinit: dei filius e celo in vterū virginis descēdit ꝓ nostre salutis oꝑatione. Propterea euangelista Lucas in verbis sacri euāgelij hec tria de isto sanctissimo Gabriele enunciat: dicēs. Missus est angelus Gabriel a deo. Ecce mittentis summa dignitas: q2 a deo. Item ad virginē desponsatam viro ⁊c̄. Ecce ipsius ꝑsone ad quā mittit̄ sublimitas. Tandē in sequētibus clarescit rei ꝓ qua missus est arduitas scȝ incarnatiōis diuine sicut patet in ꝓcessu verborū eius ad virginē benedictā ꝓlatorum. De hac igit̄ angelica missione ⁊ annūciatione loqui intendētes: tria mysteria notabimus ꝓ sermone.

Legatus ex trib⁹ reddit̄ cōmēdabil̄.

¶ Primū mysteriū angelice annūciatiōis siue missionis

¶ Secundū dicit̄ mysteriū qualifice oꝑationis.

¶ Tertiū dicit̄ mysteriū dignifice obseruationis.

¶ Articulus. j. q̄ mysterium diuine incarnatiōis debuit annūciari virgini ꝑ angelū Gabrielem.

Capitulum primū.

Mysterium diuine incarnationis debuit annunciari per angelum

Primum mysteriuȝ angelice missionis ⁊ annūciationis. Circa quod quattuor ꝑcipue occurrūt questiones. Prima vtrum necessariū et congruū fuerit incarnationis mysteriū beate virgini annūciari? ¶ Secūda questio. Utrū hec dn̄ica annunciatio per nunciū tm̄modo angelicū debuit fieri? ¶ Tertia questio: de quo ordine debuerit angel⁹ ad virginem ꝓ hac annūciatione mitti? ¶ Quarta q̄stio. Utrū cōgruētius Gabriel inter omes angelos debuerit ꝓ hac annūciatione faciēda eligi? ¶ Ad primā questionē qua querit̄. Utrum necessariū fuerit ⁊ congruū incarnationis mysteriū beate virgini annūciari. Arguit̄ q̄ non: quia deus cum sit ꝓpinquissimus humane mēti: qui solus immediate illabit̄ anime: vt dicit Augusti. non videt̄ quare necessariū fuerit aliquo mediāte dei aduentū virgini benedicte annūciari. ¶ Item ista incarnatio dn̄i prenunciata erat olim per ꝓphetas. Unde Esa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊c̄. ergo non erat necessariū fieri ꝑ angelum. ¶ In contrariū est diuine scripture auctoritas ⁊ diuine ꝓuidentie ordo que nil incongruū admittit: ergo congruū fuit annūciari. ¶ Ad questionē igit̄ respōdetur: q̄ necessariū erat annūciare beate virgini q̄ ipsa esset christū cōcepturа pluribus rōnibus ꝭm Tho. iij. scripto sententiarū distin. iij. ar. j. et iterum. iij. parte summe. q. xx. ar. j. necnō et ꝭm Alber. super Missus est. ca. j. ¶ Primo vt virginis intellectus erudiret̄ ⁊ illustraret̄. Cum em̄ mens deo vicinior sit ⁊ intimior q̄ȝ corpus: non decebat vt dei sapiētia eius vterū inhabitaret sine hoc q̄ mens eius prius fidei lumine ⁊ cognitione summe sapiētie resplēderet. Et ideo prius debuit mens eius intelligere ⁊ cognoscere quod in ea fiendū erat (quod ꝑ annūciationē factum est) anteq̄ȝ carnē ꝯciperet. Unde Augusti. lib. de verbis dn̄i sic dicit. Beatior est Maria percipiēdo fidem christi q̄ȝ concipiendo carnem christi. Et subdit ibidem. Materna ꝓpinqtas nihil Marie ꝓfuisset: nisi felicius christuȝ corde q̄ȝ corpore gestasset. Hec ille. ¶ Secunda ratio: vt virginis affectus et actus acceptaret̄. Nam deus non diligit coacta seruitia sed spōtanea: vt dicit Augustin⁹: iuxta illud Ps̄. Uoluntarie sacrificabo tibi et cōfitebor nomini tuo dn̄e: qm̄ bonus est. Unde beata virgo cum singulariter et excellēter in dei seruitium eligeretur quem vtero portauit: lacte aluit: brachijs baiulauit: decuit vt eius obsequium

Pria q̄stio

Responsio

Secunda rō

voluntariū angelo nunciāte requireret: ad qđ separatā
Tertia rō et ꝓmptā obtulit dicēs. Ecce ancilla dñi. ¶ Tertia ratio
vt virginis ꝯsensus exprimeret. Si eñ in mrimonio cor-
porali requirit expressus cōsensus multomagis in matri-
monio spūali cum sit maior coniūctio mentis ꝗ̃ carnis.
Et ideo vt ostēderet esse quoddā spūale matrimoniū in-
ter dei filiū ⁊ humanā naturā igit ꝑ annunciationē ange
li expectabat ꝯsensus virginis loco totius humane natu
re. Idcirco Augu. in sermone de natiuitate beata Marie
dicit. O beata Maria seculū omne captiuū tuū: deprecat
assensum. Te dña mūdus sue fidei obsidē fecit. Noli mo-
rari virgo nuncio festināter respōde verbū ⁊ suscipe filiū:
da fidem ⁊ senti virtutē. Ecce (inquit) ancilla dñi fiat mi-
hi ſm verbū tuū. Nec mora: virginalem thalamū ingre-
Quarta rō dit christ⁹. Hec ille. ¶ Quarta ratio addit ſm Albertū
vbi. s. vt deus magis honoraret: ⁊ homo instrueret. Nā
deus in hac annūciatione honorabat ꝗ̃tū ad potētiā in
eo ꝙ angelos ministros habuit ⁊ ꝗ̃tū ad sapientiā in eo
ꝙ mod⁹ nr̃e liberatiōis: mō ꝑditiōis directe obuiauit cū
ꝟginē ꝑ angelū bonū docuit: sicut angel⁹ malus ꝟginē
Euam decepit. Itē homo instruit ad deuotionē in eo ꝙ
humana natura abiecta deo et angelis inimica: a deo pri
or ꝑ angelū salutat. et in hoc etiā deus honorat ꝗ̃tū ad
bonitatē que ex hoc resplēdet ac charitatem. Deniq̃ ex
hoc hō instruit ad fidem: ad obediendū deo ⁊ ad hūilita
tem exemplo beate virginis. Et per hec p̄missa patet re-
sponsio ad primū argumenrū in ꝯtrariū? ¶ Ad secundū
aūt respōdet ſm eundē Tho. vbi supra. ꝙ licet ꝓphetia
p̄destinatōis complet sine nostro arbitrio causante. non
tñ sine nostro arbitrio ꝯsentiente. Et sic ptz. Cap. ij.

Per angelū icarnatio annūcianda SEcundo querit vtrū hec dñica annūciatio tm̃-
modo ꝑ angelicū nunciū debuerit fieri. Videt
ꝙ debuerit annūciari videlicet ꝑ aliquē ꝓphe
tā: q: incarnatio christi notificabat ⁊ p̄nuncia-
bat in veteri lege per hoīes videlicet ꝓphetas ⁊ patriar-
chas: ergo ⁊ ipi beate virgini debuit nunciari ꝑ ꝓphetā.
Preterea superior non debet instrui ꝑ inferiorē: sed bea-
ta virgo superior fuit angelis: q: deo acceptior: ergo nō
debuit sibi ꝑ angelū cōceptio annūciari. Itē ꝯfirmat: q:
summis angelis fit reuelatio immediate a deo ꝓpter ipo
rū dignitatē: sed mater dei est sup oēs exaltata: ergo vi-
det ꝙ immediate sine omi angelico nūcio sibi debuit fie-
ri reuelatio a deo incarnatiōis mysterio. Preterea beata
virgo ex lumine fidei ⁊ gratie cognoscebat deū incarnan
dū ⁊ credebat hoc fidelissime que adhuc in vtero erat san
ctificata. Ideo nō videt ꝙ ꝑ angelū hoc sibi debuerit re
uelari. In contrariū est dispositio diuine sapiētie. sicut te
Rñsio ad questioñ. stat sacra scriptura. Missus est (inq̇t) angel⁹ ⁊c̃. ¶ Ad q̄-
stionē respondet ſm Tho. vbi supra arti. ij. nec non ſm
Alber. vbi supra. ca. ij. ꝙ mysteriū incarnatiōis null⁹ ho-
minū debuit beate virgini annūciare. q: inferiorꝝ est reci-
pere a supioribus illuminationē. vt dicit Dionysi⁹ de an-
gelica hierar. Sed nullus hoīm fuit beata virgine supior
que oīes ꝓphetas ⁊ sctōs p̄cellebat lumine gratie ⁊ me-
rito sanctitatis. ergo ⁊c̃. Licet aūt beata ꝟgo fuerit etiā
angelis supior ſm acceptationē diuine p̄destinatiōis: et
ꝗ̃tum ad dignitatē ad quā diuinitus eligebat erat tamē
eis inferior ꝗ̃tum ad statū: qm̃ ipa in statu presentis vi-
te erat: angeli ꝟo in statu patrie. Nec mirū hoc: q: etiam
ipe christus rōne passibilitatis vite paulomin⁹ est ab an-
gelis minoratus. Sed tamē q: christus fuit viator et cō-
prehēsor ꝗ̃tū ad cognitionē diuinorū non indigebat in-
strui: sed mater dei nondū erat in statu comp̄hensorū: et
ideo de diuino conceptu erat ꝑ angelū instruēda ⁊ annū-
cianda: ⁊ hoc quadruplici ratione.

¶ Primo ratione diuine ordinationis.
¶ Secundo ratione angelice restaurationis.
¶ Tertio ratione mundicie virginalis.
¶ Quarto ratione future vtilitatis.

Prima rō ¶ Primo rōne diuine ordinationis vt scz seruaret ordo
quē deus statuit ꝙ videlicet diuina mediantibus angelis
quorꝝ officiū est nunciare hoībus panderent ⁊ annuncia-
rent. Et hec est regula diuine ordinatiōis: sicut dicit Dio
ny. iiij. ca. angelice hierarchie. Diuinum inquit Iesu beni
gnitatis mysteriū angeli primū edocti sunt: preterea per
ipos ad nos gratia cognitiōis transiuit. Hec ille. ¶ Se- Secunda
cundo rōne angelice restauratiōis. Sicut eñ ꝑditio hūa
na initiū sumpsit ex hoc ꝙ diabolus allocutus est mulie-
rem: ita (vt dicit Beda) congruū erat vt ꝓ humane repa
rationis exordio angelus virginē alloquat: que repatio
angelice ruine ⁊ humane cōmunis erat. ¶ Tertio ratiōe Tertia
mūdicie virginalis. Unde Hierony. in sermo. assumptio
nis Marie sic dicit. Bene angelus ad virginē mittit: quia
semꝑ est angelis cognata virginitas. ꝑfecto in carne p̄-
ter carnē viuere nō terrena vita est sed celestis. ¶ Quar- Quarta
to rōne future vtilitatis: quia ille annunciabat qui est rex
omniū hominū ⁊ angelorꝝ: cuius natiuitas sicut in salutē
erat hominū: ita ⁊ in reparationē angelice ruine. Et ideo
decuit vt tā homo ꝗ̃ angelus in annūciatione mysteriū
exhiberent. Hec Tho. ⁊ Alber. ¶ Ad argumentū primū Ad argumēta respōsio
in contrariū patebit ex p̄missis responsio Et similiter ad
secundū ⁊ eius confirmationē patebit responsio: q: licet
mater dei erat supior dignitate: non tamē ꝗ̃tū ad statū.
¶ Ad vltimū respondet ſm Alber. ꝙ licet beata virgo
fidem incarnatiōis habuit: verūtamen ex humilitate cor-
dis sui nunq̃ cogitauit se ad tale mysteriū sublimandā. ⁊
ideo ab angelo debuit p̄moueri. Cap. iij.


TErtio querebat de quo ordine debuerit ange De q̄ ordine angelus mittendus.
lus ad annūciandū mitti Videt eñ ꝙ de sum-
mo: q: summa nunciabat. Ex quo videt ꝙ Ga
briel fuerit summus ⁊ đ summo ordine scz sera
phin. ¶ Ad hāc questionē breuiter respondet: ꝙ ꝗ̃q̃ ali
qui putauerint Gabrielem esse de summo choro: ex eo ꝙ
summū mysteriū scz incarnatiōis ad plenū scierit ⁊ annū-
ciauerit: tñ cōmunis eccl'ia sonat eū fuisse de choro archā
gelorꝝ: ⁊ non de seraphin vel alijs supioribus. Nam ⁊ cōi
ter Gabriel archāgelus appellat. Unde iste angelus nō
fuit de summa nec de media hierarchia: sed vt ꝓbabilius
videt fuit đ medio ordine infime hierarchie qui est ordo
archangelorꝝ. Et hoc ostendit ſm Tho. vbi s. necnō Al
bertū ⁊ plerosq̃ alios doctores pluribus rationibus.

¶ Primo ratione vtilitatis.
¶ Secundo ratione cōmunitatis.
¶ Tertio ratione ꝓprietatis.

¶ Primo rōne vtilitatis. Cum eñ christus nascebat vt Prima rō
inordinationē que in angelis acciderat repararet: decuit
vt in sua cōceptione ordo ille celestis hierarchie maxime
seruaret: vt scz summi angeli mediantibus infimis hoīes
illuminarēt. Et ideo Gabriel per quē virgo illuminabat Secunda
erat de infima hierarchia. Secūdo rōne cōitatis. Ut eñ
tantū mysteriū esset cōmunis: decuit vt inferior Gabriel
nūciaret: qui videlicet de infima esset hierarchia. Cū eñ
inferiores angeli agāt id qđ a supioribus recipiūt ⁊ non
econuerso dū inferiores angeli nunciāt: annūciatio ꝑ su-
periores et inferiores explet qđ non esset si supiores im
mediate annūciarent. ¶ Tertio rōne ꝓprietatis. Decuit Tertia
quippe ordinē celestis hierarchie in hac annūciatiōe ob-
seruari: vt scz summi angeli mediātibus infimis hoīes il-
luminarēt: sed q: nō decuit vt de infimo ordine scz ange-
lorū aliquis mitteret ad annūciandū. Ratio. q: ad illos
scz angelos ꝑtinet dirigere actus alicui⁹ hoīs q̇ ad ipm
singulariter vel quasi tm̃modo ꝑtinēt. vnde angelorꝝ ꝓ-
prietas est minima nūciare: sicut dicit Grego. in moral.
Unde ꝯgruebat vt de ordine archangelorū qui ordo est
supra ordinē angelorū: mitteret aliquis scz Gabriel. Tū
ꝓpter p̄cipuū honorē beate virginis que supra cōes erat
viatores. Tū ꝓpter angelorꝝ ꝓprietatē: quia ad archan
gelos ꝑtinet dirigere actus hoīs qui in totā multitudi-
nem redūdāt. Unde ⁊ archāgeli dicunt ab archos qđ est
princeps: q̄si principales angeli. Quia ergo ꝯsensus bea-
te virginis qui ꝑ angelū requirebat erat act⁹ singularis
ꝑsone in multitudinis: immo totius hūani generis salu-
tem redūdans. idcirco ad annūciandū virgini reqrebat Questio
vt mitteret angel⁹ de ordine archāgelorꝝ. ¶ Si aūt ab-
solute petis vel queris. Utrū iste angelus fuerit summ⁹?
Rñdetur ſm Tho. vbi s. ꝙ nō fuit summus simplicit: q:
nec de summa hierarchia: nec etiam de media hierarchia
fuit. Potest tñ dici summus duobus modis. Primo quia
credibile est ꝙ fuerit summus in ordine archāgelorꝝ. Se-
cūdo q: summa id est incarnationē dei ⁊ salutē hūani ge-



neris annūciauit. Et sic exponit Greg. in homel. de cētū ouibus. Huic etiā sniē ↄcordat Bern. ita dicēs. Putem⁹ angelis ꝑesse archāgelos q̄ sunt ↄscij diuinoꝝ secretoꝝ: q̄ nō nisi ob ꝑcipuas ⁊ maximas causas mittunt: ex q̄bus ille magn⁹ archāgelus Gabriel missus legit ad Mariam ob causam q̄ vtiq̄ maior esse nō pōt. Hec ille. Cap. iiij.

Questio cur Gabriel iter oēs āgelos missus.

Quarto q̄rebat Utrū cōgruēti⁹ inter oēs angelos ꝓ hac annūciatione faciēda debuerit Gabriel eligi? ¶ Uidet em̄ φ non det rō q̄re iste poti⁹ eligat q̄ ali⁹ angelus vel archāgelus: cū quilibet eq̄ potuerit annūciare hec ꝟgini. Itē videt φ ob reuerētiā btē ꝟginis debuerūt mitti plures archāgeli ad salutādū ⁊ annūciādū. ¶ In ↄtrariū est euāgeliū. ¶ Ad q̄stionē igit r̄ndet ꝫm Alber. vbi s. ca. xvij. φ multi angeli nō debuerūt mitti ad hāc annūciationē: q2 multitudo repugnat arcano mysterij. nō em̄ est arcanū q̄d multis est cognitū: nec est tamfamiliarit et amicabilit intimatū q̄d pri⁹ est multitudini reuelatū. Et sic soluit scd̄m argumētū in ↄtrariū factū. ¶ Itē ꝫm eūdē Alber. ibidē: ⁊ Tho. vbi. s. nulli alteri angelo ita cōgruebat facere hāc annūciationē sicut Gabrieli. Rō: q2 huic officio nomē Gabriel sup oīa cōgruebat. Nā hoc nomē Gabriel tripliciť interpretat ꝫm Greg. ⁊ Hiero. Primo sic. Gabriel. i. virt⁹ nr̄a de⁹. Et hoc sūme cōgruebat: q2 ꝟtute diuina debebat cōcipere ꝟgo: nō hūana. Scd̄o interp̄tat Gabriel. i. fortitudo dei: ⁊ hoc etiā summe cōgruebat ad ōndendū φ opus incarnatōis erat ꝑ dei fortitudinē nūciandū. Primo q̄dē q2 fortis. scʒ angelus missus est ꝓpť fortē scʒ chrm̄: q̄ vt dicit Ps. est deus fortis ⁊ potēs. Scd̄o q2 fortissimū sup oīa opa erat opus incarnatōis. Fortius q̄ppe ⁊ maioris virtutis erat deū fieri hoīem q̄ ex nihilo creasse mundū: cū deus plus distet a q̄libet creatura q̄ creatura a nihilo. Tertio q2 fortis missus est ↄtra fortē. scʒ diabolū ad debellandū. Et iō fortitudo dei Gabriel annunciare debuit virgini christi aduentū. Tertio interp̄tat hoc nomē Gabriel. i. ↄfortauit me de⁹ vel ↄfirmatio dei. Et hoc ↄgruebat: q2 ꝑ ei⁹ annūciationē ↄfortari debebat cor virginis Marie ⁊ ↄfirmari ad credendū ⁊c̄. Uñ cū turbata esset angelus: dixit ei. Ne timeas Maria: iuenisti ⁊c̄. O igit fidelis aīa vide q̄ rōnabilis sit fides catholica: vide q̄ miro ordine diuine sapiētie firmata sit fides ista salutifera: cui deseruit oīs rō: oīs sciētia ⁊ ars: adeo vt nil incōgruū: nil falsum possit huic verissime fidei vel irrōnabile admisceri. Agnosce igit verū dei filiū esse christū ⁊ securus esto credens in ipsum.

Responsio

Gabriel interpretatur.

¶ Articulus. ij. Qualiter angelus Gabriel apparuit btē virgini in t̄pe annūciatiōis. Capitulum. j.

Secundū mysteriū declarandū dicit qualiter apparitiōis. i. qualiter facta sit apparitio angeli Gabrielis circa beatā virginem. Circa q̄d quattuor ↄsiderationes occurrunt.

¶ Prima de angeli ingressione.
¶ Secunda de virginis occupatione.
¶ Tertia de eiusdem virginis situatione.
¶ Quarta de angeli visione.

Prima consideratio de angeli ingressione.

¶ Prima consideratio de angeli ingressione. Qualiter vicʒ angelus Gabriel clausum oratoriū benedicte virginis ingressus fuerit: vtrum ianuis clausis intrauerit: vel ostium oratorij aperuerit? Ad q̄d breuiter r̄ndet ꝫm Alber. vbi s. ca. lxiij. sic dicentē. Credimus inquit angelum clausis ianuis intrasse: et hoc potuisse propter nature sue subtilitatē et assumpti corporis etherei qualitatē. Nam vt dicit Aug. Angeli assumūt sibi corpa in q̄bus apparēt de purissimo ethere: ergo potuit ianuis clausis intrasse. Unde ⁊ Bern. super Missus est: dicit sic. Suspicandū non est φ apertū angelus inuenerit virginis ostium: cui nimirū in ꝓposito erat fugere hominū frequētiā: vitare colloq̄a: ne orantis silentiū ↄturbaret. Hec ille. Deniq̄ hoc etiam mysterio cōgruebat vt vicʒ angelus clausis ianuis ingrederet oratoriū: quatinus ꝑ hoc significaret φ dei filius cuius incarnationem annunciabat clauso virginali vtero ingrederet ⁊ nasceret. Iuxť illud Ezech. xliiij. Porta hec clausa erit ⁊ vir nō ↄtransibit per eam: q̄m dñs de⁹ ingredit et egreditur per eam.

Capitulum. ij.

Scd̄a ↄsideratio de beate ꝟginis ↄtūc occupatione.

Secunda ↄsideratio de beate ꝟginis ↄtūc occupatione: q̄bus scʒ actibus erat benedicta virgo tūc in oratorio occupata: ⁊ quid agentē angelus eam repperit. ¶ Ad q̄d breuiter dicit ꝫm docto. φ quadruplici actu erat occupata.

¶ Primo legebat.
¶ Secūdo contēplationi insistebat.
¶ Tertio lachrymando suspirabat.
¶ Quarto deuotissime orabat.

Primo

¶ Primo q̄ppe legebat sanctos libros ꝓphetarū veteris testamenti in q̄bus erat ꝓmissio de chr̄o ⁊ vt tradit a deuotis doctorib⁹ pie credit φ tūc legebat illō Esa. vij. ca. Ecce ꝟgo ↄcipiet ⁊ pariet filium ⁊ vocabit nomē eius emanuel. Tantaq̄ deuotiōe mouebat vt ex intimis medullis cordis dicere cogeret. O deus patris nr̄i: vtinā videre saltē mererer ipsam virginē q̄ ↄceptura est filiū tuū: totā me in eius seruitiū mancipare: oīa relinquēs ei⁹ vestigijs adherere: putas ne viuā: putas ne videbo illā virginē ⁊ ei⁹ filiū. O vtinā saltē semel admitterer: vt in illi⁹ filij redēptoris ⁊ saluatoris generis humani: paruuli nati: oscula ruere possem: brachijs amplexuq̄ dulci circūplectere valerē: ⁊ ei seruitia deuota impēderē ⁊c̄.

Secūdo

¶ Secūdo ↄtemplatiōi diuine insistebat. Nā ꝫm Alber. sup Missus est: erat tunc virgo bn̄dicta totaliter eleuata ad familiaritatē diuinā: q̄ tota replebat dulcedine gr̄e: tota gratificabat ⁊ tota glorificabat: ⁊ quāto magis eleuabat in cognitione dei: tanto magis descēdebat ad sui humiliationē: indignā se reputans vel ad minimā dei familiaritatē. Et ideo nō mirū φ oratio tāhumilis penetrabat celos: q̄m scriptū est Eccli. xxv. Oratio humiliātis se nubes penetrat: ⁊ nō discedit donec aspiciat altissim⁹.

Tertio

¶ Tertio lachrymando suspirabat. Pie nempe credit cum multis suspirijs in ipsa hora annūciatōis desiderasse filij dei aduētū ꝓ gn̄is humani redētiōe. Si em̄ Abraā desiderauit videre diē christi. Si oēs sancti ⁊ ꝓphete voluerunt desiderio magno christi aduentum: multo magis Maria.

Quarto

¶ Quarto deuotissime orabat. Uñ Bern. sup Missus est dicit. Ingressus est angelus in secreto cubiculo vbi clauso sup se ostio orabat virgo patrē in abscōdito. ¶ Si em̄ ↄceptio p̄cursoris fuit p̄nūciata patri suo p̄occupato i sacrificio: multo ꝓbabilius est φ ↄceptio saluatoris annūciata fuerit virgini in deuotiōe ⁊ orōne actualiter existēti. Tunc em̄ vt credo plus solito feruētissima ⁊ vnguētis spiritussancti delibuta: ac dulcedine gratie consolata: humili mente ⁊ corde deuoto: lachrymantibus oculis et vultu ad celestia eleuato: dicebat. O clementissime deus qui bonitate tua mundū creasti et angelos ac homines ad imaginem tuam fecisti: miserere homini iam perdito: aperi celos et descende. Ueni obsecro deus pijssime: veni: ne respicias peccata hominū: sed misericordie tue multitudinem qua te repromisisti patribus nostris venturū et hominem liberaturum. Hec et his similia orante: ecce angelus dn̄i astitit et lumē refulsit in habitaculo virginis.

Capitulum. iij.

Tertia cōsideratio d̄ benedicte ꝟginis ꝓtunc situatione.

Tertia ergo ↄsideratio occurrit de bn̄dicte virginis ꝓ tunc situatione Utrū vicʒ ꝓstrata pro tunc erat cū angelus aduenit: aut sedebat: aut genuflexerat: vel stabat? Ad q̄d idem Alber. vbi s. ca. lxiij. dicit. Credim⁹ inq̄t btām virginē in aduētu angeli inclinatis genibus ⁊ eleuatis puris manib⁹: ejectis in celū oculis: ad patrē misericordiarū ꝓ incarnatione filij sui deuotissimas p̄ces cum lachrymis fudisse et angelo venienti reuerēter assurrexisse: quia hec ad honestatē ꝑtinebant: sicq̄ ↄturbata de noua salutatione: capite inclinato humiliter stetisse. Nam et hoc modo in picturis cōsueuit per totā ecclesiam figurari cōmunius. Tandē quoq̄ percepta annūciatione credēdo in eam ↄsensisse: ⁊ quantotius impleri nō dubitasse. Et rursum flexis genibus in terrā ⁊ eleuatis oculis in celum ac manib⁹: ex intimo corde erūpentibus pre gaudio lachrymis deuotissime flagitando dixisse. Fiat inquit mihi ꝫm verbum tuū: et sic deū pariter ⁊ hominē ↄcepisse. Et iste modus positionis ⁊ situs eorū est q̄ de manu angeli. i. sacerdotis suscipiunt dominicū corpus de altari. Hec Alber.

Capl'm quartum.

Quarta consideratio de angeli visione a btã virgine.

QUarta ꝯsideratio de angeli visiõe a btã ꝟgie. Utrũ vicȝ btã ꝟgo viderit corpali visiõe istũ angelũ sibi apparentẽ: vl' vtrũ angel⁹ sibi apparuerit corporaliter vel tm̃ intellectualiter.

Questio

¶ Tu possis arguere ꝙ ista filij dei incarnatio debuit ab angelo visiõe intellectuali annũciari: ⁊ nõ visiõe corpali: qꝛ visio intellectual' est melior visione corpali. Nã illi qui visione intellectuali chr̃m viderũt beati ꝓnũciant. Joã. xx. Beati q̃ nõ viderũt: scȝ corpalit': ⁊ crediderũt. Qui aũt visione tm̃ corpali viderũt chr̃m: sicut Pilat⁹ ⁊ crucifixores nõ credẽtes eũ esse deũ: nõ beatificant: ḡ cũ melior sit visio intellectual': debuit apparere intellectualit' ꝓpt' huius incarnatiõis ꝑfectionẽ. Preterea visio intellectual' videntes nõ ꝯturbat nec stupefacit: sed hoc facit corpalis. Uñ canit' de ipa btã ꝟgine. Expauescit ꝟgo de lumine: ⁊ melius fuisset ꝙ a tali ꝯturbatiõe mẽs ei⁹ fuisset ꝑseruata: ḡ debuit apparere visiõe intellectuali. ¶ Jn cõtrariũ est doctoꝝ sentẽtia. Uñ ⁊ Aug. in q̃dã sermõe inducit beatã ꝟginẽ sic dicentẽ. Uenit ad me Gabriel archangel⁹ facie rutilãs: veste coruscãs: incessu mirabil'. Hec aũt nõ ꝑnt ꝑtinere nisi ad corpalẽ visionẽ: ḡ tali visione angel⁹ beate ꝟgini apparuit.

Rñsio

¶ Ad q̃stionẽ igit' rñdet' ẽm Tho. iij. p. summe. q. xxx. ar. ij. Et iterũ. iij. scripto sniarũ. di. iij. ar. j. ꝙ ista incarnatio diuina nõ debuit nũciari ab angelo visione intellectuali: sed corpali. Et hoc triplici rõne.

Angeli visio corpalis.

¶ Primo rõne maioris similitudinis
¶ Scdo rõne celsitudinis
¶ Tertio rõne maioris certitudinis

¶ Primo rõne maioris si[m]ilitudinis. Nã annũciatio debebat ꝓportionari ei q̃ annũciabat'. Annũciabat' aũt missio visibilis filij dei in mũdũ. Sicut ḡ de⁹ q̃ est inuisibil' carnẽ visibilẽ debebat assumere: sic angel⁹ q̃ est inuisibilis: in carne visibili debuit apparere. ¶ Scdo rõne ꝟginal' celsitudinis. Fuit eñ conueniẽs ꝟginis dignitati: vt sicut ipa nõ solũ mente sed etiã carne debebat chr̃m ꝯcipe: sic ⁊ angelus sibi apparere debebat nõ solũ mẽtali: sed etiã visione corpali: vt nõ solũ eius intellect⁹. sed etiã sensus delectaret'. ¶ Tertio rõne maioris certitudinis. Nã corpea seu sensibilia manifestiora ⁊ certiora sunt nobis q̃ ea q̃ visione imaginaria apphẽdim⁹. Jn his q̃ppe q̃ visibilit' cernimus minus decipimur. Et ideo vt manifestiora ⁊ certiora essent btẽ ꝟgini ea q̃ annũciabant': angel⁹ corpali visione debuit apparẽ.

Ad obiecta rñsio

¶ Ad obiecta ḡ rñdet' ẽm eũdẽ Tho. ibidẽ. Ad primũ dr̃ ꝙ q̃uis visio intellectual' et se sit melior corpali. tñ vtraq; sil' efficacior est q̃ altera ꝓpt' cõnaturalitatẽ hũane cognitiõis ad sensuȝ. Uñ ⁊ q̃ vtroq; oculo chr̃m viderũt sicut apl'i. magis beatificant. Lu. x. Beati oculi q̃ vidẽt q̃ vos videtis ⁊c̃. Beata aũt ꝟgo vtroq; mõ vidit angelũ: scȝ ⁊ visione intellectuali: ⁊ cũ hoc corpo

Ad scd̃m

rali. ¶ Ad secũdũ rñdet' ꝙ ẽm Orige. sup Lu. q̃ dr̃. ꝙ angelus apparẽs sciẽs hũanã naturam ⁊ ꝑcipue ꝟginẽ esse fragilẽ: ꝑturbationi ⁊ fragilitati medet' ꝯfortãdo. Uñ tã Zacharie q̃ Marie post ꝑturbationẽ dixit. Ne timeas. Et ꝓpter hoc dr̃ vel legit' in vita sancti Anthonij. Non est difficil' bonoꝝ maloꝝq; spirituũ discretio. Si eñ post timorẽ successerit gaudiũ: a dño sciam⁹ venisse auxiliũ: qꝛ securitas aĩe ꝑsentis maiestatis indiciũ est. Si aũt incussa formido ꝑmãserit. host' est qui videt'. Hec btũs Tho. vbi s̃. O itaq; aĩa mea ꝯtemplare nũc quõ dña mũdi lachrymosis oculis: facieq; serena ꝓ tua salute ⁊ toti⁹ hũani generis redẽptiõe depcat' vt dei fili⁹ mittat'. Cõtẽplare queãdmodũ subito clausis ianuis angel⁹ cũ lumine ingenti ingredit' ⁊ genu flexo ipam salutat. Cõtẽplare quõ ꝟgo expauescit: ⁊ assurgẽs angelo ꝓuoluto ad genua ipa hũiliter ⁊ deuote: capite demisso diuina nũcia auscultans astat. O aĩa mea ingredere in cor benedicte ꝟginis: in cor inq̃ diuĩa gratia plenũ: in cor tãte dñe tue: vtpote dei genitricis in qua oĩs ꝯsolatio tua: oĩs dulcor: oĩs suauitas tua ꝯsistit ⁊ spes vitaq; ac salus tua manet. Jngredẽ: inq̃ ⁊ vide q̃d sentiat: quõ de tanto lumine expauescat: sed de dei suauitate dulcescat. Audiuit tenorẽ verboꝝ nuncij: et terret' pre nouitate isolite salutatiõis. Exultat letabũda: qꝛ salutat' ab oĩm creatore deo: ⁊ quõ tãta ⁊ tãti ac a tãto salutatiõe nũciãda dignã se reputare ignorat. Gaudet de aspectu angeli. Letabit' qꝛ mox mater dei efficit': ⁊ dña celoꝝ ⁊ angeloꝝ regina ꝑficit'. O felix Maria quãto digna es honore q̃ deũ meruisti suscipe quẽ tot⁹ orbis neq̃t cõprehẽdere. Quis extimare valeat o dña quãta nũc dulcedine cor tuũ redũdabat: cũ dulcissima angeli ꝟba ex deo tuo quẽ sup oĩa amabas suscipiebas. cũ tibi dei filiũ ꝓmitti audiebas. te sup oẽs benedictã fore auscultabas: et grãm plenã esse te sentiebas. O vtinã tunc affuissem ⁊ genibus ꝓuolutis cũ angelo corã te dña ꝓcidissem. vtiq; te exorassem ⁊ dixissem. O glãiosissima dña excelsa sup sidera ecce quãta tibi glãia annũciat': ecce quãtus tibi fili⁹ ꝓmitit': ecce quanta ꝑ te mũdo toti vtilitas acq̃rit'. Et ḡ noli morari ꝟgo beatissima respõde angelo ⁊ suscipe dei filiuȝ in tuo sacrosancto vtero. Recordare dña: qꝛ ꝓ nobis peccatorib⁹ tu es electa vt sis dei mater vera: noli ḡ vnq̃ obliuisci nostri: suscipe verbũ vt sis dei genitrix virgo: regina celoꝝ: totius mũdi imperatrix ⁊ peccatoꝝ aduocata: vt ꝑ te nobis det' celestis glãia. Amen.

¶ Articulus. iij. qualibus modis ⁊ ꝯditionibus dignissimis angelus annũciãdo beate virgini ꝯceptũ apparuit.

Capl'm primum.

De modis ⁊ ꝯditionibus apparitiõis angelice dignissimis

TErtiũ mysteriũ declarãdum dr̃ magnifice obseruatiõis. Nimirũ de⁹ ops. et piissimus decreuit vt angel⁹ Gabriel in sua legatiõe ad honorẽ benedicte ꝟginis: ⁊ ei⁹ sacratissime ꝯceptionis. xij. honorificos siue dignificos modos obseruaret: quatin⁹ ⁊ in hac annũciatione ipa btã virgo gauderet ⁊ glãiaret' his. xij. dignificis ꝯditionib⁹ ⁊ modis tanq̃ fulgore corone. xij. stellaꝝ. Primo q̃dẽ decreuit de⁹ ⁊ voluit vt angel⁹ in sua apparitiõe obseruaret quattuor modos et conditiones honorificos siue dignificos: vt vicȝ apparere deberet ipi ꝟgini.

¶ Primo in humanali specie
¶ Scdo in virili decore
¶ Tertio in iuuenili etate
¶ Quarto in habitus sui radiositate

Secundo quattuor in salutatiõe: vt scȝ

¶ Primo reuerendissime salutaret'
¶ Scdo dignissimo nõie nominaret'
¶ Tertio de diuino ꝯsortio cõmendaret'
¶ Quarto de summo priuilegio magnificaret'

Tertio q̃ȝ decreuit de⁹ q̃ttuor alios modos dignificos obseruari in huius legatiõis executiõe: vt vicȝ

¶ Primo de gratia assecuraret'
¶ Scdo sibi filius dei ꝓmitteret'
¶ Tertio de subuentiõe spũssancti instrueret'
¶ Quarto ad ꝯsentiendũ deo induceret'.

Primus modus ꝯ humane speciei apparicio.

PRim⁹ itaq; mod⁹ dignific⁹ quẽ obseruare debuit angelus ad honorẽ btẽ ꝟginis ⁊ ei⁹ cõceptiõis quo tanq̃ prima stella ꝟgo bñdicta glo riat': dicit' hũane speciei apparitio. Ubi querit' Utrum cõuenieter angelus debuit apparere btẽ ꝟgini in hũana specie magis q̃ in alia. Circa q̃d possis arguere ꝙ debuit apparere in specie serpẽtina: qꝛ dicit Berñ. ꝙ modus repationis debuit fieri ꝑ silẽs mõ ꝯditionis. Sicut ḡ similitudo fuit in hoc ꝙ femina perdidit: femina saluauit. Jta debuit eẽ ⁊ in hoc similitudo: vt sicut angelus malus in specie serpentis decepit: ita et angelus bonus in specie serpentis debuit esse nuncius reparationis. Preterea videtur ꝙ debuit apparere in specie columbina: quia contraria ꝯtrarijs curant': vt dicit Grego. Home. de martyrib⁹: ḡ si deceptio fiebat ꝑ calliditatẽ serpentinã: illuminatio debuit fieri per simplicitatem columbinã. ¶ Jncõtrariũ est cõis doctoꝝ ⁊ totius eccl'ie sentẽtia: qꝛ vbiq; figurat' Gabriel ꝓ hac annũciatiõe in specie hũana in q̃ creditur apparuisse.

Responsio ad questionem.

¶ Ad questionẽ respõdet' ẽm Alber: vbi supra cap. xx. ꝙ angelus apparẽs virgini debuit apparere in humana ⁊ nõ alia specie. Et hoc cõueniebat. Primo rõne dignitatis: quia vt dicit Aristo. li. j. de animalibus. Homo est dignissimum animaliũ. Sed quia ista apparitio fuit complementũ ⁊ dignissima omniũ apparitionum Si ergo alie apparitiones angelorum in veteri testamẽto fiebant in specie humana: vt patet de Abrae facta apparitione et consimilibus: multo magis ista debuit fieri in spetie digniori: scilicet hominis. ¶ Scdo rõne cõfor

mitatis: qꝛ humana species cōformior erat ad christi incarnationē. Vñ et Mattheus euāgelista eo ꝙ plura scripsit de incarnatione dei hoīs: inter aīalia euāgelistas figurātia habet faciē hōīs. Cōueniens ḡ erat ꝙ sicut annūciabaꝶ ꝑ angelū deus fieri homo: ita angelus in hūana specie appareret. ¶ Tertio rōne illuminationis. Beata eñ virgo sensibiliter ab angelo illuminari debuit. Illuminatio aūt sensitiua ad cognitionē fit mediāte locutione: ergo mediū illuminatiōis debuit esse locutiuū: sed nullū sensitiuū est locutiuū nisi hō: ḡ debuit venire in specie humana ⁊ in nulla alia: vtpote sicut nobilissimū intellectiuū erat qđ illuminabat eā interius. s. deus: sic etiā nobilissimū esset sensitiuū qđ illuminabat eā exteriꝰ. s. homo. Et ꝑ hoc soluiꝶ illud incōgruū de specie columbe.

Ad cōtrariū de serpente,

¶ Ad illud aūt de specie serpētis. Rñdeꝶ. ꝙ extͣ ordinata fuit species serpētis ad deceptionē Gene. iij. Sed ⁊ serpens erat callidior cunctis animātibus terre: non debuit esse instrumentū illuminationis. Hec Alber. Vñ patet ꝙ ꝓpter hominē huius sacratissime conceptiōis debuit angelus in specie humana apparere. Cap. ij.

Secūdꝰ honor viriꝶ forme ꝺcoratō

SEcūdus honor diciꝶ virilis forme decoratio. Nā non debuit angelus apparere in forma femine: sed in forma viri. Primo ꝓpter dignitatem: qꝛ masculus naturaliter est dignior femina. j. Politico. Secūdo ꝓpter cōformitatē ad christi incarnationē qui annūciabaꝶ venturus in virili sexu tanq̄ꝫ perfectiori. Tertio ꝓpter illuminatiōis opportunitatē: qꝛ eñ debuit beatā virginē angelus illuminare: sexus autē femineus nō est illuminatiuus: sed magis illuminabilis. Iuxta illud Apl'i. Mulieres in eccl'ia taceant: sed domi interrogent viros: ḡ ⁊c̄. Et ꝙ sic apparuerit: claret et confirmaꝶ ꝑ virginis turbationē. Vñ sup illud. Que cuꝫ audisset turbata est. glo. dicit. Propriū est virginum ad omēs viri pauere occursus. Et etiam qꝛ in omibus apparitionibus que fuerant in veteri lege angelus legiꝶ apparuisse in forma virilis sexus: ergo propter honorē huius multo magis. Hec Alber. Cap. iij.

Tertius honor iuueniꝶ etatꝫ ꝑfectio

TErtius honor: iuuenilis etatis ꝑfectio. Nam iste angelus ꝓ hac annūciatione nō debuit apparere in specie puerilis vel etiā senilis etatis: quia senex inquantū hmōi dicit defectū: similiter et puer. Iuuenis aut dicit nouitatē cū ꝑfectione. Cuꝫ igiꝶ hic annūciabaꝶ ille qui fuit nouus ꝭm humanitatē: et perfectus ꝭm deitatem: ergo debuit angelus in specie iuuenili hic apparere. Unde Dionysius dicit ꝙ iuuenile significat innouantis ⁊ semper vitalis virtutis perfectionem. Hec Alber. Cap. iiij.

Quartꝰ honor habitus radiatio.

QUartus honor diciꝶ habitus radiatio. Nā nō decuit angelū apparere in alia veste q̄ꝫ candida: clara et luminosa: vt sic magis honorificareꝶ hec sacra ꝯceptio. Et hoc quidē. ¶ Primo propter angelum ipm nunciantē: qꝛ candor vestis innocentiā designat angeli. Non cōgruit ergo angelo vestis alba simul ⁊ rubea: qꝛ cum innocentia nō est aptus habere passionem quā significat rubedo: iuxta illud Esa. lxiij. Quare rubrū est vestimentū tuū: qđ dicitur de christo ꝓpter passionē: ergo debuit angelus habere vestē pure albam ⁊ radiosam ꝓpter glorie celestis lumē significandū.

Secundo

¶ Secūdo ꝓpter ipsam virginē concipientē cōueniebat vestis clara: quia ipsa sine peccato fuit ⁊ sine peccato concepit eū qui peccare nō potuit: ⁊ ideo totū album ⁊ nil de nigro colore qui maculā designat habere debuit. Nec debuit habere rubricatā vel bicoloratā vestem: quia virgo beata sine libidinē concepit ⁊ sine dolore peperit verū lumen mundi: qui illuminat omnē hominē venientē in hūc mundū Ioan. j. ergo tm̄ albam ⁊ radiosam ac lumine cādentem vestem angelus habere debuit.

Tertio

¶ Tertio ꝓpter christum aduenientē: qꝛ eñ ille annūciabaꝶ qui nos a culpa purificabat ⁊ celesti luci restituebat: qui etiaꝫ lux vera de luce. id est deo patre ꝓcedit. Deus eñ lux est: ⁊ tenebre in eo nō sūt vlle. j. Ioā. j. Iō clarissima ⁊ purissima ac lucidissima veste hic nūciꝰ appere debuit. Qđ si dicas. Christus annūciabaꝶ q̄ passurus erat ⁊ moriturꝰ: ideo debuit habere aliq̄d de rubeo et pallido colore ad illud designādum. Rñdeꝶ ex autoritate beati Diony. ꝙ oīsis apparitio debet visibiliter declarare illud inuisibile qđ primo et principaliter ac ꝑ se annūciatur vel intendiꝶ: ergo cū iste angelus primo et principaliter nō intēdebat nūciare nisi incarnationē: non debuit habere vestē rubricatā: sed tm̄ albam. Hec Alber. vbi. s̄. ca. xxvij. Cap. v.

Quintꝰ honor reuerenda salutatio


Uintus honor: ⁊ quo ad secundū quaternariū primus: diciꝶ reuerēda salutatio: quia angelus apparēs salutauit beatā virginē salutatiōe reuerēdissima a deo missa: dicēs. Aue tāta quidē reuerētia ꝙ vt pie crediꝶ angelus genua humilime flexerit ad hoc verbū corā bñdicta virgine: vtpote corā tali ⁊ tanta domina q̄ mox futura erat dei mater: regina celi: ⁊ domina angeloꝝ omniū ac hominū. Et hoc ꝓbabile est ex vniuersali eccl'ie ꝯsuetudine: qꝛ in tota eccl'ia solitū est sic ꝑ imagines figurari: ꝙ vicꝫ angelus genuflexo virginē benedictā salutauerit. Deniq̄ꝫ quāte sit reuerētie isto verbo salutasse virginē. s. Aue: patet ex eius interꝑ̄tatione: qꝛ diciꝶ Aue quasi sine ve. Vñ in hoc salutata est ꝟgo de summa excellētia immunitatꝫ ab omi ve. s. nature: culpe ⁊ pene.

Aue interꝑ̄tatio.

Nature inquā: qꝛ vt dicit Berñ. erat sine corruptione fecūda: sine grauamine grauida: ⁊ sine dolore puerpera. Itē culpe: qꝛ erat sine ve culpe venialis: mortalis et originalis: vt infra ostendeꝶ. Deniq̄ꝫ sine ve pene: que est in seꝑatiōe corꝑis ⁊ anime: qm̄ sine dolore mortua est et sine incineratiōe vel putrefactiōe. ¶ Preterea. Secūdo querit: quāte sit reuerētie hoc ꝟbo Aue virginē salutasse: clarescit ex eius designatione. Nā cōuerso hoc nōie Eua ꝑ lr̄as Marie dictū est Aue: ad designanduꝫ ꝙ vicꝫ in benedictionē Marie: Eue maledictio vertebaꝶ. Plura de hoc infra diceñ cū de salutatiōe ageꝶ. ¶ Deniq̄ꝫ Tertio q̄nte reuerētie fuerit isto verbo salutasse ꝟginē: clarescit ex ꝟginis ꝑturbatiōe. Nā cū audisset hāc salutationē turbata est: nō q̄dem de visione angeli: vt dicit Lyra. q̄a solita erat videre angelos: sed qꝛ ipa btā ꝟgo p̄ nouitate huius salutatiōis ⁊ excellētia se indignā ex humilitate reputans tante salutatiōis: turbata est in sermone angeli: et cogitabat q̄lis ⁊ quāte excellētie esset ista salutatio: vt habeꝶ Lu. j. ca. Decreuit igiꝶ ꝺs hac salutatiōe inaudita digne venerādā honorari virginē ab angelo ob eius dignissimā conceptionē. Cap. vj.

Sextus honor dignissima noīatio.

SExtus honor diciꝶ dignissima nominatio: cuꝫ scꝫ dixit āgelus. Gr̄a plena. Propterea q̄ppe vt dicit Alber. sup Missus est. ca. lxvij. angelꝰ nō apposuit in hac salutatione nomē ꝓpriū Marie: vt diceret Aue Maria: qꝛ dignissime salutandam hoc nouo dignitatis nomine. scꝫ gr̄a plena eā nominare voluit: quatinus ꝑ immutationē nōis ꝑmutatio status significareꝶ ⁊ eminētia dignitatis. Nam in collatiōe magnarū dignitatū solet fieri mutatio nominū: vt ptꝫ in papa qui q̄ñ creaꝶ: alio nōie noīaꝶ. Vñ ⁊ saluator hoc obseruando dixit ad Petrū. Simon Ioannis tu vocaberis cephas. Hinc est ꝙ angelus vt magis honoraret virginē: pro ꝓprio nōie scꝫ Maria: nomē nouū ex dei volūtate imposuit. scꝫ Gr̄a plena: iuxta illđ Esa. lxij. Vocabitur tibi nomen nouū qđ os dñi noiauit. Qꝛ si dicas hoc nomen gr̄a plena nō ꝓprie cōuenire beate virgini: sꝫ etiā alijs. Dico ꝙ hoc nomen gr̄a plena ita circūlocutiuū est ꝓprij nominis beate virginis et ꝑsone ipsius ꝙ nulli alij proprie cōuenit: neq̄ꝫ deo neq̄ꝫ creaturis ꝭm ꝙ plenitudo gr̄e intelligiꝶ susceptiue. Deus eñ nil gratie susceptiue habet: sed potius datiue ⁊ fontaliter. Nulla etiā alia creatura p̄ter beatā virginem plena est gr̄e susceptiue: que sola tantū gr̄e recepit ꝙ pura creatura plus recipe nō potuit. Unde ei hoc ita propriū fuit ꝙ angelus ei illud ꝓ ꝓprio nomine imposuit propter significandā excellentiā sue dignitatis. Hec ille vbi. s̄. Cap. vij.

Septimꝰ cōsortij diuini cōmendatio

SEptimus honor exhibitus btē virgini ab angelo salutante diciꝶ ꝯsortij diuini cōmendatio. Nā statim vt salutauit eā angelus cōmēdauit de diuio ꝯsortio. i. ꝙ ipa deū secū hr̄et sup oēs sctōs: cū dixit. Dñs tecū. Ex q̄ ptꝫ btē ꝟginis dignitas: vt quodāmō sub sua volūtate hr̄et deū: quē ⁊ hr̄et filiū. Vñ Berñ. sup Missus est. dicit sic. Licet sit deꝰ cū oibus sctis: excellētius tm̄ cū Maria: cū qua vtiq̄ꝫ tanta ꝯsensio ei fuit vt illius nō solū voluntatē: sed sibi etiā carnē ꝯiun

geret: ⁊ de sua carne virginea vnus chr̄s fieret. Ait itaq̄ angelus. Aue gr̄a plena dn̄s tecū. Nec tm̄ dn̄s fili⁹ tecū: sed etiā dn̄s sp̄ūsctūs tecū: de q̄ ꝯcipies: ⁊ dn̄s pat̄ inquā tecū: qui suū filiū facit ⁊ tuū: ⁊ filius tecū: q̄ se tibi dedit in filiū: sumēs ex te carnē. Itē Maximus ep̄s dicit. Dn̄s tecum in mente: tecū in vētre: tecum in vtero: tecū in auxilio. Et sic patet. Capitulū. viij.

Octau⁹ honor singularꝫ priuilegij magnificatō



Octauus honor dr̄ summi ⁊ singularꝫ priuilegij magnificatio: cū subdidit dicēs. Bn̄dicta tu in mulierib⁹. Ecce quātus honor ab angelo Marie deferṫ: cū inter oēs mulieres excellētius bn̄dicta fore p̄dicaṫ ⁊ magnificaṫ. Voluit aūt deus vt angelus sic eā in salutatiōe honoraret bn̄dictā sup oēs fore p̄nunciando: q̄tenus bn̄dictionē quā prima mulier ꝑdidit ipsa ꝟgo benedicta reperisse ꝑ suū salutiferū ꝯceptū: toti mūdo quoq̄ intulisse gauderet. Vn̄ Hiero. in sermone ď assumptione dicit. Vere bn̄dicta tu in mulierib⁹ que viris et mulieribus benedictionē ꝓpinasti. De his partibus salutationis infra latius. Cap̄. ix.

Nonus gr̄e assecuratio.



Nonus honor qui et primus tertij q̄ternarij dr̄ gr̄e assecuratio. Cū em̄ vidisset angelus beatā virginē pre hūilitate pauere ⁊ turbatā fore de salutatiōe insolita et tāta sui exaltatiōe: qm̄ nil mirabili⁹ est vere hūiliati se q̄ sua exaltatio. Et ꝙ ꝑ hūilitate ꝓfunda qua se nil esse reputabat apud deū: indignā tanto bn̄ficio iudicaret: statim eam de gr̄a dei et honore isto dignā fore assecurauit ⁊ ꝯfortauit di. Ne timeas Maria: inuenisti gr̄am apud deū. scꝫ nō solū ꝑ te sed ꝑ toto gn̄e hūano. Hec Nico. de lyra in postilla. Cap̄. x.

Decimus diuine p̄lis repromissio.



Decimus honor dr̄ diuine prolis repromissio. vn̄ subdiṫ. Ecce ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabis nomē ei⁹ Jesum. Nō dicit: impones q: hoc nomē fuit impositū a deo p̄re eternalit̄ sequiṫ. Hic erit magnus. Semꝑ quidē fuit magnus deus sed futurus erat magnus hō ⁊ magnus ꝓpheta. Luce. x. Propheta magnus surrexit in nobis: subdiṫ. Et filius altissimi vocabiṫ: ⁊ dabit illi dn̄s deus sedē Dauid p̄ris eius Hic angelus nō loquiṫ de regno tp̄ali Dauid: q: chr̄s temporalit̄ nō regnauit sup sedē. i. thronū Dauid. Joā. xviij Regnū meū nō est de hoc mūdo: sed loquiṫ de regno spirituali ⁊ celesti: q̄d figuratū fuit ꝑ regnū Dauid tp̄ale: sicut ⁊ celestꝫ hierl̄m ꝑ tp̄alē. Vn̄ ⁊ subdiṫ. Et regnabit in domo Jacob. i. sup electos. Nō dicit: in domo Abrae: vl̄ Jsaac: q: de domo Abrae ⁊ Jsaac aliqui fuerūt reprobati: sicut Hismael ⁊ Esau: sed in domo Jacob om̄es eius filij a sanctis doctorib⁹ inter electos sunt cōputati: q: etsi aliqui eoꝝ peccauerūt: tn̄ egerūt penitētiā. Et regni ei⁹ nō erit finis: q: christus nō solū inquantū deus: sed etiaꝫ inquantū hō regnabit in eternū sup oēs angelos ⁊ hoīes Hec Nicol. de lyra. Patet igiṫ Marie honor ď tanti filij repromissione Capitulū. xj.

Undecimus mirifice conceptōnis instructio.



Vndecimus honor dicit mirifice ꝯceptionis instructio. Nam statim q̄siuit Maria ab angelo Quō fiet istud qm̄ virū nō cognosco. i. nō cognoscere ꝓpono. Jam q̄ppe vouerat ꝟginitatē: vt dicit Augu. sup hoc passu. Et ď hoc angelus eā instruēs dixit. Sp̄ūsctūs supueniet in te. Glo. i. nō ꝯcipies hūano semine: sed sp̄ūsct̄i ꝟtute ⁊ ope: sequiṫ. Et virtus altissimi obūbrabit tibi. i. dei filius q̄ est dei p̄ris sapia et virtus. j. Coꝝ. j. Obūbrabit tibi: q: sub vmbra carnis latebit virt⁹ diuinitatis. Hec Nicolaus de ly. Ecce quātus honor Marie deferṫ cū de sp̄ūsctō cōcipe p̄dicatur: virginitatis gl̄ia mirifice ꝑmanente. Cap̄. xij.

Duodecim⁹ meritorij cōsensus inductio.



Duodecim⁹ honor: meritorij ꝯsensus inductio. Nā angelus induxit btām virginē ad ꝯsentiendū fide deo. Primo ꝑ exemplū: cū dixit. Et ecce Elizabeth cognata tua: ⁊ ip̄a ꝯcepit filiū in senectute sua: ⁊ hic mēsis est sextus illi q̄ vocaṫ sterilis. i. iam habet sex mēses vt ei⁹ ꝯceptus sit certus: ita ꝙ occultari nō possit. Secūdo induxit ex insinuatōe diuine om̄ipotētie di. Quia nō erit impossibile apud deū oē verbū id est. oīa pōt deus q̄cunq̄ voluerit ⁊ quōcūq̄ etiā supra naturā vel ꝯtra facere voluerit. ¶ Audita aūt oīpotētia dei cui maxime fides innititṫ: statim assensit virgo ⁊ dixit Ecce ancilla dn̄i ⁊c̄. Mox q̄ꝫ ad hec ꝟba dei filiū ꝯcepit sacro vtero. Jn hoc certe magnus honor virgini deferṫ cū eius cōsensus exigiṫ ꝑ totius hūani gn̄is salute ⁊ filij dei incarnatiōe. Ex hoc etiā p̄ꝫ maximū esse ꝟginis bn̄dicte meritū: cū vnico isto ꝯsensu maius meruerit q̄ totus mūdus ⁊ oēs sancti ac angeli dei. scꝫ matrē se esse dei: reginā celi: dn̄am mūdi: ⁊ sup oēs exaltari. O itaq̄ virgo supbn̄dicta q̄nto honore te magnificemus: quid in laudē tuaꝫ dicere ex equo valemus q̄ a deo es summe honorata: ab archāgelo officiosissime ⁊ dignissime es salutata. O regina celi q̄ tibi gr̄aꝝ iura referamus: cū ꝑ te habem⁹ q̄cq̄d gr̄e q̄cq̄d sperꝫ salutꝫ habem⁹: ꝑ tuū sacrū ꝯsensuꝫ di misericordiā suscepimus: ⁊ dn̄m nostrū Jesum chr̄m verū dei filiū nr̄e nature participē ꝯcepimus. Lu. ḡ o dn̄a gl̄ia nostra: tu spes: vita ⁊ dulcedo nostra ⁊c̄. De ista angelica annunciatione et bn̄dicte virginis sacratissima ꝯceptiōe deuotā contemplationē habes infra in hoc codē libro: vbi ageṫ de dominica conceptione.

¶ Jncidentalis pars quarta de angelice salutationis a nobis frequētatiōe ⁊ cōmendatione.

Salutate Mariā que multūꝫ laborauit in vobis. Verba sunt ap̄li Rom̄. vl. ca. Que quidē verba optime ꝯcordāt exhortationi qua om̄is pp̄l's christianus ammoneri videṫ ad salutandū btām virginē dei genitricē Mariā: frequētando salutationē angelicā. ¶ Jtem aliud thema pōt etiā pro hoc sermone applicari. scꝫ Jngressus angelus ad eā. scꝫ Mariā: dixit Aue gr̄a plena ⁊c̄. Lu. j. ⁊ i euāgelio. scꝫ hodierne solennitatis. Nimirū q: angelus beatā Mariā sic salutauit: ⁊ nos debemus eā salutare. Jn q̄bus ꝟbis tria facere videṫ ap̄ls. ¶ Prio nēpe hortaṫ vt salutem⁹: cū dicit. Salutate: vt insinuet ꝑ eius salutatiōnē fructū multiplicē ꝓuenire. ¶ Scd̄o insinuat quā salutem⁹ cū subdit: Mariā. Nā licet ad lr̄am ap̄ls ibi loquaṫ de quadā fideli femina que vocabaṫ noīe Maria: q̄ quidē multū laborauerat ad reducēdū fideles romanos ad ꝯcordiā: ipsa em̄ discordiā eoꝝ retulit ad ap̄l'm vt eos ad ꝯcordiā reuocaret: sicut notat Gorra sup hoc passu. Verūtn̄ multo magis salutāda est a christicolis Maria dei mr̄ que maximā fecit ꝯcordiā inter deū ⁊ genus humanū. Proterea ap̄ls ¶ Tertio subdit debitū q̄re vicꝫ salutemus ⁊ salutare debemus merito: q: multū inquit laborauit in vobis. Vere btissima ꝟgo multū i nobis laborauit: cū chr̄m deū nr̄m aluit: fouit: balneauit: in egyptū portauit et reportauit. Jtē multū laborauit cū in tota chr̄i Jesu vita seipam ad oīa ei⁹ s̄uitia debita hūilē ancillā exhibuit. ¶ Prio multū laborauit cū i hora passiōis gladiū dolorꝫ q̄ ei⁹ aiaꝫ pertrāsiuit ꝑ nr̄a vtilitate patiētissime tā quo ad filiū q̄ quo ad se ⁊ libētissime ꝑtulit. ¶ Deniq̄ multū laborauit et laborare nō cessat apud deū ꝑ nobis tanq̄ fidelissima aduocata intercedēdo. ¶ Quāto igiṫ honore salutāda est q̄ tāte salutis bn̄ficia nobis p̄stat. Jdcirco Nicolaus Gorra sup p̄missō thematis passu dicit. Si inq̄t illa Maria salutāda erat quā ap̄ls salutari admonebat q: multū laborauerat: quāto magꝫ bn̄dicta ꝟgo Maria q̄ sup oēs viros ⁊ mulieres ꝑ nr̄a salute laborauit. Dicat ḡ ap̄ls oībus christicolis: dicā ⁊ ego p̄dicator oib⁹ audiētib⁹. Salutare inquā: salutate Mariā dei matrē q̄ multū laborauit ꝑ oim nr̄m salute. Sed quā salutationē ei offerre digniorē possum⁹ nisi eā qua angelus ip̄am salutauit: quā de celo attulit dicēs. Aue Maria gr̄a plena dn̄s tecū ⁊c̄.

¶ Volētes itaq̄ in hoc sermone de hui⁹ angelice salutationis exhortatiōe ac frequētationis ꝓuocatione loqui tria mysteria notari libeat.

Primū mysterium inductionis.

Secundū mysteriū qualificationis.

Tertiū mysteriū cōmendationis.

¶ Primus articulus ꝙ q̄libet fidelis induciṫ ad salutatiōnē angelicā dicendā sepius pro beate virginis honore quattuor rōnibus. Capitulū. j.

De inductione ad salutatiōnē angelicā dicendā. primo ex cōgruo.

Primū mysteriū diciṫ inductiōis. Ois q̄ppe christicola induciṫ vt frequēter bn̄dictā ꝟginē Mariā salutet angelica salutatiōe tanq̄ sūmo honore dignā p̄cipue q̄ttuor rōnib⁹.

Primo ratione congrui.
Secundo ratione debiti.
Tertio ratione exempli.
Quarto rõne emolimenti.

[Tria gña q̇bus salutatiõnẽ impẽdimus.]

¶ Primo rõne congrui. Nam tria sunt genera q̇bus maxime congruũ ⁊ honestissimũ est salutationis iura impendere videlicet amicis: beneficis et dominis.

¶ Primo quidẽ amicis ob amicitie signũ ⁊ fomentũ: q² vt dicit Aristo. ix. Ethico. Amicitia fouet̃ ⁊ auget̃ colloquijs bonis ⁊ bonoꝝ impẽsis. Nã amicus amicũ ex amore cogit̃ salutare. Vñ saluto interꝑtat̃ quasi salutẽ opto: qđ est amicoꝝ. [Saluto] Sed qm̃ ipsa beata virgo est amica imo amicissima christicolis: q² nos oẽs fideles multũ diligit et sup oẽs post christũ: vtpote q̃ est sup oẽs gr̃a ⁊ diuina charitate plena. Vult q̄q₃ ⁊ ab oibus nobis amari tanq̃₃ dei mr̃ ⁊ oĩm nostrũ aduocata ac mediatrix. Hinc Ecci. xxiiij. Ego mater pulchre dilectiõis. i. q̃ pulchre diligo ⁊ pulchre amari volo: g̃ merito est a nobis freq̄nter salutãda.

[Scđo Bñficijs.]

¶ Secũdo impẽdẽda est salutatio beneficijs ob gratitudinis signũ. Quia aũt btã virgo est sup oẽs benefica gñi hũano: vt dicere possit genus hũanũ: illud Sap̃. vij. Venerũt mihi om̃ia bona pariter cũ illa: q² om̃ia nobis bona ꝑ virginẽ ꝓstita sunt: vt dicit Anſ. Idẽ ⁊ Bern̄. Nil inquit in nobis boni voluit deus haberi qđ nõ ꝑ manus Marie trãsierit: g̃ merito est salutanda.

[Tertio prelatis.]

¶ Tertio impẽdenda est salutatio dñis ⁊ ꝓlatis. Vñ. viij. Ethico. Maioribus debet̃ honor. scʒ in signũ reuerẽtie tanq̃₃ ministris dei ⁊ eius in hoc mũdo figurã gerẽtibus: ꝓpter qđ ⁊ ipsi dij dicunt̃. Exo. xxij. Dijs nõ detrahes: ⁊ pricipi ppl̃i tui nõ maledices. Ipa aũt bñdicta ꝟgo est dña totius mũdi Vñ Ecci. xliiij. In om̃i pplo ⁊ in om̃i gẽte primatũ tenui supboꝝ ⁊ sublimiũ colla ꝓpria ꝟtute calcaui. Ex q̃ auctoritate colligit̃ ꝙ ipa sit dña celestiũ: ideo dicit̃: in om̃i populo. Itẽ ꝙ sit dña totius terre mũdi: ideo đr: ⁊ in oi gẽte. Deniq₃ ꝙ sit dña etiã inferoꝝ: q² supboꝝ. i. demonũ: ⁊ sublimiũ. i. dãnatoꝝ quorũ supbia ascẽdit sp: colla calcauit: iuxta illđ Geñ. iij. Ipsa cõteret caput tuũ. Cap̃. ij.

[Secũdo rõne debiti inducimur.]

Secundo inducimur ad salutandũ btãm virginẽ frequẽter rõne debiti. Nã debitorie obligamur salutare benedictã virginẽ triplici iure.

¶ Primo ex iure diuiali q̇ ꝓceptũ est Exo. xx Honora patrẽ ⁊ matrẽ. qđ maxime accipit̃ de pr̃e spũali id est. deo: ⁊ matre spũali. scʒ btã ꝟgine. Vñ Aug. Amandus est generator. i. pater carnalis: sed ꝓponẽdus est creator. i. deus. Ita silr̃ honorãda est mater carnalis ⁊ salutanda: sed multo magis mater spũalis Maria. ¶ Scđo ex iure canonico: q² vt đr. xij. q. ij. c. viij. Ingratitudo auctoritate canonũ ⁊ legũ culpat̃. Itẽ. xxij. q. vij. de forma. circa finẽ. Pro ingratitudine demeret̃ hõ priuari acceptis bñficijs ⁊ indignus haberi accipiẽdis. Vt g̃ bñficia btẽ ꝟginis q̇b⁹ ꝯtinue fouemur nõ amittam⁹ ⁊ indignos nos habẽdos ne reddam⁹: tenemur grati esse: qđ facim⁹ eã salutãdo ⁊c̃. ¶ Tertio ex iure philosophico: q² vt hr̃. viij. Ethi. ꝑ Aristo. Marie tenemur dijs: mgr̃is ⁊ parẽtibus q̇bus equalẽs reddere nõ possum⁹. Sicut igit̃ tenemur deo: sic matri dei ꝑ quã deũ ꝓpitiũ habemus. Itẽ si tenemur mgr̃is tꝑalibus: multo magis mr̃i dei q̃ est magistra fidei nr̃e. Deniq₃ si tenemur parẽtibus: marie ꝟgini bñdicte que est parẽs nr̃a ꝑ quã renati sum⁹ ad celestẽ vitã. Vñ ipsa dicit̃ mater nr̃a spũalis ſm Bern̄. sic dicentẽ. O felix Maria tu mater dei: tu mater rei: tu mr̃ iudicis: tu mater exulis: cũ sis mater vtriusq₃: sustinere discordiã inter tuos filios. i. chr̃m ⁊ nos nequis. Cap̃. iij.

[Tertia inductio Ratiõe exempli.]

Tertio inducimur ad salutandũ btãm ꝟginẽ rõne exẽpli: qm̃ plrima ⁊ solẽnissima exẽpla nobis prebent̃ vt eã salutare debeam⁹. ¶ Primo quidẽ exemplũ salutãdi ꝓbet angelus q̇ eã salutauit in oratorio. ¶ Secũdo exẽplũ ꝓbuit Elizabeth q̃ eã salutauit. Vñ ⁊ ꝟba ei⁹. scʒ Bñdictus fructus vẽtris tui: huic salutationi ab eccl̃ia adijciunt̃. ¶ Tertio exemplũ ꝓbuit Joãnes baptista in vtero adhuc mr̃is sue existens qñ exultãdo eã salutauit: ⁊ eius filiũ. i. dñm Jesum exultatiõis motu adorandũ declarauit. Vñ Lu. ij. Ecce em̃ vt facta est vox salutatiõis tue in auribus meis exultauit infans in vtero ⁊c̃. ¶ Quarto exemplũ ꝓbuit chr̃s q̇ eã salutauit cũ post mortẽ resurgẽs ei apparuit dicẽs. Salue sancta parẽs ⁊c̃. vt dicũt deuoti doctores. Itẽ cũ eam salutauit in celũ assumẽdo ⁊ occurrẽdo. iij. Reg. ij. Surrexit rex in occursum matris et adorauit eam. ¶ Preterea exẽplũ ꝓbent oẽs scti ⁊ electi dei q̇ salutauerũt btãm virginẽ dũ essent in hoc mũdo: ⁊ salutãt nũc in celo: iuxta illud Apoc. iiij. Adorauerũt deũ mittentes coronas suas añ sedẽ dei ⁊ agni. i. corã btã ꝟgine q̃ est sedes dei. O igit̃ hõ stude salutare bñdictã virginẽ. Cap̃. iiij.



[Quarto inducimur Ratione emolimenti ⁊ vtilitatis.]

Quarto inducimur ad salutandũ frequẽter beatã virginẽ rõne emolimenti ⁊ vtilitatis. Nã ex ista salutatiõe acquirũt hoies fructũ. Et q̇dẽ ¶ Primo generalitet oẽs salutãtes btãm virginẽ acquirũt fructũ resalutatiõis. Cũ em̃ ipsa sit virgo humillima: nõ dedignat̃ resalutare se salutãtes. vñ Ecci. xv. Obuiabit illi q̃si mater honorificata: obuiabit inquã auxilijs opportunis: si nos obuiauerim⁹ ei sanctis desiderijs ⁊ deuotis salutatõibus. Quibus aũt bonis ipa resalutat suos salutãtes: ibidẽ describit̃ cũ subdit̃. Cibabit illũ pane vite ⁊ intellectus ⁊c̃. Ecce primũ bonũ qđ ꝓstabit btã virgo se salutãtib⁹: sequit̃. Et firmabit̃ in illo ⁊ nõ flectet̃. Ecce secundũ bonũ. scʒ donũ ꝑseuerãtie ⁊ fortitudinis: sequit̃. Et exaltabit illũ apđ ꝓximos suos. scʒ exaltatione celestis gl̃ie. Ecce tertiũ bonũ. Et subiungit̃. Et noie eterno hereditabit illũ dñs de⁹ nr̃. Ecce q̃rtũ bonũ ¶ Secũdo iusti ⁊ scti hoies ex ei⁹ salutatiõe acq̇rũt gr̃e repletionẽ: spũalẽq₃ exultationẽ: ⁊ sctĩtatis augmentationẽ. Qđ figuratũ est in mysterio Lu. j. vbi vicʒ legit̃ ꝙ cũ Maria salutasset Elizabeth: illaq₃ resalutãdo eã suscepisset: repleta est statim Elisabeth spũsctõ: ⁊ exultauit infans in vtero ei⁹: ⁊ sctificat⁹ est Joãnes ⁊c̃. ¶ Tertio q̇₃ pctõres ex hac salutatõe acq̇rũt pctõꝝ purgationẽ ⁊ gratiã ac miscđiam: qm̃ cũ ipsa sit mater gr̃e ⁊ miscđie: nõ dubiũ q̇n ipam deuote salutãtib⁹ donet gratiã ⁊ miscđiam. Si em̃ ioculator ad mẽsam diuitis cantauerit: nunq̇t ei cibus negabit̃? quãto magis q̃ carmẽ hoc angelicũ ⁊ bñdicte virgini sũme iocundũ ⁊ acceptũ salutatiõe deuota cecinerit: exenia ei a btã ꝟgine gratiarũ ⁊ donoꝝ largient̃.

[Peccatores pctõrũ purgationeʒ ex frequẽti salutatione.]

Deniq₃ si diligẽter singula ꝟba huius salutatiõis põderamus: compimus ꝙ ꝑ oia eius ꝟba aliq̇d mali effectus qđ in hoie facit pctm̃: repelli insinuat̃: ⁊ aliq̇d ꝑ ꝯtrariũ boni et vtilitatis induci vl' acquiri. ¶ Nã primo ꝑ pctm̃ aia maculat̃ ⁊ ve eterne dãnatiõis incurrit̃: q² vt đr. ij. sent. dist. xlij. c. v. Pctm̃ mortale est qđ obligat ad mortẽ eternã. Huic ꝯtrariatur Aue. i. sine ve. Accedat g̃ pctõr ad btãm ꝟgine ⁊ dicat Aue: si vult eius ꝓcibus liberari a dãnatõis ve. ¶ Scđo ꝑ pctm̃ cor occecatur ⁊ obtenebrat̃ Sap̃. ij. Excẽcauit eos malicia eoꝝ. Cui ꝯtrariat̃ hoc qđ addit̃. Maria. i. illuminatrix. Si vis g̃ illũinari o pctõr: dic Aue maria. ¶ Tertio ꝑ pctm̃ incurrit̃ dei inimicitia. vñ Aug. Scio deũ inimicũ esse om̃i criminoso ⁊c̃. Cõtra hoc est qđ dicit̃: gr̃a plena. Si vis g̃ gratiã: saluta ꝟginẽ benedictã gr̃a plenã: vt merearis de ei⁹ plenitudine accipe. ¶ Quarto ꝑ pctm̃ hõ a deo elõgat̃: q² lõge a pctõrib⁹ salus: teste ps̃. Cõtra hoc est qđ addit̃: dñs tecũ. Qui vult g̃ appropinq̇re deo: accedat ad salutandũ btãm ꝟginẽ đi matrẽ.

[Pcti dãnuʒ]

¶ Quinto ꝑ pctm̃ maledictio incurrit̃. Ps̃. Maledicti q̇ declinãt a mãdatis tuis. Cõtra hoc est qđ đr Bñdicta tu in mulierib⁹. Si vis euacuari a maledictiõe accede ad virginẽ que sup oẽs bñdicta: viris ⁊ mulierib⁹ bñdictionẽ ꝓpinauit: vt đt Augu. ¶ Sexto ꝑ pctm̃ hõ a fructu meriti incarnatiõis passiõisq₃ christi expoliat̃ ⁊ a diuina visione sepatur. Esa. xxvj. Tollat̃ impius ne videat gloriã dei. Cõtra hoc subdit̃. Et bñdictus fructus vẽtris tui Jesus. O igitur q̃cũq₃ aia siue fidelis ⁊ deuota: siue peccatrix: accede ad virginẽ salutandã ꝑ Aue Maria: sciens q² resalutaris ab ea totiẽs quotiẽs eã salutas: imo ⁊ oscularis. Audi Bernardũ dicentẽ. Est tibi o virgo Maria q̃si osculũ audire salutationẽ angelicã: q² totiẽs a btã oscularis quotiens ꝑ Aue salutaris. Hec ille. vt đr in Speculo ꝟginis libro sic nominato. Vis igitur o pctõr fructũ salutis eterne acquirere in meritis christi: accede ad Mariã salutandã: Vñ ipa clamat ꝑ sapientẽ Eccl̃. xxiiij. In me inq̇t oĩs gratia vie ⁊ ꝟitatis: in me om̃is spes vite ⁊ virtutis. Trãsite ad me oẽs qui ꝯcupiscitis me: ⁊ a generatiõibus meis

adimplemini. O verbũ dulce: o verbum spei ꝯfortatiuũ. Trãsite inquit ad me oẽs. Nullũ excipit: sed oẽs: iustos et pctõres: viros ⁊ mulieres: paruulos ⁊ magnos dulcit' btã ꝟgo inuitat ad se honorandũ: ad se salutandũ: ⁊ eius patrocinia implorandũ. Trãsite inquit de huius mundi ꝓcellosa ac fallaci spe ac ꝯfidẽtia. Trãsite: ista caduca et vana ꝑtergrediẽdo ⁊ cõtẽnendo. Sed quo? Ad me vtiqꝫ dei veri matrẽ reginã misc'die honorificandã et iuocãdã in q̃ ois gr̃a: oĩs spes salutꝫ. Secure vos meis suffragijs ⁊ meis auxilijs cõmittite oẽs ꝯcupiscitꝫ sincera deuotõe me: hoc est: meũ fructũ saluificũ. Me inquã oĩs boni matrẽ: et adimplemi ⁊c̃. Miraculũ. ¶ Ut aũt magꝫ ꝯfirmemus ꝙ salutare bñdictã virginẽ angelica salutatiõe sit ꝓutile ⁊ fructuosissimũ hoĩ: libeat narrari. Miraculũ q̃ddã qð refert Ans. in tractaculo miraculoꝝ. Quidã clericus in Carnotensi ciuitate degebat: q̃ licet esset leuis morib⁹ et curis seculi deditus: carnalib⁹ etiã desiderijs vltra modum subiectus: tñ sanctã dei genitricẽ nimis in memoria deuota habebat: ⁊ eam sepissime angelica salutatiõe salutabat. Qui dum ab inimicis ꝑemptus esset: clerici dicte ciuitatis sciẽtes eũ vitã irreligiosam duxisse: extra atriũ cimiterij eundẽ sepelierũt: vbi dũ ꝑ dies triginta iacuisset: beata Maria illius miseria apparuit cuidã clerico dicens ei. Cur ita iniuste egistis cõtra cancellariũ meũ vt poneretis eũ extra cimiterũ vestrũ. Cui interrogãti q̃ suã ei⁹ cancellarius esset: illa ait. Qui inq̃t añ triginta dies a vobis est tumulat⁹ extra atriũ. Nã mihi deuotissime seruiebat ⁊ corã meo altari sepissime me salutabat. Citi⁹ g̃ ꝑgite ⁊ eũ de loco indecẽti auferentes in atrio ponite. Et cũ hec dixissꝫ: vehement' adducti clericti: vultũ defuncti discooperientes: florẽ pulcherrimũ in ore ei⁹ inuenerũt ⁊ linguã eius integrã ⁊ sanã: ⁊ q̃si ad laudandũ nomẽ dñi paratam: ⁊ q̃si in ea Aue Maria floride descriptã. Intellexerũt cũcti qui aderant ꝓpterea hoc ei accidisse qꝛ dei genitricẽ ex suo ore frequenter salutauerat: cuius ⁊ ꝓcibus ac meritis in hora mortis spm̃ bonũ ꝯtritionis ⁊ salutis ꝓmeruerat. Qð certe miraculũ grande nõ solũ ꝓ illo: sed etiã ꝓ nobis fecisse credimus beatã virginẽ: quatinus accendamur in dei amore: ⁊ ipsius beate virginis deuotiõe inducti ad salutandam.

Miraculum

¶ Articulus. ij. qualiter beata virgo a nobis est salutatione angelica honoranda. Cap. j.

Secundũ mysteriũ dicitur q̃lificatõis. Scire quippe ꝑutile est qualiter btã ꝟgo debeat a nobis salutari. ¶ Propt' quod aduertendũ ꝙ quicũqꝫ vult digne bñdictã virginẽ Mariam salutare: debet has infrascriptas q̃ttuor ꝯditiões vel modos obseruare: vt magis possit beate virgini eius salutatio complacere.

Quattuor cõditiões dicẽtis salutatiõnẽ angelicam.

- Prima puritatis.
- Secunda fidelitatis.
- Tertia humilitatis.
- Quarta deuote sedulitatis.

Prima cõditio puritatꝭ.

¶ Prima (inquã) cõditio obseruãda in salutatiõe beate virginis d' cõditio puritatis: qꝛ maculata pctis seruitia vel obsequia nõ sunt deo ⁊ btẽ virgini accepta: iuxta illud Esa. ca. j. Cum extẽderitis manus vr̃as auertam oculos meos a vobis: ⁊ cũ multiplicaueritꝭ oratiõnẽ nõ exaudiã: manus em̃ vr̃e sanguine. i. pctõ plene sunt. Subdit'. Lauamini mũdi estote: auferte malũ cogitationũ vestrarũ ab oculis meis. Quiescite agere ꝑuerse: discite bñfacẽ ⁊c̃. Hec ibi. Qui g̃ vult gratã salutationẽ bñdicte virgini exhibere: debet purificari a pctõ ꝑ cõtritionẽ: ꝯfessionẽ: ⁊ satisfactionẽ: Huicꝫ ratio ꝯcordat: qꝛ cum om̃e aĩal diligat sibi sil'e Ecci. xiij. Exq̃ ipsa est virgo purissima: nõ placẽt ei nisi pura obsequia. Uñ Abachuch. j. ca. Mũdi sunt oculi tui ⁊ respicere ad iniquitatẽ nõ potes. Deniqꝫ huic concordat etiã in exemplo mysteriũ salutatõis angelice. Nã benedictã virginẽ puritate plenã nõ nisi angelus qui est speculũ purissimũ ſm Dionysiũ: digne salutauit. Debet ergo esse hõ tanq̃ alter angelus ꝑ puritatẽ qui digne et gratifice vult benedictã virginẽ salutare. Miraculũ.

Miraculum

¶ Ad hoc refert' miraculũ. Ex quidã vite turpissime nõ desinebat dñam freq̃nter salutare ⁊ laudare. Accidit quadam die ꝙ longũ iter agens ꝑ vastam solitudinẽ nimis famesceret. Cui ad beatã virginẽ cũ lachrymis clamanti vt subueniret: apparuit ei Maria cũ speciosis thobalijs: cibũ afferens delicatũ: sed in scutellis immũdis ⁊ stercore fedatis. Aitqꝫ ad eũ. Comede. Qui rñdit. Cib⁹ quidẽ bonus est: sed eũ nõ possum comedere ꝓpter scutelle fetorẽ et eius immũdicie horrorẽ. Tũc ait ei btã ꝟgo. Tu mihi laudes quas dicis ⁊ salutationes pulchre sunt ⁊ bone: sed qꝛ cor tuũ turpe ⁊ stercorib⁹ pctõꝝ fedatũ est: nõ possum in his delectari. Et hoc dicto euanuit. Ille cõpunctus cepit amarissime flere: et sic ex eo se emendauit. Propterea Ans. dicit. Ante dei genitricẽ Mariã heu pudor iniquitatis in ꝓ̃sentia nitentis sanctitatis. Heu cõfusio immunde consciẽtie in cõspectu fulgentis mundicie ⁊c̃.

Capitulum. ij.


Secũda conditio obseruãda in salutatiõe: d' fidelitatis.

Secundū salutis exemplū. sc3 ꝟtuositatis nobis ꝓponit̄ in ipa benedicta matre dñi: in q̄ nobis p̄betur exēplū imitatiōis in triplici ꝟtute q̄ floruit in hac purificatiōe. ¶ Prima ꝟtus est hūilitas. q2 cū nō esset peccatrix: tā q̄3 culpabilē se ostēdit ꝑ illas oblatiōes: vt nobis exemplū daret culpādi nosipsos Vñ Greg. Bonar mentiū est agnoscere culpā vbi nō est culpa. ¶ Secūda ꝟtus oblatio: quia legi cui non tenebatur obediuit: ad docendū nos q̄tinus multo magis diuinis p̄ceptis q̄bus tenemur obedire debeamus. qm̄ vt d3 Greg. Sola est obedientia que fidei possidet meritū: qm̄ fides sine operibus mortua est. ¶ Tertia virtus est paupertas: quia non elegit oblationem diuitum. puta agnū: sed pauper: sc3 par turturū: aut duos pullos colūbar: vt patet Lu. ij. Sed quia ibi euāgelista non determinat: queritur ḡ q̄d istor duor obtulerit. Respondet̄ q̄ chr̄s ꝓ nobis egenus fact⁹: ꝓ se voluit offerri pauper hostiā: sicut 7 vilibus pannis inuolui: sed pulli colūbarū faciliori p̄cio a paupibus ꝓcurari poterāt: ḡ verisimiliter illos obtulerunt. Si obijcitur: q2 magi non diu ante purificationē obtulerūt munera: sc3 aur: thus 7c. Et verisile est q̄ nō modicū auri vtpote more regio. ¶ Quare ḡ ex his btā ꝟgo ſm Fran. mayro. 7 cōiter docto. q̄ credendū est omnino ipam virginē nō habuisse tantū pecunie vt agnum emere potuisset: al's eni offendisset ꝯtra legem sic p̄cipientem: s3 oīa illa a magis oblata regia munera paupibus iā erogauerat ante istud tp̄s purificationis. 7 ideo non habuit vt agnum emisset. In quo etiam docemur ad pietatē erga paupes: ad ꝯtemptū mundanarū diuitiarū ꝓpt chri

Questio.

stūm. O mira Marie humilitas: pietas et paupertas. De q̄ loquēs deuotus Berñ. d3. O btā ꝟgo Maria vere tu nō habes cām nec tibi opus est purificatione. Sed nunq̄d filio tuo opus erat circūcisione. Esto tñ inter mulieres tā q̄3 vna earū: nam 7 filius tuus sic extitit in medio puero: qui in natiuitate habuit se vt paup hō: quia natus in stabulo: in circūcisione vt paup 7 pctōr hō: sed hodie vt pauper 7 pctōr 7 seruus homo. Ut paup in eo q̄ oblationem pauperū elegit: vt pctōr: in eo q̄ ipe cū matre expiari voluit: vt seruus. in eo q̄ quinq3 siclis sicut 7 ceteri primogeniti redimi voluit.

Capl'm. iij.



Tertiū exemplū nobis ꝓponit̄ in sctō Symeōe qui vt sacrū loquit̄ euangeliū accepit dñm Iesum in vlnas suas 7 bñdixit deum: sc3 flexis genibus letissimo corde. Sed cur nō dicit. q̄ accepit Iesum in man⁹: sed in vlnas: Rñdet̄ q̄ id: q2 in vlnis seu brachijs amplexādo tentū delectabilius inspicit̄ 7 ꝓpinq̄us cordi desiderabili⁹ ponit̄. O dulce verbū. sed dulcius factū: accipe Iesum in vlnas. O felices vlne que Iesum dulcē merent̄ suscipe vel portare. Quid eni beatius: quid iocundius 7 suauius anime q̄3 Iesum amplecti: ipm tenere: ipius amore frui. In hui⁹ itaq3 Symeonis seu sacti exemplo docemur nos debere christum suscipere in vlnas cordis nr̄i: ibi cum dulci deuotione amplecti 7 osculari. O fidelis anima. O cor deuotum cupis ne dulcem Iesum suscipere in vlnas 7 eius dulci solatio: ei⁹ iocūdo amplexu medullitus in corde liquefieri. oportebit te hūc sanctum Symeonem in exemplum tibi propositum imitari vt sis talis qualis ipse fuisse scribitur in euangelio. Nota verba. signa mysteria. Ecce inquit homo erat in Hiersl'm cui nomen Symeon 7 hō iste iustus 7 timoratus expectās redemptionē isrl'. 7 sp̄ussanctus erat in eo Ex quibus colligitur q̄ quattuor p̄cipua debem⁹ in nobis habere vt digni simus christum in vlnas suscipere hic per gratiam: et in futuro per gloriam. videlicet pacem: iusticiam. timorē castum: 7 sanctum amorem: exemplo sancti Symeonis. ¶ Primo pacem. quia teste Psal. In pace factus est loc⁹ eius. Quod notatur cum dicitur. Homo erat in Hierusalem. quod interpretatur visio pacis. ¶ Secundo iusticiā qua reddit̄ vnicuiq3 q̄d suum est. sicut dicit Tullius. Nam teste ps̄. Iusticia 7 iudicium p̄paratio sedis eius: id est ꝑ iusticiā p̄parat̄ cor: vt in eo sedeat 7 requiescat deus. Hinc 7 Prouer. xij. In semita iusticie vita id est christ⁹ hoc notatur cum dicitur. Et homo iste iustus. ¶ Tertio castum timorem. vnde 7 subditur. Et timoratus. Proinde Berñ Sācto inquit amore 7 casto timore quasi duob⁹ brachijs amplectimur christum. ¶ Quarto sanctū amorē hoc notat̄ cum dicit̄. Et sp̄ussanctus erat in eo. Vñ in ps̄. Ignis añ ipm p̄cedet. Berñ. sup hec ꝟba dicit sic. Opprtet vt ardor desiderij p̄ueniet oēm animā ad quam deus est venturus. Et tunc sciat aia p̄sentē sibi esse christum cū se illo igne senserit calefactā. Hec ille. O igit̄ oēs iracūdi: a vera pace extranei. O oēs iniusti. O p̄sumptuosi peccatores deū non timentes offēdere. O denicq3 oēs a spiritusancto alieni. immundi vos superbi: vos auari: vos gulā sectantes. 7 quicunq3 scelerati: audite vestram sententiam quia non manet in vobis christus sed diabolus. quoniā christus non introibit in maliuolam aiam: nec habitabit in corpe subdito peccatis. vt scribitur Sapien. ca. j. Uos aūt o pacifici: beati: iusti quoq3 7 deum timentes ac gratiam sp̄ussancti tenentes: gaudete 7 exultate. qm̄ sic Maria virgo benedicta filium in vlnis portauit 7 sancto Symeoni in vlnas obtulit hodie ita 7 in vlnas cordis vestri offerre per gratiam non recusabit. Nimirum exorantib⁹: 7 eius suffragia implorantibus ista die purificationis miraculose comperit̄ beata virgo subuenisse. ¶ Miraculū ¶ Legitur in vita socior beati Francisci q̄ quidā frater deuotus cū ꝑ longū tempus subtracta gratia merēs 7 tristis fleuisset. cū p̄uenisset ad festū purificatiōis in heremitorio exis̄ cepit clamare ad beatam virginem di. O beatissima virgo Maria tu hodie filium Symeoni amplexandum prebuisti 7 cum mira dulcedine in tuo filio refecisti: obsecro te mater misc̄dīe vt mihi quoq3 miserearis: qui fatigatus sum desiderio tui filij Et oīno mesticia repletus pre cordis ariditate Et ecce mater misc̄dīe statum

Exēplū proponit̄ nobis in sancto Symeone.

Miraculum

assuit ꝛ filium ei in specie paruuli amplexandum tribui Et
ille frater ab illa hora vsqꝫ ad totum tp̄s vite sue semper
in mira suauitate spūs ꝑmansit. Et ꝯtinue hec ꝛ silia ver-
ba replicans: eructabat in feruore cordis dicēs. O amor
meus Jesu dulcissime quando ꝑueniam ad te: qn̄ moriar
vt iterum amplecti valeam te. ¶ Aliud etiam miraculū
ad id facit de quadam matrona ꝛ de hoc habebit̄ infra in
fine huius partꝭ. Sed ꝛ pluribus miraculis alijs omissis:
libeat (si tn̄ placet) hic describere quoddam de confirma-

Aliud miraculum

tione festi purificatiōis. Miraculum. Quod quidē rep-
peri in Budeñ. libraria: ꝛ habet̄ etiam in Speculo exem-
plorum. di. viij. ca. lviij. Or vicꝫ tꝑibus Bonifacij pape
quoddam templum erat Rome quod dicebat̄ Pantheō:
ꝯsecratum Diane. Hoc templum ipse papa impetrauit a
Foca impatore vt in honorem sancte Marie virginis cō
secraret̄. Ad quam ꝯsecrationem celeriter faciendā cōue-
nientibus populis multis: iudei ꝯstanter aduersabantur:
ꝛ seditionem faciebant ꝯtra christianos dicētes christum
ex Joseph semine: ꝛ non de virgine natum. Quodā itaqꝫ
tp̄e in die natalis christi ꝯtētio maxia habita est de hoc:
vbi ꝓtunc aderat etiā quidā cecus natus qui iudeos ap-
tis rōnibus ꝯfutabat: adeo ꝙ iudei fuerunt compulsi eli-
gere vnū de duobus: vicꝫ ꝙ aut ip̄i ceco nato impetrare
possent christiani vt visum recipet: meritum virginitatis
Marie in ꝯceptu: in partu: ꝛ post partum inuocādo: et sic
iudei crederent. Aut si hoc facere christianoꝝ deus nequi-
ret: tota fides christiana tanqꝫ falsa expugnaret̄ ꝛ perire
deberet: impantibus cesarijs Romanis. Statuerūt quo-
qꝫ ꝓ hoc pacto implēdo diem purificatiōis Marie ex cō-
muni ꝯsensu christianorum. Qua die adueniente cecus cū
christianis fecit se duci ad altare: ꝛ genuflexo coram ima-
gine beate virginis Marie: iudeis ꝛ populis multis coas-
sistentibus: cepit canere illud responsoriū quod tūc canit̄
di. Gaude virgo Maria: cūctas hereses sola interemisti
que Gabrielis archangeli dictis credidisti: dum virgo de-
um ꝛ hōiem genuisti: ꝛ post partum virgo inuiolata ꝑmā-
sisti. ℣. Gabrielem archangelū credimus diuinitus te esse
affatum: vterū tuum de spūsancto credimus impregnatū.
Erubescat iudeus infelix qui dicit christū ex Joseph semi-
ne esse natum. Hoc facto mox cecus visum recepit clarissi-
mū: ꝛ fere quinqꝫ milia iudei ad fidem ꝯuersi sūt. Bonum
est ergo semꝑ Mariam inuocare.

¶ Articulus. iij. ꝙ duodecim gaudia habuit btā Maria:
quādo suscepit purificatiōis sacramentum.

De. xij. gaudijs btē Marie virgis in purificatōe.

TErtiū mysteriū circa hāc so-
lennitate declarandū ẜ iocunditatis. Ubi ad-
uertendū ꝙ iuxta numerū duodecim stellaꝝ in
corona beate virginis existentiū possumus ꝓ hac solēni-
tate purificatiōis distinguere duodecim gaudia. qb⁹ tan-
qꝫ. xij. stellis radiātibus ip̄a gl'iosa extitit. ꝛ iocundata in
sui purificatione: que in trib⁹ quaternarijs ordinari pn̄t.
¶ Primo nanqꝫ benedicta virgo quattuor gaudia habu-
it ꝓ hac purificatione in se de deo ꝛ filio ei⁹ chr̄o. ¶ Se-
cundo alia quattuor habuit gaudia de opibus miraculo-
sis que facta sunt in ista purificatiōe. ¶ Tertio deniqꝫ vl-
tima quattuor gaudia habuit in sanctoꝝ ꝯgratulatiōe.

¶ Qr̄tum ad primum quaternarium gaudebat btā vir-
go in purificatione.

Primo de diuina honorificatione
Secūdo de angelica famulatione
Tertio de gratissima oblatione
Quarto de suauissima portatione
¶ Qr̄tum ad secundum gaudebat
Primo de miranda reuelatione
Secundo de gratie stupenda redundatione
Tertio de christi veneranda susceptione
Quarto de admiranda futuroꝝ ꝓphetatione
¶ Qr̄tum ad tertium gaudebat
Primo de Symeonis benedictione
Secundo de paruuli Jesu gl'ificatione
Tertio de sancte Anne ꝯfessione
Quarto de sanctoꝝ patrum gl'ificatione.

Capitulum primum.

Primū gaudiū diuine honorificatōis

PRimum itaqꝫ gaudiū habuit beata virgo Ma-
ria in ista purificatiōe de diuina honorificatio-
ne: quia deus eam singulariter pre oīnibus ho-
norauit. Et primo honorauit virginitatē eius
in data lege purificatiōis ꝑ Moysen: cum eius virginalē
ꝯceptum ꝛ partū in ea ꝑnunciauit ꝑ adiectā conditionē:
ꝛ eam singulariter ex oīnibus mulieribus mūdi exemptā
speciali priuilegio honorauit. Quod sic clarescit. Nā de⁹
dans per Moysen legem purificatiōis Leui. xij. dicit sic.
Mulier si suscepto semine peperit ꝛc̄. ẜm eñ Franc. Mar.
ista lex directe ꝑnunciat partum virginis quia si nulla mu-
lier sine semine peritura fuisset: frustra Moyses apposuis-
set: si suscepto semine. quia quādocunqꝫ aliquid competit
alicui vniuersaliter ꝛ necessario. frustra opponit̄ conditio
de illo: sicut exempli gratia. Uniuersaliter oīnis hō come-
dere habet ꝛ bibere ꝑ os: frustra ergo apponit̄ ꝯditio di-
cendo. hō si ꝑ os comedit ꝛ bibit: quia non aliter qꝫ ꝑ os
habet fieri comestio. Et hoc ostendit̄ etiam ex scriptura.
Nam Exo. xxj. Si ꝑ industriā quis occiderit fratrē suum
morte moriat̄. Istud: si ꝑ industriā: dat intelligere ꝙ alit̄
qꝫ ꝑ industriam ꝯtingit ꝓximum interficere alicui: vñ tali
datur locus refugij. Sic ꝛ in proposito ꝑ hoc quod dicit̄
Si suscepto semine mulier peperit: datur intelligi ꝙ aliq̄
mulier aliter qꝫ suscepto semine poterat parere. quod ve-
rificatum est in sola matre dn̄i que de spūsancto concepit
ꝛ peperit in virginitate. Hinc Bern̄. Putasne quia dictu-
rus Moy. Mulier que peperit filium immunda erit. non
timuerit super matre domini crimen blasphemie incurre-
re. idcirco ꝯditionem ꝑmisit dicēs. Si suscepto semine. vt
ip̄am eximeret ꝛ virginalem eius partū ꝑnunciaret. Hec
igit̄ bn̄dicta virgo sciens ꝛ mente tractans: plurimū gau-
debat ꝙ ip̄a meruerit fore illa que sine semine parere de-
buit: ꝛ ꝙ a deo sic honorari in sua lege ꝑnūciari meruerit
Itē secūdo eā in hoc honorauit quo ad maternitatem:
quia hodie ip̄aꝫ matrē fore dei in templo sanctis collec-
tā tibus publicari voluit ꝛ fore reginā mūdi. O quātū gau-
dere poterat cū se matrē dei agnoscebat: qꝛ vt ait Ansel.
Hoc solū de sancta Maria ꝟgine ꝑdicare ꝙ dei mr̄ est ex-
cedit oēm altitudinē q̄ post deū dici vel cogitari potest.
Hec ille De hoc eius gaudio Aug. in ser. Adest nobis. ẜt
sic. Maria exultat ꝛ matrē se leta mirat̄ ꝛ de spūsctō cōce-
pisse gaudet. ꝛ quia genuit cū exultatiōe nō cuiuslibet me-
riti hōiem sed totius mūdi saluatorē. Hec ille. ¶ Scd̄m

Scd̄m gaudiū angelice famulatiōis.

ꝑcipuū gaudiū habuit btā virgo de angelica famulatiōe
qꝛ vt ẜt Alber. suꝑ. Missus est: ip̄a clarissime videbat an-
gelos ꝑ species ꝓprias: Gaudebat ergo cū videbat natū fi-
lium dn̄m Jesum ab angelis circūdari ꝛ adorari. Nā ẜm ꝙ
ꝓsequit̄ Ludolphus in lib. de chr̄i vita: credit̄ ꝙ Gabriel
angel⁹ qui virgini ꝯceptū verbi nunciauerat ante oīnes
se agēs pastoribus ip̄e euangelizauerit gaudiū magnum
et de natiuitate chr̄i militias celestis exercitus ꝓuocauit
ad laudandū deum ꝛ diceñ. Gloria in excelsis deo Luc. j.
Deinde āscendētes angeli in celum cū iubilo hec nuncia-
uerunt conciuibus suis. Tota igitur superna curia exhila-
rata laudibus ꝛ gratiarū actionibus exhibitis deo patri:
venerunt oēs ꝑ ordines suos videre faciē chr̄i dei ꝛ ado-
rabant eū ꝛ matrē eius cum oīni reuerentia laudis perso-
nātes cantica celestia. Et ꝓbat hoc tali rōne: quia in nul-
lo angelorum potuisset cadere hec tanta superbia vt au-
ditis talibus nouis non visitasset dominū deum suū con-
stitutum in terra: ꝛ eius matrem hūiliter salutasset. Hinc
apostol⁹ ad Hebr. c. j. Et cum introduceret primogenitū
in orbe terraꝝ: dixit. Et adorent eum omnes angeli dei.
Unde Aug. in quodam ser. ẜt. O stabulū felix: ꝑsepe bea-
tum in quo nascitur christus ꝛ reclinat̄ omnium deus. ibi
circumdabant beatam virginem angelice potestates. ibi
erant milia milium exultantiū. ibi vagiebat christ⁹ in sta-
bulo ꝛ fiebat leticia magna in celo: resonans gloriam deo
in altissimis: et in terra pacem hominibus bone volunta-
tis: quia descenderat pax vera de celis. Hec Augustin⁹.
Idcirco Ansel. Dum hunc paruulū inter manus suas ver-
sari ꝛ ad vbera sua pendere circūstantibus ꝛ famulatu ob-
sequentibus angelis videbat beata Maria. Quo precor
affectu mouebatur pius animus eius. Dum ergo vides

ret Maria angelos adorātes chrm̄ cū matre ip̄a iubilā-
do cū Gabriele in ascēsu eius de Bethleem ad templum:
putas quantū gaudebat. Nam ⁊ Chrys. in quodā ser. dt
Infinitā inquit militiā angelorū ad glˀiose virginis obse-
quiū esse deputatā nullatenus ambigimus vt eam custo
dirēt ambientes. ¶ Tertiū ꝯsiliū de gratissima oblatiōe

Tertiū gaudiū gratissime oblationis:

Primo qꝛ ꝯsiderabat ꝙ summū munus dō offerebat: adeo
ꝙ nūꝙ a seculo talˀ oblatio facta fuerat. Un̄ ſm Ludol.
vbi s. credit genuflexo talia virginē in tēplo v̄ba dixisse
Ecce sancte pater p̄sento tibi filiū tuū eternaliter genitū
⁊ meum quē ꝯcepi ⁊ peperi virginitate manente deū verū.
Secundo quia ꝯsiderabat virgo btā aīo pio ꝙ multipli-
cem vtilitatē ⁊ fructum ex hac oblatiōe acqreret toti mū
do: Obtinuit em̄ mundo misc̄diam dei. Un̄ canit in intro
itu hodierne misse eccl̄ia. Suscepim⁹ deus misc̄diam tuā
in medio templi tui: qꝛ ꝑ hanc oblationē flexus est deus
ad miserandū mūdo. Itē ꝑ hoc obtinuit pacē inter deū:
hōies ⁊ angelos. Ubi aduertēdū: ꝙ qñcūꝙ irascebatˀ de⁹
duob⁹ modis poterat facere pacē cū eo q̇s in veteri testa
mento. ¶ Primo ꝑ pn̄iam verā: iuxta illud scriptū Eze-
chie. xviij. Cōuertimini ⁊ agite pn̄iam de om̄ibus iniq̇ta-
tibus v̄ris: ⁊ nō erit vobis in ruinā iniq̇tas. Et tñ hoc mō
quesiuit Adā pacē generi hūano ⁊ nō obtinuit. ¶ Secū
do ꝑ oblationē ⁊ hostiā. sicut solebat fieri in veteri testa-
mento ad placandū deū. Et nunc spūaliter offerētes de
corde oblatiōes affectionū sanctarū: ⁊ de corꝑe hostiam
bonorū operū placam⁹ deū: iuxta illud apl̄i. Obsecro vos
vt exhibeatis corꝑa v̄ra hostiā sanctā deo placētem ⁊c̄.
Et tñ Dauid cū dedisset centū milia pōdera auri: ⁊ argēti
mille milia atꝙ aliorū metallorū sine pōdere ad edificatio
nem templi: nec sic obtinuit quo ad posteros. Sed virgo
hac oblatiōe gratissima deū pacauit ⁊ toti mūdo pacē acq̇
siuit. Qd̄ Symeō p̄sentiēs orauit se in hac pace dimitti
di. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e ſm v̄bū tuū ī pace. Hoc fi-
guratū est Geñ. viij. Ubi legitˀ ꝙ Noe emittēs colūbā de
arca: reuersa est ad vesperā portās ramū oliue virētis in
ore suo. Intellexitꝙ Noe ꝙ deus pacē dedisset in terra:
⁊ siccata esset terra ab aq̇s. Ista colūba est btā v̄go q̄ fel-
le amaritudinis caret: qꝛ tota pia ⁊ benigna est: cū sit mr̄
misc̄die: vt canit eccl̄ia q̄ portauit hodie chrm̄ virentē in
gratia ⁊ virtute in sinū pacis. ¶ Tertiū deniꝙ gaudium
hauriebat cor v̄ginis in hac oblatiōe: qꝛ ꝯsiderabat eius
significationē ꝙ vicꝫ sicut hodie voluit christ⁹ seip̄m of-
ferri: ita dabat significari ꝙ ipse oblaturus esset seip̄m in
cruce ꝓ hōis salute. Et sicut quinꝙ siclis est redēpt⁹: ita
ip̄e q̇nꝙ principalibus vulnerib⁹ mundū esset redēptur⁹
Et sicut eius mr̄ Maria astitit in hac oblatione. ita asta-
re debebat iuxta crucis oblationem. Gaudebat igitˀ vir-

Quartū gaudiuꝫ suauissime portationis.

go super generis hūani significata redemptiōe. ¶ Qua-
rtum gaudium habuit de suauissima portatione: quia sen-
tiebat maximā suauitatem cum chrm̄ in vlnis cum ingen
ti amoris dulcedine portabat a quo portabatˀ. Si em̄ se-
nex Symeon accipiens christū in vlnas pre leticia ⁊ sua-
uitate cordis fatiscentium membrorū presenectute debi-
litatem non sentiebat: sed virtute indutus ex alto christū
suauiter portabat: iuxta illud qd̄ canit eccl̄ia. Senex pue
rum portabat: puer aūt senem regebat: quem virgo con-
cepit ⁊c̄. Multo magꝭ id credēdū est de Maria. Hoc gau
dium tangit Aug. in sermone vbi supra dicens sic. Leta
igitur Maria gestat infantem: exultans filium amplexa-
tur: portat a quo portabatur. Hec ille. O anima deuota
nonne ⁊ tu gadium sumeres si christū in vlnis portares.

Capitulū secundū

Secundo quaternario describuntˀ alia quattu-
tuor gaudia beate virginis que habuit in hac
purificatione. Ut igitur ad premissa connume-
remus. ¶ Quintum gaudiū habuit beata vir-

Quintū gaudiū mirande reuelatiōis.

go de miranda reuelatione. Ceteris em̄ miraculis p̄mon
stratus ⁊ docente spūsancto reuelatus est ⁊ comprobat⁹
benedicte virginis Marie virginalis partus. Quod cla-
ret. ¶ Primo in reuelatione facta Zacharie patri Ioan-
nis baptiste ſm Orige. Iuxta cuius dicta eo ꝙ hec histo
ria non est contra rōnem vel scripturā creditur a plerisꝙ
Zacharias fuisse pontifex in ordine vicis sue tꝑe quo bea
ta virgo de Bethleem venit in Hierl̄m portans in vlnis
dominū Iesum: ascendens in templum ad purificationē
Ip̄m aūt templū per tria intersticia erat diuisū. In vno
stabant per se virgines puelle. In secunda mulieres ma-
ritate. In tertio vidue. Cogitabat itaꝙ beata virgo ad
quarum societatē stare deberet. Et quia sciebat se esse vir
ginem: deliberauit ire ad virginum intersticium. Quo cū
venisset: virgines eam deridebant dicentes. Tu cum fili-
um in vlnis teneas: quomō dignam te putas nostro con
sortio? vade hinc ad pares tuos. Tunc domina vultu ve
recundo: inclinato capite iuit ad maritatas. Et ille etiam
eam ceperunt verbis īpetere dicentes. Tu es mulier sup-
ba. quia noluisti nobiscum stare sed ad virgines ire: ⁊ tan-
ꝙ pauperi ⁊ abiecte non curauerunt locum dare ¶ Unde
cogitauit beata virgo ꝙ si iret ad viduas. ille eam magꝭ
refutarent: eo ꝙ nondum esset viduata. Et idcirco patiē
tissime ferens: nec verbum pro verbo dans: iuit cum sum-
ma humilitate ⁊ posuit se in vltimo loco templi post om-
nes mulieres. O humilitas benedicte virginis. O patiē-
tia eius in exemplum om̄ibus data: ecce regina celi cū sit
super om̄es mulieres benedicta stat vltimo loco quasi ad
consortium mulierum indigna. Interea Zacharias pon-
tifex ip̄ius baptiste Ioannis pater de sanctuario exiens
⁊ videns beatam virginem stare sequestrata cum filio: re-
pletus est spūsancto: cognouit ip̄amꝙ esse virgini mrēm
dei ⁊ hominis. Et statim cepit christū filium eius publica
voce confiteri. Accipiens quoꝙ manū beate virginis du
xit eam ad locum dignissimū in consortiū virginū: prote
stans ⁊ dicens. Om̄ hec est virgo virginum de qua ꝓphe-
tauit Esa. ca. vij. Ecce inquit virgo concipiet ⁊ pariet fili
um ⁊c̄. Et hic eius natus est vere saluator israel: de⁹ ⁊ hō:
redemptor mūdi: vnde om̄es mirabantˀ. Et stetit in illo
loco honoratissimo beata virgo vsꝙ ad temp⁹ oblatio-
nis filij sui. Et tandem Zacharias pontifex pro isto testi
monio facto de christo: a Iudeis interfectus est. iuxta il-
lud Matth. xxiij. Usꝙ ad sanguinem Zacharie filij Bara
chie quem occidistis inter templum et altare. Hec scd̄m
Orig. ¶ Secundo quoꝙ claret in reuelatione facta Sy-

Reuelatio symeonis

meoni. Legitur enim in glosis Biblie sicut etiam refert.
Egesippus in libro de supplemento euangelice veritatꝭ:
ꝙ Symeon iste erat rabbi: id est magister inter Iudeos:
qui cum Esaiam interpretaretur: ⁊ ad id verbum glosan-
dum peruenisset. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet fi. ⁊c̄. visum
est sibi hoc fore impossibile: vnde dixit iniuriam factam
fuisse Esaie. eo ꝙ vicio scriptorum tale vaticinium esset
corruptū scribentes in hebreo halma pro alma. id est vir
go pro iuuencula: ideo deleuit hoc. Mane facto: aureas
litteras isto sensu scriptas miraculose repperit. Cunꝙ il-
lo iterum deleto: tertia vice id factum fuisset: mirans et
stupens. pressus est somno et obdormiuit. Et surgēs rep
perit sicut et prius aureis litteris conscriptam propheti-
am: stupens autem orationi se dedit. Mox quoꝙ respon
sum a spiritusancto accepit: nō visurum se mortem nisi vi-
deret christum dn̄i de virgine natum quod hodie est im-
pletū. Un̄ patꝫ ꝙ btā virgo hec oīa aduertēs plimū gau
debat. ¶ Sextū gaudiū habuit de mirāda gr̄e redunda

Sextū gaudiū miranda gr̄e redūdationis

tione. qꝛ vicꝫ ip̄a mediante multiplex gratia redundauit
in sanctū Symeonē a dn̄o christo ſm mgr̄m Barcho. de
Pib. li. ꝯformitatū. Prima quidē quia peccati macula si
qua inerat vel infuisset christus eum purgauit: et forte in
gratia ꝯfirmauit. ⁊ gratū exhibuit: ꝓpter qd̄ dr̄ in euan-
gelio ꝙ accipiens Iesum in vlnas. benedixit deum. scꝫ ꝓ
accepto beneficio. Scd̄a gratia que eū sanctificauit ⁊ gu-
bernauit: ideo eū dn̄m vocat dicens. Nūc dimittis ſuū t.
do. ⁊c̄. Tertia gratia: qꝛ ei⁹ desideriū q̇etauit appetebat
em̄ eū videre ⁊ vidit. ideo ait. Quia viderūt oculi mei sa.
tuū. Quarta: qꝛ eū illuminauit vt intelligeret eius diuini
tatē ⁊ ꝑ eū oīm fidelium fiendā salutem. vnde ait Lu. ad
re. gē. ⁊ glo. ple. tue isrl̄. Gaudebat itaꝙ beata virgo de
gr̄e in eū redūdatiōe. sciendo ꝙ ip̄a esset constituta vt sit
mr̄ gr̄e: sicut canit eccl̄ia: ꝑ quam redūdaret gr̄a in om̄es
atꝙ misc̄dia dei. Septimū gaudiuꝫ de christi veneranda

Septimum venerāde susceptionis

susceptiōe. Que em̄ mater nō ꝯgaudet super filij honora
tione. cū scriptū sit Eccl̄i. xxv. Homo iocundatˀ in filijs.
Et iterū eiusdem. iij. ca. Honoratur parens in filijs. Ma-
ximū ergo fuit Marie gaudiū quando videbat suum na-

tum tanta dilectione amplexari: venerari ⁊ genuflexo: vt deū adorari: ⁊ laude diuina ꝯfiteri a Symeōe ⁊ Anna. vt testat̃ euāgeliū. Circa hoc quippe pie ꝯtēplari possum⁹ qm̄ sicut etiā docet Aug. in sermōe hodierne festi sanctus Symeon cū eēt multū annosus vtpote plusq̄ȝ centū annorū. sicut dr̄ in li. de in fantia saluatoris, ⁊ foret spūsctō plenus. sūmo desiderio rogabat deū in orōnibus ꝯtinuis cū gemitib⁹ ꝑ generis humani redēptione quam expectabat. Et qr̄ respōsū accepat a spūsctō: nō visurū se mortē nisi prius videret christū domini vt postea cū gaudio annūciaret patrib⁹ i limbū descēdēdo ꝑ mortē. Hac igit̃ die maiori perfusus solita dulcedine spūsscti: cepit dicere. O deus Abraā: q̄ diu durabo: q̄ȝdiu veniet illa filij tui sacra natiuitas vt videre merear christū quē ꝯcupisco: ipm̄ amplexare valeā ⁊ osculari: q̄tin⁹ letus moriar ⁊ p̄cibus gaudiū in limbo adducā nūciādo. O q̄ȝdiu moror in hac vita heu mihi q: incolat⁹ meus ꝓlōgat⁹ est. O misericordissime deus miserere iā nūc generi humano tādiu in carcere detēto: tādiu e celo excluso mitte nūc filiū tuū ⁊ redime nos in salutari tuo. Cūq̄ȝ talit̃ oraret ecce spūssctūs ei reuelauit dicēs. Surge vade cito ad fores tēpli: en adest filius dei incarnatus q̄ tenet̃ in vlnis matris virginis Mox festinus accurrit feruore diuino plen⁹. ⁊ vidēs diuinū splēdorē irradiantē de facie christi ⁊ matris ei⁹ Marie ꝫm Hiero. agnouit hūc fore. Mox quoq̄ȝ infusus abūdātius spūsctō: cecidit ꝓnus in terrā ⁊ adorauit bn̄dicendo deū. Suppliciter q̄q̄ȝ a beata virgine petiuit: vt ꝯcederet sibi i vlnas accipe christū: quē acceptū sctūs senex. O q̄nta cordis deuotiōe. O quāta suauitate: lachrymarū q̄q̄ȝ dulci imbre amplexabat̃: osculabat̃: stringebat ad pectus vociferabat̃. ⁊ laudes reddebat deo quis explicabit hec queso? Sed o bone senex q̄d sic agis: nisi qr̄ tibi christus hic dulcis redemptor: hic de⁹ tuus ⁊ saluator. Hec vidēs

Octauū mirabiliū futurorū ꝓphetationis

Maria gaudebat ¶ Octauū deniq̄ȝ gaudiū habuit Maria de mirabiliū futurorū ꝓphetatiōe qr̄ cū hec ageretur ecce cepit Symeon ꝓphetare de christo ⁊ eius matre futura di. Ecce hic positus est in ruinā ⁊ in resurrectionem multorū in israel. Malis quidem in ruinā dānatiōis: sed bonis ⁊ electis in resurrectionē eterne beatitudinis sequitur. Et in signū cui ꝯtradicet̃ scȝ a iudeis: infidelibus et hereticis ac malis christianis. Sequit̃. Et tuā ipsi⁹ aiām ꝑtrāsi. gla. scȝ in christi passione. Licȝ itaq̄ȝ p̄nūciabatur Marie dolor passionis: tn̄ gaudebat de humani generis redēptiōe ⁊ talium auditione nouorū. Cap. iij.

Nonū symeonis benedictionis.

TErtio quaternario describunt̃ alia gaudia Marie. Unde ad p̄missa ꝯtinuādo ¶ Nonū gaudium fuit ei de Symeonis bn̄dictione. Ut em̄ testatur euāgeliū sanctus Symeon tūc benedixit Marie et Joseph. sed quali benedictione nō exprimitur. Deuota tn̄ mens pōt plura ꝯtēplari. Ut dixerit. Bn̄dicta tu in mulieribus q̄ virginū virgo: angelorum domina: et oīm regina fieri meruisti. Benedicta filia tu a dn̄o qr̄ ꝑ te fructū vite eterne cōicauimus ⁊ silia. ¶ Sed dicit. Quō

Questio

Maria que fuit sup oēs sctā a Symeone debuit benedici. Rn̄det̃ ꝫm Ly. q̄ hoc fuit ꝓpter officiū sacerdotale eius ad q̄d spectat bn̄dicere pplo. ⁊ iō Symeō bn̄dicere habuit Mariā. ¶ Decimū gaudiū habuit de filij glorificatiōe

Decimum filij glificationis a symeone.

scȝ ꝑ Symeonē facta ⁊ declarata qr̄ cū Symeon dnm̄ iesum teneret in vlnis. cepit cogitare: qr̄ deus magnus est qui se tantū exinaiuit vt paruulus fieret ꝓpter nos. qui portat omnia verbo virtutis sue: quem omnes patriarche ⁊ ꝓphete desiderauerūt. Cepit etiā cogitare q̄ȝ acerbā mortem a populo iudaico esset passurus ꝑ redēptiōe generis humani. ideo ⁊ spū ꝓphetico p̄dixit matri sue passionem christi et ꝯpassionē ipi⁹ sue matris. Hec p̄noscēs ⁊ cogitās: magno cepit feruere amore erga deū christum qui dignatus esset tanta pati ꝑ nostra liberatiōe. Et iō in amplexus ruens paruuli iesu: benedixit deum et glorificauit dei filium Jesum di. Nunc dimittis seruum tuum dn̄e ꝫm verbū tuū in pace ⁊c̄. In quo quidē cātica laudat christū quadruplicitet. Primo q̄ ipse est pax in celis ⁊ in terris, ideo dicit. Nūc dimitt̄ ⁊c̄ in pace. Secundo q̄ ipse est salus mundi. Unde dicit. Quia viderunt oculi mei sa. tu. Tertio q̄ ip̄e est verū lumē illuminās totū mundū: vn̄ subdit. Quod parasti ante faciem omnium populorū.

Lumē ad reuelatio. gen. Quarto: q̄ ip̄e sit gl̄ia oīm electorū in prima. Un̄ subdit. Et gl̄iam ple. tue isrl̄. Un̄ plurimū de his gaudebat Maria. ꝯferens in corde suo. ¶ Undecimū de Anne ꝯfessione facta de christo: quia vt notat

Undecimū anne ꝯfessione de christo

euāgeliū sancta Anna vidua vsq̄ȝ ad annos. lxxxiiij: que de tēplo nō discedebat: orōnibus ⁊ ieiunijs deseruiēs do hec supuenit ip̄a hora nō a casu: sed diuina inspiratiōe ꝫm Ly. ⁊ ꝯfitebat̃ dn̄o scȝ gr̄as agēdo de bn̄ficio incarnationis cōpleto ⁊ loquebat̃ de illo oībus q̄ expectabāt redēptionē isrl̄: scȝ cūctis corā annūciando hunc Jesum natū esse redēptorē ꝫm q̄ Ly. exponit. Un̄ pie creditur q̄ talia vel silia v̄ba dixerit genuflexo adorādo chr̄m ⁊ in amplexus suscipiēdo (vt etiā de semine Dauid dictū est) Bn̄dictus inq̄t deus isrl̄. qr̄ visitauit ⁊ fecit redēptionē plebis sue. Bn̄dictus q̄ dedit mihi videre chr̄m suū: quē oēs prophete desiderauerūt. Nouerit ḡ oīs isrl̄ qm̄ testimoniū phibeo: quia hec est virgo mater vaticinio Esaie p̄dicta cū qua in templo ꝯuersata angelorū eā visitantiū: quotidie ꝯsolationem verā sum expta. Hec est que virgo cōcepit: virgo peperit: ⁊ hic est eius natus verus deus q̄nē cōfiteor ⁊ testificor oībus qui expectāt redēptionē israel. O quantū putas gaudio tūc resalutasse btām Mariā virginē honestissimā di. Bn̄faciat vobis. i. Symeoni ⁊ Anne deus ⁊ fili⁹ inquā me⁹ ꝑ hoc saluifico testimonio. ¶ Duodecimū gaudiū de sctōrū patrū ꝯgratulatione. scȝ ex Symeonis annūciatiōe. Pie nēpe ꝯtemplari possum⁹. qr̄ cū

Duodecimū sctōrū patrū ꝯgratulationis.

oēs pr̄es in tenebroso carcere infernali lugerēt. ecce Symeon decedēs ꝑ mortē: gaudiū eis annunciauit di. Uere sciatis qr̄ natus est saluator chr̄s de⁹ quē vidi ⁊ in vlnas suscepi de v̄ginis matris gremio quē tādiu viuens in mūdo expectaui: ⁊ mortē eius qua redēpturi sumus p̄nunciaui. Tunc oēs cū gaudio leuātes vocē dixerūt. Bn̄dcitus dn̄s deus patrū nr̄orū: ⁊ laudabilis ⁊ gl̄iosus in secula. Et iterū. Suscepim⁹ deus misericordiā tuā in medio templi tui. Un̄ eccl̄ia hoc mō inchoat hodie missā. ⁊ ꝑ signo huius leticie ꝓcessionē agit cū cereis ardētibus ꝯsecratis in qua quidē sunt tria scȝ. Cera: q̄ significat carnē christi de virgine sumptā sic cera de apibus sine cōmixtione nascit̃. Item interior lychus significat christi aīam candidā. Et lucis ardor. christi diuinitatē: q̄tinus significet̃ q̄ sicut ꝑ oīm sctōrū leticia chr̄s gestatus est hodie manib⁹ in templū: ita ⁊ nos ꝑ gr̄am chr̄m gestem⁹ in mente. sic ⁊ figuraliter gestamus in candele significatiōe. ¶ Ad id legit̃ miraculū in cōi legēda. Qr̄ quedam matrona deuota beate

Miraculū.

Marie cū in festo purificatiōis non posset audire missam eo q̄ pauperata ad eccl̄iā nō haberet q̄bus iret vestimētis. Nam oīa erogauerat ad honorē btē Marie. dolēs in camera sua orōni se dedit: et in extasi vidit se esse in ecclesia pulcherrima: vbi turba sanctorū multa: et ceperunt missam solennizare ꝑ honore ⁊ gaudio huius festiuitatis. Uidebat̃ etiā quidā maximā facem candelarū tenere ⁊ distribuere vnicuiq̄ȝ: ⁊ ip̄i matrone vnā cādelā dedit quā libentissime accepit. Cunq̄ȝ oēs ad offertoriū offerrēt: ista non obtulit. Un̄ v̄ginū regina Maria assistens: ꝑ nūciū p̄cepit vt offerat. Primoq̄ȝ: secūdo ⁊ tertio mādato renuente: misit angelū vt violēter ab ea auferret cereū ⁊ offerret: eo q̄ videbat̃ nō ꝓcedere sacerdotē in missa nisi offerret̃. Cunq̄ȝ angelo capere cereum volente: ⁊ illa matrona resistente. hincinde ꝯcertādo cereus frangeret̃: ps angelo ⁊ altera medietas matrone remāsit. Illa ad se redijt et cereum in manu repperit fractum: vn̄ admirando ip̄m reseruauit: ⁊ factum est vt ip̄o oēs infirmi qui tangebātur curabāt̃ ad laudem Marie. O itaq̄ȝ fidelis anima gaude in christo Jesu pro hac solennitate ⁊ redde grates deo et Marie. Amen.

¶ Pars secūda tertij libri de doloris gladio ⁊ martyrio beate virginis Marie.

De doloribus beate Marie virginis.

UNiuersi populi attendite et videte dolorē meū. Uerba sunt Hiere. Thrēn primo ca. Et accipiunt̃ in ꝑsona Marie dicta. quibus nos inuitat ⁊ admonet ip̄a virgo pijssima ad recogitandum dolorē quem habuit sup filio suo compatiēdo Contemplemur ergo pie quō virgo Maria vultu mesto: facie sq̄ualida: gladio doloris in corde transfixa: vocē q̄

rula et flebili iuxta crucē christi stans dicit. O vniuersi po-
puli scʒ christiani: quos filius meus ꝑdilectus Jesus tan-
tū amauit: vt ꝓ vestra redēptione mori tā acerba morte
elegerit: attēdite ⁊ videte dolorē meū per verā cōpassio-
nem. O principes ⁊ dñi terrarū plangite mecū super filiū
qui est dñs dominantiū inter vilissimos latrones crucifi-
xum. O virgines. o vidue. o cōiugate. o senes. o paruuli
o vniuersi populi attendite ⁊ lugete mecū sup benignissi-
mū dñm nostrū Jesum morientē. O matres q̄ filios ge-
nuistis videte dolorē meū: quia filium meū vnicū solatiū
cordis mei quē de spiritusancto cōcepi verū deū ⁊ hoīem
virgo peperi ⁊ virgineo lacte alui: video cruci affixū: lace-
ratū: cruentatū. Ecce iā impletū est in me illud vaticiniū
Symeonis. Tuā ipsius aīam ptrā. ⁊c. His ac silibus ver-
bis virgo benedicta cordis nostri duriciē emollit ⁊ pene-
trat vt ad eius dolores attendamus. ¶ De his ḡ dolori-
bus locuturi ad p̄sens tria mysteria notabimus.

¶ Primū mysteriū de doloris Marie habitudine.

¶ Secundū mysteriū de eius magnitudine.

¶ Tertiū de eius aureole beatitudine.

¶ Articulus. j. quō habuit beata Maria cōicatū dolorē passionis christi: ⁊ hunc mixtum gaudio.

PRimū mysteriū de habitudi-
ne doloris Marie: vbi tres questiones occur-
runt. ¶ Prima Utrū dolor passiōis christi fue-
rit cōicatus beate virgini: Hec questio querit vtrū beata
virgo habuit passionē et dolorē ex cōpassione patientis
christi. Et arguere potes ꝙ nō: q̄r Esa. lxiij. scriptum est.
Torcular calcaui solus. i. tormēta sustinui solus. ¶ Itē
docet experiētia: q̄r sancti viri ⁊ deuoti maximā dulcedi-
nē cordis hauriūt in christi passione quāto sunt in maio-
ri gr̄a: ergo beata virgo que fuit gr̄a plena habuit maxi-
mā dulcedinē in eadē passiōe: ⁊ ꝑ consequēs nō dolorem.
¶ In cōtrariū est cōmunis sentētia catholicoꝝ. Rñden-
do ḡ ponit cōclusio ꝙ btā Maria in filij passione habuit
cōicatū maximū dolorē ex cōpassione. Et ꝓbat triplicit.
¶ Primo auctoritate scripture Lu. ij. Tuā ipsius aīam
pertransibit gla. ¶ Secūdo ꝓbat doctoꝝ attestatione.
Nam Dam. dicit ꝙ btā Maria dolores quos effugit pa-
riens ⁊ moriens: hos sustinuit compatiēs. Et Bern. dicit
eam longe plus q̄ʒ martyrē ex illa dolore: vt infra pate-
bit. Multi q̄ʒ alij doctores id testant: de quibus pretereo
ad p̄sens. ¶ Tertio ꝓbat ex rōne. Nam ẜm Alber. ma-
gnū sup Missus est. ca. ccj. pater miscōiarū de⁹ voluit ma-
tri miscōie Marie opus summe miscōie. i. passionē dolo-
ris cōicare pluribus rōnibus. ¶ Primo vt dare possit ei
premiū passionis. i. martyrij gloriā. ¶ Secūdo vt super
oēs eā participē faceret bñficij redēptionis: quatinus
sicut fuit Maria adiutrix nostre redemptiōis carnē dan-
do christo deo: ita esset adiutrix passionis qua redempti
sumus: ⁊ sic fieret mater omniū ꝑ recreationē. ¶ Tertio
vt sicut tot⁹ mūdus obligat deo ꝑ suā passionē: ita obli-
garet Dñe oīm ꝑ compassionē. ¶ Ad primā ergo obie-
ctionē respondet ẜm Alber. ca. cxcij. sup Missus est: ⁊ cō-
cor. Nico. ď Lyra. ꝙ illa auctoritas Esaie. Torcular cal-
caui solus: nō excludit beatā virginē quin torcular passi-
onis sustinuerit cū christo: q̄r subdit. Et de gentib⁹ nō est
vir mecū: vt excludat viros ⁊ omnes alios p̄ter Mariā.
¶ Ad secundū respōdet ꝙ licet passio christi recogitata
dulcedinē ingerat sanctis q̄ʒtum ad rōnē: nō tñ q̄ʒtum ad
sensualitatē. Et sic Maria dolorē habuit ī sensualitate ex
affectu materno. Itē ex quo fundamentū ⁊ radix oīs gr̄e
ac meriti est dolor corꝑalis ⁊ cordialis Jesu. Unde nō est
dubiū ꝙ sicut dulcedo sic q̄ñꝫ et dolor passionis Jesu in
mentes humanas ex influentia spūsancti infundit: quāto
mens hominis est magis depurata a peccatꝭ ⁊ magis di-
latata in dei amore. Et q̄r hec puritas ⁊ dilatio summe fu-
erunt in Maria que libere ac sine aliqua rebellione rece-
pit spiritussancti influxus: ideo ipsam deus sicut sup oēs
repleuerat Jesu dulcorib⁹: ita sup oēs in passiōe reple-
uit Jesu doloribus: adeo ꝙ nulla creatura maternali sta-
tui non erecta cape potuit: vt sic summe compassionis ac
lamentationis sacrificiū Maria deo offerret gratissimū.
Et sic patet. ¶ Secūda questio. Utrū beata Maria ha-
buit in passione christi aliq̄ď gaudiū mixtū cū dolore vel
aliquā dulcorositatē admixtam? Respondet ẜm Alber.
vbi. s̄. cōcor. Alexā. de Ales in. iij. ꝑte sum. q. xvj. in solu-
tione argumentoꝝ: necnō Nico. de Ly. sup. iij. sentē. dis.
xvj. ꝙ sicut dñs Jesus in passione sua habuit summū gau-
dium: ⁊ cum hoc summū dolorē: ita ⁊ beata virgo vtrūꝫ
habuit sibi cōmunicatū. Nā si christus cōmunicasset ma-
tri alterū tm̄modo: nō fuisset equū consortiū. Huius aūt
veritas ostendit ex omnibus ad que status virginis pōt
comparari. ¶ Et primo quo ad deū cuius voluntati btā
Maria summe cōformata erat in voluntate. Sicut ḡ scie-
bat passionē christi esse a deo volitā: ⁊ ad diuinū honorē.
ita ⁊ ipsa acceptā habebat. ¶ Secūdo quo ad filiū qui ꝓ
salute hominū mortē sitiebat. Unde Luc. xij. di. Ego ha-
beo baptismo. scʒ passionis baptizari: et quō coactor vt
perficiā illud: ergo sequit ꝙ ⁊ mēs Marie istud desidera-
uit. ¶ Tertio quo ad proximos: quia sciebat totū gen⁹
humanū per christi passionē redimi et sanctos patres de
limbo liberari: angelorūꝫ reparationē fieri: et homines
per recordationē passionis christi ad amoris diuini desi-
derium inflāmari. ¶ Quarto quo ad ipsam mortē ⁊ pas-
sionis dolorē: quia sancti pleni gr̄a dei: amore passionis
christi se morti ⁊ oīni pene libētissime tradebāt: imo ⁊ ma-
tres ꝓpter christi amorē ꝓprios filios ad occisionē du-
ci gaudebant: vt claret in multis martyrib⁹: ergo Maria
multo magis: cum esset gratie ⁊ charitatis improportio-
nabiliter amplioris pre cunctis habuit summū gaudium
et suauitatē deuoti amoris in christi passione. ¶ Tertia
questio incidit. Quō summū gaudiū: amor quoꝫ dulcis-
simus potuit simul esse cū summo dolore in aīa btē Ma-
rie: cum hec sint cōtraria que se non compatiunt: vt patʒ
ij. Periher. ¶ Ad qď rñdet ꝙ vt dicit Alber. et Alexan.
de Ales: atꝫ Ly. vbi. s̄. ꝙ ista ꝯtraria. i. dolor ⁊ gaudiū
nō fuerūt ẜm idē: quia dolor fuit in aīa virginis ac com-
passio naturalis ⁊ maternalis affectionis que ẜm sensua-
litatem summū dolorē faciebat ď morte filij sustinere: sed
in superiori parte rōnis erat ꝯgratulatio ⁊ delectatio de
hominis redemptione et alijs vtilitatibus ꝓueniētibus.
Et sic possunt simul esse hec duo. scʒ dolor et gaudiū ẜm
diuersas partes. i. ẜm sensualē naturā ⁊ rationalē: q̄r vnū
est materia ⁊ via ad alterū. Sicut ⁊ christus dñs ẜm par-
tem superiorē rōnis qua erat comprehēsor gaudebat de
passione: ⁊ tamē ẜm partē inferiorē dolebat et patiebat.
Et sic patʒ. Dicā ergo cum Bern. in medita. O mirabilis
censure conditio: excessit iniquus ⁊ vapulat iustus: deliq̄t
hō reus ⁊ occidit ꝓ eo hō deus: flet ⁊ lamentat innocētis-
sima virgo mater eius. O dulcissime Jesu. O benignissi-
ma Maria virgo: quid cōmisistis ꝙ tanto cruciatui: tot ⁊
tantis afflictiōibus addicti estis. Nos sumus qui pecca-
uimus nos qui iniuste egim⁹: ⁊ tu innocētissima virgo cū
vnico nato ꝓ nobis doletis et affligimini. O peccator vi-
de quomodo patiunt ⁊ flent pro te Jesus et Maria. Cur
ergo tu ferreū cor non cōmoueris? non fles pro teipso?
anima virginis vulneratur dolore: et tu durus resistis.
Luge cum Maria: plora et fle super peccata. Beati eīm q̄
lugent: qm̄ ipsi consolabunt.

¶ Articulus. ij. ꝙ magnitudo doloris et martyrij acer-
bitas in beata Maria ostēditur ex duodecim causis sub-
scriptis.

SEcundum mysteriū de ma-
gnitudine doloris bñdicte virginis. Que nāꝫ
exprimere lingua vel quis intellectus capere
sufficit quantus et q̄ʒ indicibilis fuit dolor in corde bene-
dicte virginis super passione et morte dilectissimi filij sui.
Licet quidem abyssum eius doloris comprehendere ne-
queam⁹: vt tamē pro modulo nostro aliquid de eo hau-
rire valeamus quo saltem ad compassionē moueamur.
¶ Aduertendū ꝙ duodecim causas possumus assigna-
re ex quibus dolor virginis magnus fuisse comperit: vt
sicut ipsa gloriosissima virgo corona duodecim stellarū
gloriatur: ita eius dolor et martyriū duodecim magna-
lijs preluceat ad eiusdem virginis gloriam sempiternā.
Et diuidunt iste cause. xij. in tres quaternarios: vt pate-
bit intuenti.

Dolor passionis christi cōicatus btē virgini.

Responsio

Ad obiecta.

Ad secundū contrarium.

Questio

Gaudiū mixtū cum dolore.

Tertia q̄stio amor dulcissim⁹ cū summo dolore ī btā virgine.

Dolorꝭ acerbitas marie ostendit ex. xij. causis.

¶ Primus quaternarius
Primus martyrij nouitas.
Secundus sufferendi diuturnitas.
Tertius passi propinquitas
Quartus ablati sublimitas.

¶ Secundus quaternarius
Primus totalis affectio.
Secundus diuinalis repletio
Tertius singularis preelectio
Quatus doloris reuerberatio.

¶ Tertius quaternarius
Primus dilecti presentia
Secundus adiutorij carentia
Tertius iuuandi impotentia.
Quartus facti ignominia.

Prima causa martyrij nouitas.

¶ Pro primo itaq̃ quaternario dixi q̃ prima causa magnitudinis doloris beate virginis est martyrij nouitas. Nam de⁹ quicq̇d opabat̃ in ṽgine nonũ erat: iuxta illud Hiere. xxxj. Nouũ faciet dñs sup terram: femina circũdabit virũ. Et ideo voluit deus vt sicut eius mater dilectissima erat virgo virginũ nouo ⁊ inaudito modo cõcipiendi: ita esset martyr martyrũ omẽs excedẽdo sanctos nouo genere martyrij. Nouũ aũt genus martyrij fuit ṽgo passa. ¶ Primo: q̃ alij martyres passi sunt in corpe: ipsa ṽo in aĩa ⁊ corde Luc. ij. Tuã ipsius aĩam ptransibit ⁊c̃. id est. pfecte transibit. ¶ Secũdo quia alij martyres sic patiebant̃ vt dolor carnis excederet dolorẽ mentis: imo in mente nõ habuerũt dolorẽ: sed ꝯsolatione interiori refrigerabant̃: iuxta illud Ps̃. Prouidebã dñm in cõspectu meo ⁊c̃. ppter hoc letatũ est cor meũ. In benedicta aũt virgine dolor cõpassionis excedebat oẽm dolorẽ carnis Vñ Bernã. Longe eam plusq̃ martyrẽ predicamus: non immerito: in q̃ sensum carnis excessit cõpassionis affect⁹: cũ eius aĩam ptrãsiuit passionis gladi⁹. ¶ Tertio q̃ alij martyres vulnerabant̃ ⁊ torq̃bant̃ in ppria carne tm̃: btã virgo aũt cruciabat̃ ⁊ vulnerabat̃ ac torquebat̃ in pluribus: q̃ Primo in carne filij sui ab ea sumpta quã videbat lacerari: vulnerari: ⁊ p singula membra passione repleri. Esa. j. A planta pedis vsq̃ ad verticẽ non erat in eo sanitas. Secũdo quoq̃ in aĩa ppria ⁊ corde. Gladius siquidem passionis qui ptransiuit mẽbra christi: ptransiuit p compassionẽ aĩam virginis. Tertio quoq̃ torquebatur etiam in carne ppria: dum ex aĩa vis doloris redũdabat in corpus: qm̃ ẽm Aristo. ij. de aĩa. Anima nullã habet operationẽ quã nõ cõicet corpori. Vñ Aug. di. Illa q̃ppe pia mater imani dolore eiulans; pectora delicata cõtundens: ita ipsa viscera ceteraq̃ fatigauerat membra: vt iam deficiens: ad christi funus vix potuerit puenire. Vñ etiã sanctarũ mulierũ manib⁹ sustentata fuit: et ad sepulchrũ christi venire nequiuit cum ipsis, sc̃z in die dñice resurrectionis. Pieq̃ nanq̃ credo q̃ ipsa p̃ dolore mortua fuisset: et cor eius scissum si spiritussancti virtus eam non cõseruasset miro modo. Et sic patet intensitas doloris.

Secũda causa sufferendi diuturnitas.

¶ Secũda causa sufferẽdi diuturnitas. Credit̃ eñ q̃ ipsa toto tpe vite sue passa ⁊ cõpassa fuerit: cum sciret legem ⁊ pphetas in q̇bus oĩa mysteria ad christi incarnationẽ et passionẽ cõtinebant̃: precipue aũt passa est a tpe illo q̊ Simeonẽ pphetantẽ audiuit. Tuã ipsius inquit animã pertransibit gladius. Oĩa quippe p̃nunciata a sanctis credidit certissime implenda. Propterea ⁊ Ambro. exponens verbũ predictũ dicit sic. Gladius iste est gladius diuini verbi. De quo apl's Hebre. iiij. Viuus inquit est sermo dĩ ⁊ efficax ⁊ penetrabilior oĩ gladio ancipite. Istũ gladiũ cor et anima virginis pfunde immersum habuit: q̃ dei mysteria ceteris pfundius penetrauit: ⁊ verba dei de christi passione ac ceteris operibus semp in corde medullitus portauit Lu. ij. Maria conseruabat oĩa verba hec cõfe. in cor. O quãto desiderio gloriosa virgo dei filium nasciturũ ⁊ passurũ in diuinis legebas libris: fide intuebaris: lachrymãtibus deflebas oculis: compatiebar̃ medullis cordis; ⁊ ex amore intimo osculabar̃ labijs virgineis; vt dicere possis illud Ps̃. Defecit in salutare tuũ anima mea. Defecerũt oculi mei sc̃z pre lachrymis. Et illud Cañ. Filie hierusalẽ nũciate dilecto: quia amore langueo. Languor quasi lõgus amor.

Tertia passi ppinquitas

¶ Tertia causa passi ppinquitas. Nam quãto quis est ppinquior ⁊ ꝯiunctior alicui: tanto magis dolet de ipsius pena: sed Maria sup omẽs erat christo cõiuncta ppinquitate triplici. Primo quidem naturali qua mater vnit̃ filio: q̃ caro christi fuit formata de purissimo sanguine ṽginis: vt dicit Damasce. Secũdo sacramẽtali qua anima christiani despõsat̃ christo. Osee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Tertio propinquitate spũali qua anima cõiungit̃ deo. j. Cor. vj. Qui adheret deo vnus spiritus fit cũ eo: ⁊ hoc fit p grãm ⁊ charitatem. Videns ergo Maria filium torqueri ⁊ carnẽ eius crudeliter laniari: ac sanguinẽ p̃ciosum abundanter effundi: dissecabat̃ in corde. Videns eũ in aĩa cõtristari et lachrymari: vulnerabat̃ eius anima ⁊ a lachrymis cõtinere se nequibat. Deniq̃ videns diuinitatẽ tractari tam ignominiose: lacerabat̃ eius spũs pre dolore cõpassionis. Unde dicere poterat illud Threñ. j. O vos omẽs qui transitis per viam attẽdite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus.

Quarta causa ablati sublimitas.

¶ Quarta causa ablati sublimitas. Quãto nanq̃ ab aliquo aufert̃ magis charũ ⁊ amatũ bonũ: tanto maiorem ille habet dolorẽ de ablatione: sed quoniã auferebatur a virgine Jesu vita quã summe amabat ⁊ plus q̃ se charam habebat: vnde ipsam amittendo reputabat omẽ bonum: omne solatium: omnẽ deniq̃ thesaurũ se amisisse. Et reuera qui amittit Jesum omnia bona amittit: vt dicit autor lib. de interna conuersatione. Sine (inquit) Jesu nil habes boni: cum Jesu diues es et oĩa habes. ipsum amittens: omnia amisisti. Cum igitur nunq̃ alicui matri potuit esse talis filius: nunq̃ tanta charitas ad filium. Ipsa nempe virgo Maria sciebat qualis super omnes esset suus filius quia deus et homo: et q̃ de spiritu sancto conceptus vita innocentissimus: verbo dulcissimus: aspectu iocundo suauissimus: vtpote in quẽ angeli desiderant prospicere. j. Pet̃. j. Et ideo quanto nouit clarius dilexit tenerius: et vulnerata est pfundius. Hũc dolorẽ Bernar. tractatu de compassione ṽginis et Ans. prosequunt̃: dicentes in persona Marie. Aspiciebam dominũ ⁊ filium meũ in cruce pendentẽ et morte turpissima morientẽ: ⁊ tanto dolore vexabar in mente q̃ nõ possum explicare sermone: manabat sanguis: ligno manib⁹ pedibusq̃ cõfixis: de vultu eius effluxerat pulchritudo omĩs qui tamẽ erat speciosus pre filijs hominũ: quia iniquorũ erat fedatus sputis. Iste erat dolor mihi maximus quia videbam me deseri ab ipso quẽ virgo conceperã ⁊ genueram: nec superat alius: quia mihi erat vnicus: videbã mori quẽ dilexit anima mea ⁊ toti liquefiebam p̃ doloris angustia: dabam gemitus ⁊ suspiria: flebam dicendo ⁊ plorabã p verba talia. O fili chare. O benigne nate. O amor vnice fili dulcissime: da mori tecum: ⁊ ne derelinquas me. Nil mihi dulcius vere q̃ tecũ mori amplexata cruce: ⁊ nil amarius certe q̃ viuere sine te. Tu mihi pater: tu mihi filius: tu mihi sponsus: tu mihi thesaur⁹: tu mihi gaudiũ: tu mihi omẽ bonũ. Nunc orbor patre: viduor sponso: desolor prole: oĩa perdo vno perdito te. Hec ⁊ plura talia vbi. s̃. et deuoti cõtemplatores dciunt.

Capitulum. ij.

Quinta causa totalis affectio.

PRo secundo quaternario Prima in ordine ad premissa. ¶ Quinta causa magnitudinis doloris btẽ virginis est totalis affectio. In alijs eñ natis affectus maternus nõ est totalis: sed partialis quia est cum viro participatus. Ex quo eñ cõcepti sunt ex viro ⁊ muliere: germanitatis dilectio partit̃ ad virũ ⁊ mulierẽ: sed qm̃ btã virgo sine viro ꝯcepit christũ: ideo totius germanitatis dilectio in ipsa sola includitur ⁊ terminat̃: vnde ipsa totali dilectiõe filiũ suũ dilexit: et per cõsequẽs totali dolore tenebat̃ cum filiũ amisit in passione. Alie ṽo matres sicut partialis germanitat̃ dilectione diligũt natos: ita vnico tm̃ ⁊ partiali dolore dolent de eoꝝ amissione. Et sic in btã virgine duplo excessit naturalis dolor aliarũ matrũ dolores. Proinde Berñ. super Cant̃. dicit. Est sagitta electa amor christi que cor virginis pertrãsijt: quia nullam particulã in pectore virginali vacuam reliquit que toto corde dilexit. Hec ille.

Sexta causa grẽ diuinalis repletio.

¶ Secunda vel in ordine. Sexta causa est grẽ diuinalis repletio. Cum eñ dolores Jesu in animã influant nõ nisi per amorem ipsius per quẽ homo trãsformari habet in

christũ. Unde Hugo de arra sponse dicit. Scio aĩa mea
ꝙ amor est vita tua: ⁊ per eum in eius quẽ amas similitu-
dinem trãsformaris. Hec ille. Sed qr amor dei nõ est nisi
per grãm spiritusscti: iuxta illud apli Rom. v. Charitas
dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũsctm: quãto
ergo quis maiori grã abundat: tanto in christũ maioris
amoris grã trãsformat: ⁊ quãto magis trãsformat: tãto
eius dolores quos sensit sentit ⁊ cum patiente compatit.
Sed qm̃ vt dicit Hiero. in sermo. de assump. Ceteris per
partes prestat grã. Marie ꝟo se totã infudit plenitudo
grẽ: ergo ⁊ per cõsequẽs in eam sup oĩes se totã infudit
plenitudo doloris christi. Preterea Eccl. j. Arenã maris
et pluuie guttas quis dinumerauit: quia ille solus. scꝫ deꝰ
Septĩa sin-gularis pre-electio. Marie dolores et grãm infusam potest ponderare q hec
nouit. Hinc ⁊ Threñ. ij. ꝺ ea scribit. Magna est velut ma-
re contritio tua. ¶ Tertia causa est singularis ꝑelectio:
quia benedicta virgo electa erat a deo singulariter super
oĩes. Ps. Elegit eã deus ⁊ ꝑelegit eam. Et ideo oĩes
angelos: oĩes patres sanctos atqꝫ oĩes aplos: marty-
res: et confessores ac virgines ꝑcellere debuit dignitate:
virtuositate: gratiositate: meritis ⁊ premijs. Ideo Eccl.
xxiiij. In plenitudine sanctorũ detentio mea. Qꝺ expo-
nens Berñ. ait. Bene in plenitudine sanctoꝝ Marie de-
tentio fuit: cui nõ defuit fides patriarcharũ: spes ꝓpheta-
rum: zelus apostoloꝝ: cõstantia martyrũ: sobrietas cõ-
fessoꝝ: castitas virginũ: fecunditas cõiugatoꝝ: insuper ⁊
puritas angeloꝝ. Hec ille. Cum igitur debuit esse et fuit
profecto omniũ excellentissima incompabiliter ex digni-
tate materna; idcirco debuit incompabiliter esse christo
dolenti cõformis in dolore ex compassione: vt indicibili-
ter maiorẽ oĩbus grãm: meritũ: ⁊ gloriã obtineret. Hinc
Eccl. j. Altitudinẽ celi ⁊ latitudinẽ terre ⁊ ꝓfundũ abyssi
quis dimensus est? quia ille solus. scꝫ deꝰ nouit metiri al-
Octaua do-loris reuer-beratio. titudinẽ glorie Marie: ⁊ latitudinẽ grẽ ac ꝓfunditatẽ do-
loris. ¶ Quarta causa est doloris reuerberatio: qm̃ vni-
uersi dolores ⁊ tristicie filij sui reuerberabant in aĩam be-
nedicte virginis. Uidebat nãqꝫ filium vnicũ tãdiris cru-
ciatibus expositũ: totaqꝫ mente cõuersa erat ad eius sin-
gula vulnera ⁊ lesiones. Uñ ꝑ singula christi vulnera ipsa
vulnerabat in aĩa. Preterea amorosus Jesus sciens suã
predilectã matrẽ sic in corde fore vulneratã ⁊ dolentem:
summe ei compatiebat ⁊ cõdolebat: sed et ipsa pia mater
introiuit semel in sancta eterna redemptione inuenta di-
cit sic. Christi sanguine oēs homines redempti sunt a
seruitute: quapropter per peccatū primi parentis capti
tenebant̄. Si ergo Maria non fuit peccato capta: quo-
modo potest dici redempta? quia Aug. in ep̄l'a ad Opta
tū de origine anime dicit sic. Redemptus dici nō potest:
nisi qui vere per peccatū fuit ante captiuus: sicut scriptū
est. Si filius vos liberauerit vere liberi estis. Ad q̄ re-
spōdet̄ ꝙ nō obstāte tali p̄seruatiōe mater dn̄i ē vere re-
dēpta: et p̄ alijs redēpta: nō quidē a pctō q̄ cōtraxit de
facto: sed q̄ ꝯtraxisset ex mō sue ꝓpagatiōis naturalis:
si per dei grām p̄ueniētē preseruata non fuisset merito
mortis christi filij sui p̄uise. Et hoc declarat̄ ꝓm Francis.
Mayro. tali exemplo. Si aliquis dn̄s redimeret a serui-
tute aliquos duos: vnū illoꝝ postq̄ȝ est natus: aliū dum
adhuc est in vtero matris vel anteq̄ȝ cōceptus est dando
priuilegiū libertatis ꝯcepturo. In hoc casu vterq; est re-
demptus ⁊ nullus eoꝝ seruus est: sed vnus est redemptꝰ
a nota seruitutis quā cōtraxit: alius a nota quā ꝯtraxis-
set: nisi redemptus fuisset: ⁊ nulli dubiū quin efficacius et
nobilius sit redemptus qui fuit p̄uentus ne seruꝰ esset q̄ȝ
ille qui post seruitutē fuit liberatꝰ ab ea: sicut maior grā
fit ei cui conseruat̄ innocentia q̄ȝ cui remittit̄ culpa: vt de-
clarat Augusti. sup Lu. et Gen̄. Mater x̄o dn̄i redempta
fuit a seruitute quā ex se contraxisset: sed oēs alij ab ea
quam contraxerunt: ergo ipsa pre alijs redempta est.

Duplex re-
demptio.

¶ Ad verba Augusti. vbi s̄. Respondet̄ ꝙ duplex est re-
demptio. sc; p̄seruans ⁊ eleuans: vt patuit in exemplo p̄-
scripto. De secūda: nō de prima verificant̄ verba Augus.
ꝙ nō est redemptio eleuans: nisi a culpa. Secus autē de
redemptione p̄seruante: vt patet. Nam Esa. xxix. dicit̄.
Propter hoc hec dicit dn̄s ad domū Jacob qui redemit
Abraam. ⁊ Neemie. ix. habet̄ ꝙ dn̄s redemit Abraā: quia
sc; eduxit eum de vr chaldeoꝝ: ip̄m p̄seruando a cōbusti-
one ignis: vt ferūt historie. Item apostolus ad Gal. iij.
di. Christus redemit nos de maledicto legis: factus pro
nobis maledictū: quia scriptū est. Maledictus oīs qui
pendet in ligno. Et tamē istam maledictionē nos in tpe
gratie nunq̄ȝ habuimꝰ: quoniā per mortē christi lex tota
liter fuit euacuata. ¶ Quarta difficultas de penaꝝ inffli-
ctione. Nam si p̄seruata est a peccato originali: quare er-
go penas peccati originalis passa est btā virgo. sc; mor-
tem. Si em̄ caruit oīni peccato: caruit etiā merito mort̄
et aliarū penalitatū peccati originalis: ergo iniusticia fa-
cta est ei cum mortua est ⁊ passa penalitates multiplices
peccati originalis. Et sic deus iniustus retributor esset: ⁊
maxime qm̄ ꝓm Augusti. ij. senten. di. iiij. deus nō prius
vltor est q̄ȝ sit qnis peccator. Nec possumꝰ dicere ipsam
passam vel mortuā pro redemptione generis humani vl'
salute: quia hoc esset ad contumeliā christi: sequeret̄ em̄
ꝙ christus non esset sufficiens redemptor. Cum igit̄ bea-
ta virgo habuerit penas peccati originalis ⁊ nō p̄ assum-
ptionem: sed per cōtractionē: sequit̄ ꝙ fuerit infecta pec-
cato originali. ¶ Hec difficultas soluit̄: quia ꝓm Bona-
uen̄. super. iij. dist. iij. Fran. Mayro. gratia sanctificatio-
nis non obuiat pene: sed tm̄ culpe. Et hoc ostendit̄ exem-
plis. Nam Joānes baptista fuit sanctificatus ⁊ a peccato
originali purgatus: ⁊ tamē a pena peccati originalis nō
fuit liberatus totaliter. Similiter anima pueri in baptis-
mo abluit̄ a sorde peccati: ⁊ non liberat̄ a pena. Itē chri-
stus sine vllo reatu peccati fuit: et tamen sustinuit penas
peccati originalis. Esa. liij. Uere languores nostros ipse
tulit: ⁊ dolores nostros ipse portauit. Itaq; dicit̄ ꝙ ma-
ter domini p̄ grām preuenientē licet fuerit a culpa preser
uata: non tamē a pena totaliter liberata vel preseruata.
Uel vt alij dicunt sed diuina gratia p̄uenit anime infecti-
onem in btā virgine: non tamē preuenit carnis feditatē:
quoniā per cōcubitū concepta est: et ideo rōne illius fedi
tatis iuste remauserūt in virgine penalitates. Sed rema
net dubiū: supposita potestate de congruitate ipsa. Qua-
re sc; tales pene fuerūt inflicte virgini: cum non essent ne
cessarie humano generi sicut pene christi? Respōdet̄ ꝓm
Francis. Mayro. quia erant materia exercende virtutis:

Quarta diffi
cultas de pe
naꝝ inflicti-
one.

Solutio.

vt sc; per patientiā talium merita cumularet. Unde sicut
Job fuerunt pene magne inflicte ad exercendā eius pa-
tientiā: ita virgini ad perficiendā grām. Uirtus em̄ in in-
firmitate perficit̄: vt ait ap̄l's. ij. Coꝝ. xij. ¶ Quinta dif-
ficultas de christi priuilegio singulari ⁊ honore. Nā hoc
est singulare christi priuilegiū: quia solus ipse innocens
conceptus est: vt dicit Augusti. ⁊ Leo papa. Unde si ip̄a
est cōcepta sine peccato originali: sequit̄ ꝙ equat̄ christo
quod est cōtumelia christo: cum eius honor et priuilegiū
singulare alteri attribuit̄. ¶ Hec difficultas soluit̄ ꝙ non
obstante tali preseruatione mater dn̄i nō equiparat̄ chri-
sto: sed est inferior ipso in hoc priuilegio multipliciter.

Quinta dif-
ficultas de
chr̄i priuile-
gio singl'ari.

¶ Primo quidē q̄ christus nō indiguit p̄seruatione: q̄
non fuit cōceptus per naturalē ꝓpagationē: vn̄ nec fuit
ex modo sue ꝓpagationis aptus: nec potuit contrahere
peccatū. Lex em̄ originalis peccati nō fuit lata nisi ꝯtra
ꝓpagandos naturaliter ex Adam. Sed btā virgo indi-
guit p̄seruatione: ⁊ ex modo sue generationis apta fuisset
contrahere peccatū: ⁊ vtiq; cōtraxisset: nisi p̄seruata fuis-
set per grām: vt supra patuit. ¶ Secūdo q̄ christus nō
indiguit redemptiōe: cū ex modo sue singularis genera-
tionis non fuit aptus ꝯtrahere illum reatū seruitutis vir
go aūt indiguit grā preueniēte ne laberet̄. ¶ Tertio q̄
anima christi in conceptione seu creatione fuit vltimate
sanctificata: non aūt anima virginis: cum vlteriorē san-
ctificationē susceperit in verbi incarnatione Luce. j. Spi
ritussanctus superueniet in te. ⁊c̄. ¶ Quarto q̄ aīa chri-
sti mox vt fuit creata: fuit vnita verbo ac comp̄hendens
et beata: ex. iij. senten. Anima aūt virginis nō fuit btā et
verbo vnita vel comp̄hendens: q̄uis fuerit sancta. Hec
Francis. Mayro. Et sic patet ꝓpositū. ¶ Sexta difficul-
tas de ianue celestis clausione. Nam ianua celestis nulli
est clausa: nisi merito originalis peccati. Si ergo btā vir-
go non habuit peccatū originale: quero vtrū si ante chrm̄
mortua fuisset: statim ad celū euolasset: an non? Non po-
tes dicere ꝙ euolasset: q̄ sic non per christū fuisset ianua
aperta: ergo sequit̄ ꝙ nō euolasset ante christū: ⁊ p̄ conse
quēs habuit vt videt̄ originale peccatū. Hec difficultas
soluitur ꝓm Sco. super. iij. distin. iiij. ꝙ ianua celestis fuit
beate virgini clausa sicut et ceteris: nec est aperta nisi per
meritum passionis christi: quoniā vt dicit ap̄l'us Coll'. j.
Placuit ei per ipsum. sc; christū reconciliare oīa siue q̄
in celis sunt: siue que in terris. Sed ista clausio ianue bea-
te virginis non propterea fuit ꝙ inesset ei peccatū origi-
nale: quoniā passio christi sic preuisa et acceptata coram
deo erat in ordine ad beatā virginē: vt propter meritum
huiꝰ passiōis sc; chr̄i nunq̄ȝ inesset peccatū ipsi v̄gini ma-
tri christi: et ita nec inesset aliquid propter q̄ sibi ianua
clauderet̄. ¶ Sed ista clausio ianue fuit: q̄ ex origine cō-
petebat virgini vnde sibi ianua clauderetur sicut et alijs.
Nec sequit̄ ꝙ si mortua fuisset ante christū statim in celū
euolasset: imo vt videtur in limbū patrū descendisset: nō
propterea quia peccatū inesset: sed quia ex origine infu-
isset sicut ⁊ ceteris: nisi preseruata fuisset. Qz si dicas. Si
non habuit peccatū originale vtiq; statim euolare debu-
isset. Dico ꝙ falsum est: quia sancti patres purgati fuerūt
ab originali: ⁊ tamē non ascēderunt in celum ante christū
passum eo ꝙ clausa fuit ianua vsq; ad solutionem precij.
Ita em̄ decreuerat deus ꝙ licet acceptaret passionē chri-
sti preuisam ad remittendū culpam originalē oīni credē-
ti passionē illam: non tamē remittebat penam. sc; caren-
tiam visionis diuine propter illam passionē vt solū pre-
uisam: sed per ipsam vt p̄sentialiter exhibitā. Et ideo si-
cut sanctis patribꝰ nō patuit ianua quousq; fuit exhibita
passio christi: ita probabile videtur ꝙ nec beate virgini.
Hec Sco. ¶ Septima difficulas de multoruȝ contraria
assertione. Si itaq; benedicta virgo pia fide credēda est
cōcepta sine peccato originali: quare vel vnde est ꝙ mul
ti doctores contrariū asserunt et tenent ipsam fuisse con
ceptam in peccato originali. ¶ Ad q̄ respondet̄ p̄ tria
puncta. ¶ Primo quidē dico ꝙ hoc est ideo: quia oēs
illi doctores voluerūt incedere per viam legis cōmunis
oēs naturaliter ex Adam propagatos obligat ꝓm ra-
tionē seminalem: sicut sancta tradit scriptura. Unde Ro-
ma. iij. Oēs in Adam peccauerunt et egent gloria dei.

Aīa christi

Sexta diffi-
cultas d' aīe
celestis clau
sione.

Questio

Septīa diffi
cultas d' mi'-
toꝝ ꝯtraria
assertione.

Responsio
Primo

Et quia sanctorum auctoritas solum christū excipere videt̃ de hac generalitate: nō tamē negant doctores quin de⁹ potuerit beatā virginem ab illa lege cōmuni eximere: sed qm̄ credit̃ q̄ beata virgo sit naturaliter ſm rōnem semi-nalem pcreata: nec est autoritas scripture de eius ex hac lege exceptione manifesta: idcirco pbabiliter putauerūt eam peccato fuisse originali obnoxiam: nō audentes legi cōmuni ɔtradicere: nec audentes eam exemptā dicere: ppterea igit̃ diuersificati sunt doctores in hac re: quia quidam putant eam fore lege cōmuni claudendā: quidā eximendā. ¶ Secūdo dico cum Francis. Mayro. q̄ oēs auctoritates sanctorum et dicta doctorum tenentiū eam esse peccato originali obnoxiā: loquunt̃ ⁊ sonant ac intelligi debent ad hunc sensum: q̄ vicʒ beate virgini hoc ex se de cōmuni lege cōueniebat: quia naturali sue propagationi compedit q̄ originale peccatū cōtrahere debuisset: vt s̄. ostensum est: tamē oppositū habuit a deo speciali gratia preueniente. Nec in hoc fit sanctis iniuria si eorum dicta exponant̃ sicut sacra scripta exponit̃ et intelligit̃: q̄r sancti in suis eloquijs sacra scriptura tanq̄ regula et lumine vtebant̃: vt testatur Diony. de diui. no. ca. ij. Et per hoc solui possunt oēs cōtrarie auctoritates: quia oēs loquunt̃ de peccato originali solum ſm causam quā quidē habuit btā virgo ex ppagatione naturali ⁊ non ſm effectum. ¶ Tertio dico q̄ vnusquisq̄ magis tenet̃ matrem dei venerari q̄ aliquorum doctorum opinionem in hoc passu extollere: maxime cum iam ecclesia in Concilio Basilieñ. statuerit id pie credendū de btā virgine q̄ sit cōcepta sine originali pctō: ac Sixtus papa diuino officio de hoc edito: ⁊ indulgentijs corroborauit. Unde in hoc sum cū Augusti. li. de natura et grā dicente. Cum de peccatis agitur: nullā de matre domini ppter reuerentiā domini volo fieri questionē, id est. dubitabilē ppositionē: sed poti⁹ indubitanter ipsam in cōceptione sui teneo pia fide fuisse sanctā. Sed calūniantes hanc auctoritatē Augustini exponunt quidā et dicunt q̄ Augustin⁹ ibi loquit̃ de peccatis actualibus et non de originali. Ista tamen expositio ſm Francis. Mayro. est Primo impia: quia virginis priuilegia non sunt artanda: sed amplianda. Secūdo est falsa: quia intētio Augustini est ibi (vt inducit̃ in. iij. sniarum) istud attribuere virgini p priuilegio singulari sup oēs sanctos. Si igitur hoc acciperet̃ tm̄ de peccato actuali: non esset hoc tanq̄ singulare sup oēs priuilegiū attribuendum virgini: qua etiā innocentes caruerūt oīm peccato actuali. O igitur virgo benedicta: vita: spes: et consolatio nostra: quid de te dicere valeamus: quāta deuotione te laudem⁹: qua temeritate te quis asserere audeat originali peccato fuisse infectam: cum vt canit ecclesia. Felix es sacra virgo Maria: et omni laude dignissima: et per consequens etiam ista laude digna q̄ dicaris a peccato preseruata: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

Secūdo Auctoritates sctōrum de cōceptione.

Tertio

Auctoritas Augustini.

¶ Articulus. iij. q̄ pium est credere beatā Mariam sine originali peccato fuisse conceptam.

Tertia cōtemplatio principalis dicit̃ pie credulitatis. Nam ad premissa adijciendū est ⁊ declarandū q̄ pium sit credere q̄ ipsa beata virgo fuerit concepta sine peccato originali. Quod quidem aliqui aduersarij pluribus modis vsq̄ ad ista nostra tempora impugnauerunt. Sed Anno domini. M. cccc. lxxxij. bulla speciali cuius tenorem vidi: ipse Sixtus papa quartus apostolica auctoritate reprobat et damnat assertiones et opiniones dicentiū q̄ ecclesia non conceptionem sed sanctificationē virginis celebrat: atq̄ tenentes Mariam fore preseruatam ab originali ppterea essent heresi polluti. Omnes etiam libros eorum super his confectos damnat: et ne pro veris legātur vel teneantur: aut habeant̃ inhibet: si q̄ contra premissa facientes eo ipso sententiā excommunicationis et penam maledictionis eterni incurrāt a qua solus papa proprio ore et non alius absoluere possit. Unde vt fideles magis inducantur ad huius preseruationis piam credulitatem septem rationes hic ponemus: quibus id declarat̃.

Septē rōes credēdi Mariam sine originali peccato fuisse conceptā.

¶ Prima est ratio honorificationis.
¶ Secunda est ratio vere dilectionis.
¶ Tertia ratio suffragationis.
¶ Quarta ratio cauende offensionis.
¶ Quinta ratio vitande vltionis.
¶ Sexta ratio vite securioris.
¶ Septima ratio fructificationis.

¶ Prima est ratio honorificationis. Nam si pia mente consideramus q̄ tot ⁊ tanta beneficia per virginē suscepimus: tantaq̄ dignitate bn̄dicta virgo est sublimata p filium q̄ vtiq̄ verū est qd̄ ait Hierony. ad Paulā et Eustochiū dicēs. Quicquid humanis potest dici verbis minus est a laude virginis. Debem⁹ igit̃ hoc priuilegio honoris eam extollere et laudare q̄ dicamus eam exemptā ab oīm culpa: al's nō deficit lingua humana in ei⁹ laude: nec debitū honorē matri dei impendit cum eam peccatricem fuisse dicit ⁊ filiam diaboli per pctm̄ originale cōtractum. ¶ Insup quero te: qd̄ horum est honorabilius ⁊ gloriosius christo: vtrū dicere q̄ habuerit matrē ab oīm peccato immunē an dicere pctō maculatā: Cōstat q̄r primū Eccli. iij. Gloria hominis ex honore parentis: ergo ⁊c. Unde sicut decuit deū: populū iudaicū in mari: ⁊ p. xl. annos eorum vestimēta ⁊ calciamēta illesa ɔseruasse ppter honorem ⁊ dignitatē populi illius: eo q̄ christus erat nasciturus ex eo. Ita a fortiori decuit matrē ppriā miraculose preseruasse ab oīs peccati macula ppter honorē maternitatis. ¶ Secūda rō vere dilectiōis: qm̄ vt ait Ans. ad coanglicanos epos: nō videt̃ verus amator virginis qui recusat colere festum cōceptionis: cuius recusationis causa non est alia: nisi q̄r credit̃ ab illis q̄ sit in pctō originali concepta. Ut igit̃ eam vere amemus credamus fore ɔseruatā. ¶ Tertia ratio suffragationis: vt vicʒ per hūc honorē sibi congrue exhibitū eius suffragia impetrare ⁊ obtinere valeamus. Propterea ecclesia canit. Cum iocūditate cōceptionē btē Marie celebremus: vt ipsa pro nobis intercedat ad dn̄m Jesum christū. Scriptū nāq̄ est Joan. xij. Qui me honorificauerit: honorificabo eū. Item fortunatus in homel. dicit. Gratius est obsequiū deo qd̄ Marie impendit̃ q̄ q̄ sanctorum cuilibet dirigit̃: ergo debemus eam honorare. ¶ Quarta ratio cauende offensionis. Nam valde timendū est ne eam offendam⁹ vtpote q̄ est mater grē ⁊ mater misc̄die: qd̄ certe facit q̄ temerarie eam peccatricē asserit vel credit: qm̄ vt Cirillus pīarcha Alexādrinus libro quē fecit ɔtra Nestoriū dicit. Post filium inquit temerariū est ponere in Maria virgine maculam aliquam aut pctm̄. Propterea magr̄ Henricus in quodā sermone q̄ incipit. Cōsurget virga: ait. Sacratissimam virginē quā deus ab eterno pordinauit vt esset mater dei: sub potestate diaboli fuisse ⁊ peccati sorde infectā sentire nō audeo: dicere ɔtimesco. Et Paulo infra. Quis virginē sub ira dei vnq̄ fuisse audeat dicere per quā sibi deus genus humanū tanq̄ p mediatricē recōciliare voluit: dicat qui velit: ego dicere nō audeo: nec sentire: cum in multis scripturis videt̃ eam exemptā a lege cōmuni fuisse. Hec ille. ¶ Quinta ratio vitande vltionis: ne vltionē incurramus ppter offensionē ɔsumptuose assertionis pie sentire debemus de vgine q̄ sit immunis: qm̄ scriptū est Eccli. iij. Maledictio matris eradicat fundamenta. Maledicit matrē virginē qui eam peccatricē temerarie astruit: ⁊ hec maledictio eradicat fundamenta gratie dei. Cauendū est etiā ne si non celebremus festū cōceptionis virginis: illam vltionē subeamus que scripta est Zacha. vlti. di. Percutiet dn̄s oēs gentes que nō ascenderint ad celebrandū festiuitatē tabernaculorum: q̄r tabernaculū dei in quo habitauit est beata virgo. ¶ Sexta ratio vite securioris: q̄r in oībus dubijs via securior eligenda est et tutior: extra de cleri. excō. c. Illud post mediū. Et inter varias opiniones pbabiles: sanior opinio sequenda est: extra de cele. mis. c. Cum Marthe. §. Quesiuisti. Sed hec via est sanior ⁊ tutior: quia p eam plus honorat̃ christus ⁊ sancta mater eius q̄ per contrariā opinionem. Et quia fundat̃ in imitando ordinationē ecclesie rhomane de hoc festo conceptionis atq̄ eius officij obseruatione: quo habetur expresse q̄ sit concepta Maria sine originali peccato. Ecclesia quippe rhomana mater est omniū ec-

Prima rō honorificationis

Secūda rō.

Tertia rō.

Quarta rō.

Quinta rō.

Sexta ratio

clesiarũ: et nõ potest errare: sed in omnibus tanq̃ magistra est sequenda. distin. xi. Quis. dist. xij. c. i. et se. et dist. xxij. Omnes. Unde ex quo nõ est certũ per scripturã expressam vtrũ virgo cõtraxerit originale peccatũ: an nõ. Idcirco magis pietati consonũ est credere q̃ non cõtraxit: dando sibi hãc prerogatiuã ꝓpter honorẽ domini: quia hoc auctoritati ecclesie non repugnat: q̃m. ff. de regulis iuris. dicit q̃ in obscuratione ingenuitatis fauendũ est liberta ti. Et hoc est q̃d doctor subtilis super. iij. di. iij. dicit. Q̃d horum verissimũ sit deus nouit: sed si auctoritati ecclesie nõ repugnat probabile magis videtur vt q̃d excellenti⁹ est attribuatur Marie. Hec ille. Sed hoc non repugnat ecclesie: imo concordat: vt patet ex Concilio Basilieñ. et diuino officio. ¶ Septima ratio fructificationis: quia ex hac pia fide fructus acquirit vite eterne et supne glorie Unde Eccli. xxiiij. Qui me elucidant vitam eternã habebunt. Glo. elucidant. id est. ab omibus inquinamẽtis lucidam reddunt. Item. i. Reg. i. Quicunq̃ glorificauerit me glorificabo eum: qui aũt cõtemnũt me erunt ignobiles. Deniq̃ fructus acquirit indulgentiarũ. Nam vt dictum est ante: ipsum conciliũ Basilieñ: cõcessit indulgeñ. pro huius festi celebritate et sermoni: videlicet centũ dies indulgentiarũ omibus interessentibus misse et vesperis primis aut secundis et matutinis. Pro sermone aũt hui⁹ festiuitatis centũ quinquaginta dies. Insup Sixtus papa quartus oino easdem indulgentias concessit sicut cõcesse sunt in festo corporis christi. O igit homo crede beatam virginẽ fuisse conceptã sine originali peccato: pensando illius diuini habitaculi mũdiciã: in quo deus et dulcis redemptor noster Jesus gratissime nouem mensibus requieuit. Utinã saperes et intelligeres eamq̃ digna laude beatificare valeres: quã beatã dicent omes generationes. O vere mũdissima et ĩmaculata virgo Maria. O vere gloriosa domina excelsa sup sidera et purissima ab omi macula plus q̃ omis creatura angelica puritate ipsa qua sub deo non est maior intellecta: quibus te laudibus efferam: quid in tue sanctitatꝫ et puritatis gloriã dicam: cum tu sis gloria hierusalẽ: tu honorificentia populi nostri: tu es mater mũdissima ab omi peccato pseruata: mater inquã dei et domini Jesu ꝑdilecta: tu anime nostre refugium: tu spes et nostrũ auxiliũ: tu singulare cordis nostri solatiũ: te depcamur: ad te clamam⁹ vt per illam summã tue puritatis grãm nobis a dulci Jesu tuo impetres veniam: grãm et gloriam Amen.

Septia rõ.

Fruct⁹ indulgentiarum.

Alius modus procedendi in scripturis.

¶ Item si volueris in hac re alium ꝓcessum facere: potes notare duodecim stellas fulgentes in corona btẽ virginis ad probandũ eius immunitatẽ a peccato originali radiantes. ¶ Prima stella dicit diuina auctoritas. Hãc prosequere sicut habes parte. i. huius libri arti. iij. primo testimonio: ¶ Secũda stella ꝓphetica veritas. Hanc ꝓsequere sicut habes ibidẽ secundo testimonio. ¶ Tertia stella angelica attestabilitas: ibidem tertio testimonio. ¶ Quarta stella ecclĩastica irrefragabilitas: ibidẽ quarto testimonio. ¶ Quinta stella materna honorabilitas. Hanc prosequere vt habes eadẽ parte. i. arti. ij. ca. ij. §. ij. ¶ Sexta stella p̃eminentissima puritas: ibidem. §. iij. et etiam. §. i. vbi allegat Ans. ¶ Septima stella pfectissima virginitas. Hanc ꝓsequere ibidem parte. iij. xi. testimonio. §. iiij. ¶ Octaua stella beneficij sublimitas: sicut habes ibidem arti. ij. ca. ij. circa principiũ primi. §. ¶ Nona stella legum equitas: ibidem ar. iij. testimonijs. v. vi. vij. viij. ix. ¶ Decima doctorꝝ famositas: ibidẽ testimonio. x ¶ Undecima rationũ ꝓbabilitas: ibidem testimonio. xi. ¶ Duodecima stella miraculorꝝ lympiditas: ibidẽ testimonio. xij. ¶ Hec suprascripta de cõceptione Marie breuiter volui huic libro inserere: ea magis que apta sunt p̃dicationi ꝓsequendo. Alia ꝟo multa disputabilia in hac materia alibi latissime tractandum reliqui.

¶ In nomine domini Jesu ad beatissime virginis Marie honorẽ sequit de Natiuitate eius.

De natiuitate Marie.

Quintus liber est de mysterio sanctissime natiuitatis benedicte virginis Marie: et habet tres partes. In prima agitur in generali de eius ortu dignissimo. In secũda de eius natiuitate magis in speciali. In tertia de nascẽtis virginis qualitate vel conditione admirabili.

¶ Pars prima de ortu Marie dignissimo et eius diuinali preordinatione eterna ac sanctificatione: et muliplici reuelatione.

Lux orta est iusto rectis corde leticia. Uerba sunt sancti prophete David Ps. xcvi. Qui longe anteq̃ nascerent benedicta virgo eius ortum preuidit spiritusancto inspirante: et eam luci cõparando ait. Lux. id est. Maria orta est iusto id est. christo ex eo nascituro qui est iustus per essentiam. Ipse em̃ est: vt dicit Malach. iiij. sol iusticie. Et ꝓpterea quoniã ex hoc toti mundo est salus orta: ideo subdit: rectis corde. scꝫ hominibus leticia. Quibus in verbis perpulchre ostendit q̃ summã dignitatẽ habuerit btã virgo in suo ortu: in eo q̃ luci comparat: que est rerum dignissima. Lux quippe inter omes creaturas excellentiã habet precipue triplicẽ. ¶ Primo: q̃r diuinalis conformitatis: q̃m deus lux est: et tenebre in eo non sunt vlle. i. Joan. i. ¶ Secũdo: quia lux est incõtaminabilis puritatis: eo q̃ non põt inquinari sordibus. ¶ Tertio: quia lux est delectabilis qualitatis: q̃m dulce lumen et delectabile oculis videre solẽ Eccli. xi. Sic benedicta virgo sup omes creaturas puras hac triplici fulget excellẽtia dignitatis: q̃m deo ipsa est proxima et cõformatissima p grãm et gloriã. Sapieñ. vij. Candor lucis eterne: imago bonitatis illi⁹. Itẽ ipa est purissima et incõtaminabilis: quoniã fm Ans. ea puritate inter qua maior sub deo nequit intelligi. Deniq̃ ipsa est anime humane et deuoto cordi suauis et delectabilis: quoniã vt canit ecclesia: ipsa est vita dulcedo et spes nostra. O quis exprimere sufficiat q̃ suauis sit Maria oculis cordis ad respiciendũ: in cuius pulchritudine glorie omes sancti delectant: propter q̃d canit. Speciosa facta es et suauis in delitijs tuis sancta dei genitrix. O q̃ suaue est anime pie ad audiendũ vel loquenduꝫ de ea: quoniã vt mellifluus Berñ. ait de seipso. Nil inquit tantũ me delectat quantũ de gloriosa virgine Maria facere sermonẽ. O q̃ suaue: o q̃ gaudiosum erit in celo cõregnare et colletari cum ea sine fine per quã salus mundi credẽtibus apparuit: cuius vita gloriosa lucem dat seculo. Merito igit eius ortus omibus gaudium et leticiam ingerit: merito et digne omes homines ille dulcis citharista Dauid ad letandũ in eius ortu allicit: cum dicit. Lux orta est iusto: rectis corde leticia. Uere omibus rectis corde leticia. scꝫ penitentibus: patientibus: viatoribus et triũphantibus in celesti gloria: leticia viris: leticia mulieribus: leticia paruulis et senibus et omibus fidelibus. De eius itaq̃ ortu ad presens tractare intẽdentes in generali tria mysteria declarabimus.

Maria luci comparat.

¶ Primũ mysteriũ dicit diuinalis preordinationis.
¶ Secundũ dicit maternalis sanctificationis.
¶ Tertiũ dicit temporalis reuelationis.
¶ Articulus. i. qualiter ab eterno predispositũ erat a diuina sapientia oriri beatam Mariam et per eam salutem mundi fieri.

Capitulũ. i.

Primũ itaq̃ mysteriũ dicit diuinalis p̃ordinationis: quomõ videlicet ortus beate virginis sit preordinatus ab eterno. et preconceptus in mẽte diuina. Ista quippe est vna magna dignitas beate virginis qua p sapientis os gloriat in epistola huius solẽnitatis que scripta est Prouer. viij. Dominus inquit possedit me. scꝫ incõmutabili voluntate et electione sua: in initio viarũ suarum anteq̃ quicq̃ faceret. hoc est. ab eterno anteq̃ ipse deus aliquid creasset: vnde et addit: a principio scꝫ creationis mundi: ab eter-

Maria ab eterno p̃ordinata in matrem dei.

no ordinata sum. scz vt essem dei mater: et ex antiquis scilicet eternitatis: anteq̃ terra fieret. id est. ante oēm corporalē conditā creaturā. Nondū erant abyssi. i. pfunditates. Tota quippe altitudo vel pfunditas que est a celo empyreo vsq̃ terre centrū dicit abyssus pp̄ter immēsitatē: ⁊ oēs creature corporales ⁊ spūales ad altitudinem comparate possunt dici abyssi: vt volunt doctores. Nondū ergo erant abyssi. i. nec celum nec terra nec angeli: qui etiā abyssi sunt vocati pp̄ter excellentiā suarū substantiarū: et ego (inquit Maria) iam cōcepta eram scz in mente opificis. Ex qbus oībus claret: quia ante omnē creaturā benedicta virgo fuit preordinata ⁊ concepta in mente creatoris vt fieret mr̄ dei ⁊ saluatoris nostri Jesu: qđ est ei sūma gloria. Circa qđ aducrtendū fm q̃ modo intelligendi humano contēplari possumus q̃ ab eterno in diuina precipue mente inter alia quattuor vertebant consilia vel questiones que per diuinā sapientiā sunt determinate et concluse.

¶ Prima questio de mundi ruituri creatione.

¶ Secunda questio de dei ex femina incarnatione.

¶ Tertia questio de prime femine scz Eue electione.

¶ Quarta questio de femine ad id idonee cōditione.

Prima q̄stio cur de⁹ creauit mundum ruiturū. ¶ Prima questio erat. Quare mundū crearet quē ruiturum sciret. Dicebat nanq̃ pater ad filiū et spiritūsanctū. Scimus quia mūdus quē creaturi sumus ruet per peccatum tā in angelis q̃ in hoībus: pp̄ter qđ etiā alias creaturas corporeas punire oportebit in detestationē peccati. Quare ergo debemus ip̄m creare cum sciamus eum futurū esse malū. Et accessit vna ratio di. q̃ non deberet creari taliter. Nil debet tale fieri qđ sit in quotidianā offensam ⁊ iniuriā dei: qm̄ oīa opera debēt bn̄dicere deū: iuxta illud Dan̄. iij. Benedicite oīa opera domini dn̄o: laudate ⁊ superexaltate eū in secula. Et oīa cedere debēt in laudē ⁊ gloriā dei. Sed si mūdus creabit: totus in maligno erit: sicut ⁊ nūc positus est. j. Joā. ij. Et totus ruet per peccatū: vt iam cernimus oculis nostris. Ne igit videatur esse deus autor mali: non deberet creari mundus vt non fieret peccatū. Nam scriptū est Jaco. j. Deus intentator malo℞ est. Adiecitq̃ ratio ipsa di. Deus ⁊ natura nil faciunt frustra: hoc dicit Aristo. ij. Physic. sed frustra est qđ non attingit finem suū: fm cōmentatorē ibidē.

Beatitudo Finis aūt mundialiū creaturarū rationaliū esset beatitudo vt vult Magr̄ in. ij. sententiarū. distin. j. c. v. Hanc nō videtur quomō ꝯsequenf: cum per peccatū ruiture sunt: ergo nō debuit creari frustra. Hec questio decisa est p diuinam sapientiā q̃ bonum est creare mundū etiāsi sua malicia ruat postea: tali ratiōe. Ut eñ vult Augusti. in Enchyr. Nunq̃ deus permitteret aliquod malum in mūdo fieri: nisi esset adeo oīpotens vt etiā ex malis sciret bona elicere. Sciens ergo deus mundū ruiturū: creauit ip̄m vt etiā post ruinā exinde bonū eliceret: nam exinde multa bona sunt elicita.

Primo ¶ Primo quidē ex hoc relucere habet diuina bonitas: cum se et suam bonitatē creaturis cōmunicauerit ex mera liberalitate: vt dicit Augusti. in Enchyr. ca. vj.

Secūdo ¶ Secūdo ex hoc relucet diuina iusticia: cū post ruinam obstinatos in peccato punit: vt non sit dedecus culpe sine decore iusticie: fm eundē Augusti. et Ans. li. Cur deus homo.

Tercio ¶ Tertio ex hoc relucet diuina misericordia et pietas in expectando peccatores ad penitentiam et parcendo penitentibus. Esa. xxx. Propterea expectat nos deus vt misereatur nostri.

Quarto ¶ Quarto ex hoc relucet diuina sapientia qua ex malis bona sciat elicere: ⁊ post ruinā sciat repare. Deniq̃ relucet diuina charitas et benignitas cum post ruinam per seipsum mundo qui non poterat se liberare et reparare voluit misericorditer subuenire. Unde diffinitū est q̃ mundus deberet creari. Nec obstat q̃ mundus in maligno positus est: quoniā hoc nō ex deo sed ex proprio arbitrio rōnalis creature factū est. Unde deus nō est auctor mali: quia cuncta que fecit erāt bona: sed per abusum proprie voluntatis facta sunt mala. Nec ideo deus fecit ea vt essent mala: sed vt si vellent in bonitate persisterēt ⁊ coronarenf: si v̾o vellent: ruerēt nec tamen impune: vt dicit Grego. in moral. et Ans. li. Cur deus homo. Et quoniā ratio ipsa adiecit q̃ deus nil facit frustra: ideo determinatū est per diuinā sapientiā q̃ mundus suo fine frustrari nō debeat: sed reparari debeat post ruinam ad beatitudinis consecutionē. ¶ Preterea exquo vidit deus q̃ hāc ruinam nulla pura creatura posset repare satisfaciendo: nec aliter congrueret repari nisi filium suum in mundū mitteret ad incarnandū et mundū redimendū: sicut patet per Ans. lib. ij. Cur deus homo: idcirco diffinitū est q̃ pro mundi repatione filius dei carnem vel naturā humanā assumeret in qua satisfacere posset de peccato mūdi. Et de hoc latissime actum est s. li. j. parte. j. ar. ij. per totū. Hic causa breuitatis pertrāseo rationes id psuadentes eo q̃ ibi sunt tacte. Sed circa hoc orta est secunda questio.

Capitulum. ij.

Scđa q̄stio vtrū p mundi repatione deberet de⁹ aliquā feminā creare. Secunda igit questio consiliata est in mente diuina ⁊ tractata: ista Utrū p mūdi reparatiōe deberet deus aliquā feminā creare ex qua haberet carnē assumere: ⁊ sic mundi ruinā restaurare femina mediante. Et ecce accessit vna rō di. q̃ nō cōgrueret deum nasci vel carnē assumere ex femina: et ideo nulla talis esset femina creanda. Et pbauit sic: q2 q̄ nascitur ex femina quandam immundiciā cōtrahit. Job. xxv. Non potest homo mundus apparere natus de muliere: sed in deo nulla immūdicia esse debet qui est lux ⁊ candor lucis ac speculum sine macula. Sapien̄. vij. ergo nō debet nasci de femina. Potest eñ dei filius carnē assumere etiā de viro sine femina: cū sit omp̄s: sicut et Eua formata est miraculose de viri costa sine muliere: igit ⁊c̄. Ad hoc igit respondet diuina sapientia fm Tho. in. iij. parte summe q. xxxi. ar. iiij. q̃ pp̄ter hanc rōnē nō minus creanda esset vna talis femina exqua dei filius deberet nasci: ⁊ reddidit rōnem soluendo p̄missa: q2 in cōceptiōe vel genitura ex femina nō est immūdicia aliqua inquantū est opus dei: sed put est ex pctō pueniēs inquantū scz homo ꝯcipit ex libine: sic ꝯtrahit immūdicia. Nā si homo non peccasset in paradiso sine tali imūdicia femina de viro generasset: pp̄ter peccatū eñ dictū est mulieri. Multiplicabo erūnas tuas in dolore paries filios. Gen̄. iij. Unde determinatū est et conclusum per diuinā sapientiā q̃ illa femina concipere deberet dei filiū sine libidine et sine virili semine sola operatione spiritussancti cum illibata virginitate parere et summa puritate. Nec deus potuit nascēdo inquinari ex femina: sicut nec lux inquinat ad contactū sordidarum rerū. Sed circa hoc adhuc ratio vna obuiauit dicens. Quare deberet deus mediante femina mundū reparare scz nascendo ex ea: cum eque bene posset deus carnem assumere de viro solo vel de quacūq̃ vellet materia: et maxime cum femina foret causa ruine mūdi? ¶ Ad qđ respondet diuina sapiētia fm Tho. in. iij. pte. q. xxxj. ar. iiij. q̃ licet eque bene filius dei posset carnē assumere de quacūq̃ materia vellet vel voluisset tamē cōuenientissimū est vt non nisi de femina deus carnem assumeret triplici ratiōe.

De femina de⁹ carnē assumpsit. ¶ Primo: ne femineus sexus tanq̃ vilior cōtemneref: sed in matre dei nobilitaref ac ad redemptionem pertinere videref. ¶ Secūdo ne si aliunde deus carnem assumeret non veram carnē deus assumpsisse crederetur: ⁊ sic fides euanesceret. ¶ Tertio vt oīs humane generatiōis modus et diuersitas pficeretur. Nam prim⁹ modus humane productionis fuit sine viro ⁊ muliere: vt patet in Adam. Secūdus sine muliere de viro: vt i Eua: Tertius de viro simul ⁊ muliere: vt cōiter in hominibus. Unde pp̄ter pfectionē vniuersi debuit quartus modus induci qui est de femina sine viro: vt in exemplo put hec ponit Ans. Et has rōnes p̄missas de diuina incarnatiōe ex femina tangit Augus. li. lxxxiij. questionū ⁊ in epl̄a ad Uolusionū. Unde conclusum est q̃ deus deberet nasci de femina ⁊ ipsa mediante mundū reparare. Sed circa hoc occurrit questio tertia.

Cap. iij.

Questio de prime mulieris Eue electione. Tertia questio in mente diuina vel in cōsistorio scte trinitatis orta est ⁊ tractata de prime mulieris Eue electione. Utrū vicz ad id foret idonea ipsa prima femina Eua: vt. s. deus nasceretur ex ea ⁊ mediāte ipsa repef mundi ruina. Et vna ratio dicebat q̃ sic. Tum q2 ipsa foret creāda sicut ⁊ fuit postea creata in summa nobilitate ⁊ originali iusticia in omi virtute et perfectione: necnō nature decore: fm Augusti. in

Homel'. 7 habet de pe. dist. ij. §. Romanos. Tum q2 mira culo maximo inter oes mulieres erat formata ꝟtute diui na de viro sine muliere. Tu q2 vt dt Greg. i. iiij. dial'. In padiso existes assueuerat ꝟbis dei ꝑfrui hō:beatoꝝ ange loꝝ spiritibus cordis mūdicia 7 celsitudine diuine visiōis interesse. Uñ ratio arguebat: ꝙ ipa pre oibus alijs mulie ribus ad diuinā incarnationē ex ipa fiendā foret idonea.

¶ Sed ad hāc questionē diuina sapientia rñdit: ꝙ nullo mō liceret vt deus carnē assumeret ex Eua: 7 mediāte ipa mūdi ruina repare. ¶ Primo q2 ipa a diabolo foret de cipiēda 7 supanda: qd nō decet dei mrem que caput serpē tis foret ɔtritura. Gen. iij. ¶ Scdo: q2 non decet ꝙ vna peccatrix ꝑ quā totū genus hūanū mortē incurrerat tā tū exaltet vt sit dña mundi. mr vite. i. dei: 7 sup oēs ange los sublimata: qd ɔsequēs est ad esse dei mrem. ¶ Tertio quia deus vēturus est in mundū alios iudicare. 7 idcirco non licet ꝙ ipse de aliquo pctō in se vel in mre rephensibi lis 7 ignominiosos existat. Uñ ɔclusum est: ꝙ creari debe ret vna alia femina ex Eua, ꝑcedēs ꝑ generationē q̄ esset puella sup oēs sanctissima: summa nobilitate pdita. ꝟtuti bus 7 grā plena: in naturalibus 7 gratuitis pcellētissima: diuinoꝝ miraculoꝝ camera: deo familiarissima: puritate nitidissima: angelis 7 hōibus dña: 7 plus q̄ Eua vel q̄cun q̄ mulier mūdi: gratijs 7 charismatib9 spūssancti sublima ta: vtpote que esset digna regina angeloꝝ: padisi porta: 7 genitrix summi dei gl'iosissima. Unde ex hoc orta est in mente diuina questio quarta.

Quarta q̄ de femine ad id idonee cō ditione

Capl'm quartum



Quarta questio d femine ad id idonee ɔditione: vicz q̄lis deberet esse ista puella q̄ deū esset ge nitura: 7 mūdi ruinā repatura? ¶ Ad qd diui na sapiētia respōdens. xij. ɔgrūētissimas rōnes 7 ɔditiōes declarauit ac diffiniuit: qbus benedicta dei mr tanq̄ corona. xij. stellarū honoratā 7 electā se a deo eter naliter gl'iaret 7 gauderet coronatā. ¶ Primo nanq̄ q2 deus sciebat eternal'r ꝙ mulier q̄ foret causa ruine 7 pecca ti existens ꝟgo peccaret: ideo decreuit ꝙ illa mulier que ipm filiū esset paritura ꝑ mundi redēptione ꝟgo ppetua foret. ¶ Scdo sciebat: ꝙ illa pria foret despōsata. s. Ade quā desponsatione deus ipse fecerat Gen. j. di. Crescite et multiplicamini 7c. Ideo decreuit ꝙ ista q̄ deū esset pari tura foret desponsata. ¶ Tertio: q2 sciebat ꝙ illa prima esset inuētrix mortis 7 diuine ire: ideo ordinauit ꝙ ista scz Maria foret inuentrix gratie 7 genitrix vite. iuxta illd Lu. j. Inuenisti grām: scz quā pdit Eua: apud dñm. Ecce ɔcipies: scz vitā christū qui ait Joan. xiiij. Ego sum via: veritas: 7 vita. ¶ Quarto: q2 sciebat ꝙ ꝑ illā: scz Euā cēt claudēda ianua celi: ideo decreuit deus: ꝙ ista scz Maria foret porta celi. Uñ canit eccl'ia. Aue maris stella dei mat alma. atq̄ semp virgo felix celi porta: q2 ꝑ eā patet salus ¶ Quinto sciebat deus: ꝙ prima mulier q̄ fuit causa mali esset ꝑ malū angelū visitāda. tentāda. 7 ad ɔsentiēdū alli cienda. ideo decreuit: ꝙ ista scz Maria ꝑ bonum angeluz esset salutāda: informāda: 7 ad fidē excitāda: atq̄ ad ɔsen tiendū inducēda in filij dei incarnatiōe. ¶ Sexto: q2 scie bat deus ꝙ prima mulier ɔsentiēdo verbis diaboli conce ptura erat 7 paritura iniquitatē et pctm. iuxta illud psal'. Ecce parturit iniusticiā: ɔcepit dolorē: ɔpepit iniquitatē: idcirco statuit ꝙ ista scz benedicta virgo ɔsentiendo deo ad verba angeli 7 dicendo verbū obedientie: scz Ecce an cilla dñi: fiat mihi ꝫm verbū tuū: conciperet filiū d ei q̄ de strueret opera diaboli. ¶ Septimo: quia sciebat deus ꝙ illa accepit fructū de ligno 7 comedens misit ꝑ guttur in sua interiora. ideo decreuit ꝙ ista scilicet benedicta vir go in suis visceribus castis acciperet fructū benedictum: scz Jesum quem pareret ligno crucis affigendū. 7 sic viuifica ret mūdū per Euam occisum: Unde Aug9. Illa scz Eua occidendo obfuit: ista viuificando ꝑfuit: pcussit illa: sana uit ista 7c. ¶ Octauo: quia sciebat deus ꝙ ꝑ illam hūanū genus in multas miserias 7 necessitates deuenire deberet idcirco statuit vt ista virgo benedicta esset hōibus in om ni necessitate subleuatrix 7 aduocata. Unde Bern. Sileat miscdiam tuā o benedicta virgo qui in necessitate memi nit te sibi defuisse inuocatā. ¶ Nono: quia sciebat deus ꝙ illa foret mater oīm peccatoꝝ suoꝝ filioꝝ: ideo decreuit

Primo

Scdo

Tertio

Quarto

Quinto

Sexto

Septimo

Octauo

Nono

ꝙ illa beata virgo foret mater miscdie oībus peccato ribus ac gratie: ꝑpter quod canit eccl'ia Maria mat gra tie mater miscdie tu nos ab hoste ꝑtege: scz qui hostē in Eua nos pemit: 7 in hora mortis suscipe: scz tanq̄ pie mr venie. ¶ Decimo: q2 sciebat deus ꝙ illa in pctō ɔciperet su os filios 7 cū grauamine portaret ac dolore parturiret: idcirco decreuit ꝙ ista virgo beatissima sine pctō ɔciperet: sine grauamine portaret. 7 cū gaudio pareret filiū suum: ꝑ quē a pctō nos mundaret 7 in filios adoptaret. ¶ Un decimo: q2 sciebat de9 ꝙ illa suo lacte infecto enutriret fili os suos qbus ꝑpinauit amarissimū venenū mortis: ideo decreuit ꝙ ista purissimo lacte virgineo enutriret suū na tū christū cui9 caro 7 sanguis oībus nobis filijs Marie adoptatis ꝑpinauda erāt in cibū 7 potum vite eterne: vt patet in sacramento eucharistie. ¶ Duodecimo: quia scie bat deus ꝙ Eua foret peccati initium ex qua redundaret culpa in oēs nos suos posteros: 7 in q̄ habitaturus eēt diabolus per peccatū. idcirco statuit ꝙ ista benedicta vir go esset nobis initiū oīs boni et salutis. in qua habitaret deus 7 que plena esset gratia 7 omī sanctitate: de cui9 ple nitudine redundaret gratia in nos oēs filios Ade per generationem: 7 filios Marie per adoptionem christi: ac regenerationē. Hinc Ansel. lib. orationum. O femina mi rabiliter singularis 7 singulariter mirabilis: per quam ele menta renouantur: angeli repantur. inferna euacuantur: homines saluātur. O femina plena 7 superplena gratia. de cuius plenitudinis redundātia reuiuiscit oīs creatu ra. Hec ille. Sic igit patet quō deus ab eterno pordina uit orire debere in mundo istā benedictā virginē Mariā. 7 ꝑ eius diuinū partū repari mundum. O igit pctor vide quantū debes diligere: quantū ve reuereri. Mariā ꝑ quā deus disposuit ab eterno saluari aīam tuam. O quāta de uotione debes ei seruire: quā si mrem miscdie a deo ꝑsti tā non haberes: ab eterna morte ꝑ tuā mrem Euā indu cta nunq̄ liberatus esses.

Decimo

Undecimo

Duodecimo

¶ Articulus secūdus. de sanctificatiōe beate Marie in vtero sue matris.

Capl'm primum.

Secundū mysteriū circa ortū beate virginis declarandū dicitur maternalis sanctificationis. Perutile nāq̄ est scire quō ipa pia dei mr Maria fuerit sanctificata in suo ortu. Circa qd quattuor cōteplemur.

¶ Primo: vtrū fuerit in vtero materna sanctificata

¶ Scdo quādo fuit sanctificata

¶ Tertio: vtrū p alijs sanctificatis fuerit sanctificata

¶ Quarto quotiēs fuerit sanctificata.

¶ Primo. vtrum fuerit in vtero materno sanctificata? Pro quo nota de intellectu huius nominis sanctificatio: ꝙ ꝫm docto. illuminatum: scilicet Fran. Mayro. in tracta tu de ɔceptione ꝟginis: sanctificatio nō est aliud nisi mis sio spūssancti ad aīaz sanctificādam. Unde multum inter est inter preseruari a peccato originali 7 sanctificari: quia preseruari a peccato originali est non artari ꝑ statutū di uine legis. q̄ ordinauit ꝙ anima que ɔiungit carni natu raliter ꝑpagate ab Adā sit priuata dei visione 7 obliga ta pene eterne. Sic igit btā ꝟbo dr pseruata a pctō origi nali: q2 deus nō artauit eā illa lege: sed ɔgrue ꝑpter ho norē maternū ex speciali priuilegio suspendit sentētiā ne ipa in pctm originale incideret: vt patuit libro pcedenti. ¶ Hic itaq̄ q̄stio nobis est nō de pseruatiōe sed de sancti ficatiōe. Utrū scz ipa fuerit ꝟe sanctificata añq̄ nata per spm sctm in ei9 aīam infusum? Ad qd rñdet: ꝙ oēs docto res q̄uis diuersimode ꝑcedēdo affirmāt beatā virginem sanctificatā fore anteq̄ natā: maxime Alex. de Ales i. iij. pte. q. xvj. in trac. de incarnatiōe chri: 7 Frā. Mayro. vbi s: 7 Bona: in. iij. dist. iij. 7 Rich. ibidem. q. ij. arti. j. necnō beatus Tho. in. iij. parte. q: xxv. arti. j. Que ɔclusio ꝑba tur triplici via. ¶ Primo rōne generali: scz 7 particulari. Rōne gñali sic. Eccl'ia nō pōt errare: 7 q̄ tenet oppositum heretic9 est: sed si nō fuisset sanctificata: eccl'ia erraret cele brādo eius natiuitatē: qm statui in peccato non debet so lennitas 7 gaudiū: sed luctus: g 7c. Item rōne speciali sic. Quia si qd min9 videtur inesse inest: 7 id quod magis: ex

Utrū Maria in vtero ma terno fuerit sanctificata.

Sctificatio.

regula topica. Exemplũ patet. Nam si rex honorat rusti cũ: multomagis honorare debet militẽ vel baronem sibi fideliter seruientẽ. Sed Hieremias fuit sanctificat⁹ in vtero Hiere. j. silr Joannes baptista Lu. j. vt patet p Amb. ergo multo magis ꝯueniebat sanctificari mr̃em dei Mariã in vtero materno. ¶ Scd̃o ꝓbatur auctoritate Ber. dicentis. De singulari virgine nulla ambiguitas sit quin ipa maternis adhuc circũsepta visceribus sublimiori sanctificationis genere sanctificata sit. Et iterũ. Qđ paucis mortaliũ ꝯstat esse collatũ: fas nõ est dicẽ tante ꝟgini esse negatũ. Hec Bern. ¶ Tertio ꝓbatur figuratiõe Esa. xj. Egrediet ꝟga de radice Jesse. i. linea generatõis regia q̃ in Iesse fuit radicata: ⁊ flos de redice eius ascẽdet. i. virgo Maria: ⁊ reqescet sup eũ spũs dñi. Jtẽ Nũe. xvij. Virga Aaron. i. Maria que fuit de stirpe Aarõ: qr cognata Elizabeth Lu. j. in tabernaculo. i. i mr̃is vtero inuẽta est floruisse dono spũssancti. ¶ Sed di. Cũ btã ꝟgo in sua ꝯceptiõe fuerit sancta: qr sine originali pctõ cõcepta est p te: quõ ergo dicis eã sanctificatã fuisse: Rñdet ꝭm Rich. in j. di. iij. ar. iij. q. iiij. ꝙ sanctificari aliquid dr. Uno mõ: de non sancto fieri sanctũ. Et isto mõ non dr btã virgo sanctificata: qr ꝓsupponit sic eã fuisse peccatricẽ: qđ nõ cõcedo. Alio mõ de esse sancto fieri magis sanctũ. scz silr accipiendo esse accipe ⁊ sanctitatẽ. Et sic dr virgo sanctificata. Uñ ꝭm Frã Mayro. ꝟbi s. in ꝯceptiõe ꝟginis descendit spũsctũs in aĩam eius: non vt purgaret eã ab aliquo peccato qđ non erat. sed vt haberet gratiam ⁊ in ipa confirmaretur: ita ꝙ non posset peccare vnꝙ: nec mortaliter nec venialiter. Et de hoc etiam supra libro quarto habes parte. ij. arti. ij. difficul. j. Et infra ca sexto huius libri. par te secunda: articulo secũdo.

Scd̃o

Tertio

Questio

Capl̃m secundum:

Quãdo fuerit sctificata

SEcundo videndum est quãdo beata virgo fuerit sanctificata ¶. Ubi Nota ꝙ si loquimur ꝭm modum illorum qui tenent ꝙ beata virgo fuerit ꝯcepta in peccato originali: ipa fuit sanctificata post infusionẽ aĩe a pctõ qđ inerat. Sz hoc mihi nõ placet: qr sum cũ nr̃is doctoribus tenẽtibus eã fuisse ꝯceptã sine pctõ originali. Nam vt ait glo. sup illo ꝟbo Joan. xix. Mulier ecce filius tu⁹: chr̃s (inqt) docet vt a pijs filijs cura parẽtibus impẽdat. Sũmã ꝗ curã habuit christus sue matrꝫ: cũ summe eam dilexerit: immo sua dilectio fuit omis alterius dilectiõis filialis exemplũ ⁊ regula ac mensura. Sũmo aũt ⁊ maximo ꝯtrarium non admiscetur vt summe calido non admiscet frigus: ergo dilectiõi qua chr̃s dilexit mr̃em nunꝙ odium admixtum fuit vel ira vt nunꝙ fuit odita btã virgo a chr̃o p quovis instanti. Sz si fuisset ꝯcepta in pctõ originali: filius tenebat odire eã: ⁊ detestari p illo tunc: ergo sequit ꝙ nunꝙ fuit ipa iracũdie di vas. Dico igit ꝙ ꝭm modũ doctoꝝ nr̃oꝝ ꝙ sanctificata est virgo in primordio sue conceptiõis: ita ꝙ simul tpe accepit esse ⁊ sanctitatẽ: vt s: patuit.

Capl̃m tertium

De excellentia sanctificatiõis Marie.

TErtio de excellentia hui⁹ sanctificatiõis videndũ restat. Utrũ scz p̃ alijs invtero sctificatꝭ fuerit sctificata. Et rñdet ꝙ sic absꝙ dubio. Nam sctificatio ꝟginis tripl'r excedit alioꝝ sctificatiõnẽ. ¶ Primo tpis celeritate. Nam Hieremias nõ longe ante natiuitatem est sanctificatus: iuxta illud. Anteꝙ exires de ventre sanctificaui te. Hiere. j. Joannes ꝟo daptista in mense sexto quando Maria visitauit ⁊ ille in vtero exultauit. Lu. j. Sed beata virgo mox vt erat aĩa rõnali animata fuit sanctificata: vt dicit Aug. in quodã sermone de natiuitate ꝟginis. Hec inqt ꝟgo mox vt in mũdũ p generatiõis hũane lineã venit: omis boni virtute ꝑfecte resplẽduit. Mox aũt ⁊ statim: referunt ad instãs ꝭm phm̃. iiij. physi. ¶ Scd̃o excedit alioꝝ sanctificationẽ in muneris largitate: quia gratie munere copiosius fuit ditata ꝙ̃ alij: quod patet ex hoc: quia alijs sanctificatis in vtero fuit collatum ꝙ postea nunꝙ peccauerunt mortaliter: ipa virgo nunꝙ peccauit etiam venialiter. Uñ Ber. Puto copiosius munus gratie descendisse in virginẽ que non solum eius ortum sanctificaret: verum ipam ab omi peccato deinceps custodiret immunem. ¶ Tertio in gratie vbertate: quia ab ea gratie copiositas general'r in oẽs se diffudit. Uñ Hiero. in ser. de assump. dicit. Decebat vt esset plena grã ꝙ̃ celis dedit gl'iam: terris deũ: paceꝙ refudit: vere grã plena p quã largo spũssancti imbre ꝑfusa est omis creatura. Hec ille. Et circa ꝓmissa.

Capl̃m quartũ.

Quoties fuerit sctificata

QUarto occurrit: videndum quotiens fuerit virgo benedicta sanctificata. ¶ Ubi nota ꝭm doctores positionẽ sup. iij. dist. iij. ꝙ tres fuerunt sanctificatiõis matris dei. ¶ Prima fuit sanctificatio invtero materno: in qua habuit ꝓseruationẽ a peccato originali ꝭm nostros doctores ⁊ gratie infusionem: necnon fomitis extirpationem: vt non remãserit nec fuerit in ea nisi causaliter. ¶ Scd̃a sanctificatio fuit in spiritussancti obumbratione ⁊ filij dei conceptiõe: in qua spiritussanctus sic eam impleuit vt digna foret concipe virginitatis gl'ia manente verbũ: ⁊ certificauit de perseuerãtia ac beatudine consequẽda. Unde angelus ait. Ne timeas Maria: inuenisti grãm apud dñm. Et iterum. Spũssanctus supueniet in te ⁊c̃. ¶ Tertia in filij dei inhabitatiõe in vtero suo: in qua super predicta habuit ꝙ totalitr dedicata fuit ad diuina: ⁊ non solũ mens sed etiã corpus eius diuinitatis luce resplenduit: iuxta illud Ezech. xliij. Terra. i. Maria splẽdebat a maiestate dñi ⁊c̃. Uñ etiã licitꝭ visibus mr̃imonialib⁹ eã aptare erat impossibile. ¶ Quarta ꝭm doctores cõiter sanctificatio supaddit in assumptiõe in qua habuit grẽ ⁊ gl'ie ꝯsummationẽ. O igit deuota aĩa pensa ꝙ̃sctã: ꝙ̃felix: ꝙ̃gl'iosa sit virgo Maria: ꝙ̃ tãtis gratiarũ donis est sublimata. O ꝙ̃excellẽtissima regina ꝙ̃ tãtis insignijs extat laureata: oẽs ad eam ꝯfugiam⁹: eã inuocem⁹: vt ei⁹ plenitudine gratiã acquiram⁹.

¶ Articulus. iij. de reuelatiõe tpali facta a deo multipl'r. ꝙ scz btã Maria oriri debuit mundo

De reuelatione ori⁹ Marie.

TErtiũ mysteriũ dr tpalis reuelationis. Ex quo nãꝙ misericors deus sic ordinauerat ꝙ mundus reparari deberet per incarnationẽ christi ex virgine Maria: ⁊ statuerat ꝙ a principio mundi vsꝙ in finem nullo vnꝙ tempore aliqs saluari posset nisi per fidem vnius mediatoris christi Jesu: ex virgine Maria nati: vt dicunt Augusti. libro de correptione ⁊ gratia: ⁊ Gregorius super Ezechi. Unde Actuũ iiij. Non est aliud nomen sub celo datum hominib⁹ in quo oporteat saluos fieri credentes: propter quod mysteriũ incarnationis christi ex virgine Maria aliqualiter oportuit ⁊ necessarium fuit omi tpe esse creditum apud omes. scilicet vel explicite: vel implicite: vt ꝓbat sanctus Tho. ij. ij. q. ij. ar. vij. et Bona. super. iij. dist. xxv. q. j. ar. ij. Jdcirco deus miserator ⁊ misericors qui neminem vult perire. sed vult omes homines saluos fieri ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire: ꝭm Apl̃m. j. Thimo. ij. omni tempore hu ius mũdi multipliciter reuelauit. ꝙ videlicet oriunda eẽt in mundo vna sacratissima puella: scilicet Maria: ex ꝙ̃ dei filius carnem assumens saluaturus esset mundum. Possumus autem inter cetera distinguere ⁊ considerare duodecim precipua tempora mundi ad numeruꝫ duodecim stellarum in corona beate virginis: quibus vicꝫ temporibus deus omnipotens voluit reuelare. ⁊ reuelauit benedictã virginem mundo: ⁊ ex ipa fiendam incarnationem christi que in tribus quaternarijs describunt: vt patet inspicienti in figura subscripta..

¶ Pro primo quaternario
Primũ est tempus angelice ꝯditionis
Secundũ est tp̃s innocentie hominis.
Tertiũ est tp̃s prime transgressionis
Quartũ tp̃s humane multiplicatiõis

¶ Pro secundo quaternario
Primũ est tp̃s patriarchice electionis
Secundũ tp̃s israelitice liberatiõis
Tertiũ tp̃s ꝓphetice reuelatiõis
Quartũ tp̃s iudaice oberrationis

¶ Pro tertio quaternario
Primũ est tp̃s philosophice cognitiõis
Secudũ est tp̃s gentilice ꝯuersationis
Tertiũ tp̃s ꝓxime generationis
Quartũ tp̃s implete incarnationis.

Primo reuelauit tpe angelice conditionis.

Capl'm primum.

Marie duros pctōres ip̄am inuocātes preseruat a pecca-
to ⁊ peccati periculo: q̄ ip̄a est aduocata pctōꝝ. Un̄ Esa.
xxviij. Urbs fortitudinis nostre sion: id est btā v̄go. Itē
ps̄. Q̄m in te sperauit liberabo eum: ptegam eum q̄m co
gnouit nomen meū. ¶ Scd̄o: q̄ oleū accendit ignē in li-
gno ⁊ extinguit in lapide: vt patet in cemēto. Sic nomen
Marie inuocatum in cordibꝰ ligneis: id est tractabilibꝰ ⁊

erectis in celū p obedientiam ꝛ iusticiam: accendit ignem diuini amoris. In lapideis ꝟo ꝛ duris cordibus extinguit eum quo ardent: ignem scꝫ feruoris peccati. De hoc igne ps. Supcecidit ignis: scꝫ ꝯcupiscentie: ꝛ nō viderūt solē: id est christum. Hinc ipa dicit Eccli. xxiiij. Ego maꝛ pulchre dilectionis. i. diuine dilectiōis que est pulchra ꝛ gratiosa. ꝛ hoc ad differentiā tr. pis dilectiōis. scꝫ carnalis vl mundane: quam ꝟgo extr zuit. ¶ Tertio. quia oleū est sapidum ꝛ pꝛepingue. Ita nomen Marie p deuotionem multum sapit ꝛ impinguat mentem. psal. Impinguasti in oleo: scꝫ gratie ꝛ deuotionis: caput meum. i. mētem. Vñ Ans. vt allegaꝛ a Ludol. li. de vita chri. p. ij. ca. lxxxvj. dicit. Nil certe vtilius post deum memoria mr̄is dei: nil salubrius meditatione pij amoris quo feruebat in contemplatione filij sui: nihil iocundius sapore gaudij eius quo multipliciter pascebatur in eodeꝫ filio suo. Hec Ans. Ad id ibidem questio vtilis mouetur: videlicet. Unde hoc est ꝙ sepe inquit vidimus ꝛ audiuimus plurimos hominum in suis periculis recordar inominis Marie. ꝛ ilico oīe periculum euasisse. qui tamen inuocato nomine domini Iesu: non tam velociter: aut omnino non euaserunt talia pericula. Nimirum inquit est ꝙ velocior ꝛ promptior est salus nonnunqꝫ memorato nomine Marie ꝙ̄ inuocato nomine Iesu. Et respondens dicit: ꝙ hoc nō ideo fit vt ipa virgo Maria potentior sit: aut maior sit christo. Sed vt inquit dicam quod sentio: filius eius christus dominus ꝛ iudex est omniū discernens merita singulorꝫ. Dum ꝗ suo nomine inuocatus non exaudit: iusto iudicio facit: Inuocatus aūt nōie matris sue: etsi merita inuocantis non exaudiunꝛ: merita matrꝫ intercedūt vt exaudiaꝛ Hec Ans. vbi supra. Ecce ergo nomen Marie potens. Ad id Bern. ꝛ allegatur in Speculo ꝟginis: dicit sic. Ubi nomē Marie nominaꝛ: ibi demonū nocumentū effugatur: reis venia. egris medela: ꝛ peregrināntibus adiutorium datur. O igitur gl'iosum. O cōmendabile nomen ꝛ super oīa amabile ac venerabile. O suaue ꝛ ꝯfortatiuum nomē Marie. nomen domine mee ꝛ genitricis dei mei. O vtinam sis semp in corde meo.

¶ Articulus. ij. de cognominatiōibus dignissimis ꝗbus in scriptura Maria nominaꝛ.

De cognominatiōis dignissimis Marie:

SEcundum mysterium declarandū dicitur dignifice cognominationis. Ubi nota ꝙ bn̄dicta virgo in sacra scriptura cognominatur dignissimis appellationibus pluribus ꝟm pluralitatem sue pfectionis ꝛ virtutis: Precipue tamen septem inueniunꝛ nōia dignitatis ꝗbus ipa non immerito appellatur. ¶ Primo nanqꝫ appellaꝛ amica vel in superlatiuo charissima. Unde Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: ꝛ ca. vij. ꝙ̄ pulchra es ꝛ ꝙ̄ decora charissima i delitijs. Quare autem hoc: plures assignantur rationes ꝟm magistrū Iacobum de vora. in suo Mariali. ¶ Prima ratio: quia ipa est deo sup oīes dilecta ꝛ preeminentur electa Sap. viij. Omniū domin⁹ dilexit eam. ¶ Scd̄a ratio: qꝛ super oēs secretorꝫ diuinorꝫ est cōscia: quod manifeste patet in incarnatione. Hoc aūt est signum summe amicitie. dicente saluatore Ioā. xv. Iam non dicā vos seruos sed amicos: quia omnia que audiui a patre meo nota feci vobis: ¶ Tertia: quia deo super omnem creaturam est familiarissima. Cui eñ vnqꝫ angelorum vel hominū aut creaturarum ꝯcessum est vt pro sua voluntate deum totiēs amplectereꝛ: oscularetur. manibus portaret. ꝛ per oīa dilectionis familiaria signa haberet sicut Marie. Unde dicere potuit illud Cant. ij. Dilectus meus mihi. ꝛ ego illi: ꝗ pascitur inter lilia: scꝫ castitatis. ¶ Quarta: quia diuine voluntati fuit summe ꝯformata: implens oīa p̄cepta et ꝯsilia christi: quod etiam est vere amicitie signum: qm̄ vt ait saluator Ioan. xv. Uos amici mei estis si feceritꝫ que p̄cipio vobis. Hinc est ꝙ vt dicit Tullius Amicorꝫ est idē velle ꝛ ideꝫ nolle. Et certe benedicte virginis amicitia ad chrm̄ est comprobata in necessitate. Nam Prouerb. xvij. Frater in angustijs cōprobaꝛ. Ipa aūt in omni necessitate christi affuit adiutrix fidelissima: etiam vsqꝫ ad crucem ꝛ mortem christi. Unde Bern. in medita. O virgo benedicta quid te adduxit ad montem caluarie: cur te non retraxit pudor ꝟginalis: nec loci ipius feditas ꝓhibuit: nec iudeorꝫ ꝛ populorꝫ tumultus retinuit. cur non ꝯtimuisti. cur non horruisti inter latrones in cruce pendētes astare tuo dilecto filio pendēti in cruce: sed hoc fecit vis amorꝫ quo erga tuū vnigenitū afficiebaris ꝛ attrahebaris: cum quo ꝛ simul pati ꝛ crucifigi optabas ardenti desiderio dilectionis. ¶ Scd̄o beata virgo appellaꝛ soror Cañ. iiij. Uulnerasti cor meū soror mea: que sunt verba dei ꝛ christi ad eaꝫ. Et hoc pluribus rōnibus. ¶ Primo qꝛ christ⁹ est filius dei patrꝫ p naturā: ꝛ Maria est filia eiusdem per grām. ¶ Scd̄o soror christi est: quia coheres eius: ꝛ cōicans cū eo regnū patris. Rom. viij. Heredes dei: coheredes aūt christi. ¶ Tertio d̄r soror: quia est soror sanctorꝫ angelorꝫ p virginitatē. Vñ Ambro. Uirginitas est soror angelorꝫ: decus ꝟtutū. mors criminū. Et Hiero. Semp est angelis cognata virginitas. Ideo angeli dicebāt Cāti. viij. Quid faciem⁹ sorori nostre in die quando alloqn̄da est: scꝫ p angelū in annūciatiōe. ¶ Quarto dicitꝛ soror ppl'i christiani. Tū p naturā: quia est filia Ade. Tum per grē participationē: quia est filia eccl'ie ꝛ membrū chri. O aīa christiana si aduerteres qnanta tibi est gloria habere sororē talem ꝗ̄ est regina angelorꝫ: dn̄a mundi: mater dei ꝛc. ¶ Tertio beata virgo appellaꝛ filia. ps. Audi filia et vide: et inclina aurem ꝛc. Audi inquit: scꝫ ea que dicenda sunt tibi ab angelo: vt possis credere: quia fides ex auditu Rom. x. ꝛ vide. i. expire scripturas ꝓphetarꝫ. que in te habent compleri: ꝛ inclina aurē tuam: p obediētiam vt cōcipe possis filium dei. Et obliuiscere populum tuum ꝛ domum patris tui. i. ꝯtemne oēm mundanum affectum pro christo: vt chrm̄ lucrifacias: ꝛ sic faciens ꝯcupiscet rex: scꝫ deus decorē tuū. i. castitatis tue nitorē. Dicitur aūt ipa ficia dei. Tum quia eius creatura. Tū quia a deo paterna sollicitudine est custodita sicut filia charissima. Vñ Cañ. vij. Quāpulchra es filia principis. i. dei. Tum quia deum patrē imitata. Vñ Apl's hortatur oēs ad hanc filiationē dicēs. Imitatores dei estote sicut filij charissimi Eph: v. ¶ Quarto nominatur sponsa Cant. iiij. Ueni de libano sponsa: veni coronaberis. Dicitur autē sponsa christi ꝟm eius diuinitatē: quia ꝟm humanitatē est eius maꝛ ꝛ genitrix. Et merito dicitur sponsa. quia christo est p fidē ꝛ dilectionē coniuncta. Et quia pars sui sanguinis purissimi est indissolubilit diuinitati copulata in christo. Ideo Sap. viij. Hanc amaui ꝛ quesiui eam: mihi accipe in sponsam. ¶ Quinto cognominaꝛ virgo. Lu. j. Missus est Gabriel angelus ad virginē. Et hoc merito: qꝛ ipa est virgo virginum: vt libro. viij. patebit latius. ¶ Sexto nōiaꝛ mulier. Ioan. xix. Mulier ecce filius tuus. Nec obstat ꝙ ipa fuit ꝛ est virgo immaculata: quia etiā virgo d̄r mulier nō ꝓpꝛ corruptionē: sed ꝓpꝛ sex⁹ feminei conditionē. vt patet Geñ. ij. vbi Eua vocatur mulier in statu innocētie: cū nondum fuit corrupta: sed virgo intacta. Edificauit inqͭ dominus costam in mulierē. Merito autē dicitur btā virgo mulier: quia mulier dicitur quasi molliēs herum id est dominū. Ipa nanqꝫ emolliuit deum ꝛ placauit vl' mitigauit: vt qui ante erat tam durus ꝛ iratus generi humano. ꝙ omnes homines detrudebat in inferuum. Propterea Iob. xxx: in persona generis humani dicit. Mutatus es mihi in crudelē: ꝛ in duricia manus tue aduersarius mihi. Nunc per virginem benedictam est eius furor mitigatus Unde in natiuitate angeli cecinerunt. Et in terra pax hominibus Luce secundo. Hinc christus multo crebrius in euangelio se appellat filium hominis: id est btē ꝟginis ꝙ̄ filium dei: quia emollitus est p eam. Et in hoc cōmendat nobis suā immēsam misericordiam qua dignatus est fieri hō p nobis. Itē beata virgo intātum emolliuit eū vt nostros defectus suscipe dignareꝛ: qui tamē in diuinitate defectū pati non poterat vt pro nobis deus impassibilis pateretur: famesceret: ꝛ sitiret: fatigaretur ꝛ moreretur. O mirabilis ꝛ maxima emollitio. Idcirco ipsa bene significatur p virginē ꝗ̄ ferocissimum rhinocerontem emollit et in sinu suo dormire facit: ꝛ sic vinculatur: capitur: ꝛ occiditur. Itē intantum virgo emolliuit deum vt nunc maiora peccata patiēter toleret qui quondam minora durissime vindicabat. Constat enim ꝙ multo grauī⁹ offendūt moderni sodomite ꝙ̄ antiqͥtus: qm̄ nunc in christo hūana caro

Olei natura.

Pria amica.

Scd̄a soror.

Tertio appellaꝛ filia

Quarto sponsa

Quinto virgo

Sexto mulier.

summã habet dignitatem: vnde maior iniuria fit nũc chri
sto a sodomitis ꝙ ante incarnationẽ: ⁊ etiã ab oib⁹ luxu-
riosis: ⁊ tñ nunc deus patienter expectat qui ante durissi-
me eos submersit. Quare hoc: nisi quia deus est per ꝟgi-
nẽ mitigatus. immo vt dicit Fulgẽtius. iiij. Mytho. Du-
dũ inqt celũ ⁊ terra ruissent si non Maria ꝓcibus sustẽtas-
set. Unde merito beata virgo dicit mulier ꝑ antonoma-
siã. i. molliens herum vel heroem. i. christum dñm. Hinc
Prouer. xl. Mulierem fortem quis inueniet. quia ex om-
nibus ista sola extitit fortissima: etiã super deum potesta-
tem habens: ꝓpter quod subditur: ꝓcul ⁊ de vltimis fini-
bus ꝓcium eius. Procul inquã: quia ꝓciũ virginitatis nõ
est de terra: sed de celo: qm̃ vt dicit Hieroñ. virginitas est
vita celestis: ⁊ de vltimis finibus: quia de ꝯiunctione dei ⁊

Septimo Regina

hõis qui sunt vltimi fines. ¶ Septimo nõiat regina. Uñ
ps. Astitit regina a dextris tuis in vesti. de. ⁊c. Sed orit

Questio

questio. Unde vel quare dicat dei mater esse regina: cum
ipa fuerit puella paupcula: nam ⁊ in tpe sui partus in lo-
co pauprimo: vicz in stabulo peperit: ⁊ in tpe sue purifica
tionis paupeꝛ oblationẽ habuit: scz duos pullos colum
barũ. aut par turturũ: qd erat pauperũ: vt ptz Leuit. xij.
⁊ Luc. ij. Item pauperrimã vestem habuit: ⁊ christum vi-
libus pannis vt moris est pauperum inuoluit: vt canit ec
clesia. Mirum ergo quũ regium nomẽ ⁊ dignitatẽ habue
rit. maxime cũ nec eius pater: vicz Joachim rex fuerit ali
cuius regni. nec eius mater: vicz Anna fuerit regina alicu
ius regni: vt patet ex historijs. ¶ Ad hec respondet bm
Jacobum de voragine in suo Mariali: ꝙ beatissima ꝟgo
Maria licet fuerit pauperrima: ⁊ hoc volũtaria paupta-
te: oĩa terrena abdicando ⁊ solum deum sibi in thesaurꝫ
peroptatum eligendo: quatinus impleret illud scriptum
consilium. Si vis pfectus esse: vade ⁊ vende oĩa que ha
bes ⁊ da pauperibus: ⁊ veni sequere me. Marth. xix. Nihil
ominus tamẽ ipa fuit vere regina pre alijs excellẽtissima:

Maria regina pluribꝰ rationibus.

pluribus rationibus. ¶ Prio quidem propter parentelã
regiam. quia vt canit ecclesia. Regali ex progenie Maria
exorta refulget: videlicet ex progenie Dauid. ¶ Secun-
do propter vnctionem regiam. Si enim quem homo vn
xit in regem rex dicitur: vt patet in veteri testamento de
regibus israel quos prophete vngebant: multo forti⁹ vir
ginem quam vnxit deus ipe regia vnctione. pre omnibus
reginam predicamus: Unde ⁊ de ea psal. Unxit te deus:
scilicet per creationem: deus tu⁹ per incarnationem: oleo
letcie: quo spiritussancti gratia accipitur qua ex vtero ma
tris plena fuit: pre consortibus tuis. id est pre omnibus
mulieribus. ¶ Tertio propter desponsationem regiam.
quia a rege regum christo desponsata est: vt patuit supra
¶ Quarto propter dotationem regiam: quia deus om-
nium rex gl'iam ⁊ gratiam: immo totuz regnum celeste cũ
omnibus pertinentijs suis. dotis loco ei contulit. vt dice
re possit illud. Genes. xxx. Dotauit me deus dote bona.
¶ Quinto propter prefigurationem regiaz: quia p regi
nas est prefigurata. scilicet per reginam Saba. iij. Regũ
x. que oĩa que a rege Solomone petijt obtinuit. Et eti
am prefiguratur per reginam Hester quam Assuerus qd
interptatur beatitudinis domus. adamauit. ⁊ posuit dia-
dema regni in capite suo. Hester. ij. ¶ Sexto propter di
gnificationem ⁊ potestatẽ regiã: quia ipam tãqꝫ reginaz
exaltauit deus sup totam curiã angelorꝫ ⁊ hominũ. Et vt
dicit Bern. data est ei ptãs in celo ⁊ in terra tanqꝫ regine.
¶ Septimo ꝓpter coronationem regiam: quia corona-
ta est ⁊ inthronizata in sui assumptione in celũ corona re-
gia. De qua Apocal. xij. Mulier amicta sole ⁊ luna sub pe
dibus eius: ⁊ in capite duodecim stellarum. Circa hoc ac-
cipiamus vnum miraculũ quod refert Discipulus in pro-
mptuario: exemplo. xxj. dicens: Miraculum.

Miraculum.

¶ Or in quodam cenobio erat quidam frater nõie Hie-
ronymus pictor optimus: qui assuetus erat Marie ima-
ginem oĩi studio uirtutis decorare: ⁊ corona regia tanqꝫ
excellentissimã reginã depingere ⁊ describẽ: ⁊ diaboli ima
ginem turpissimam figurare. Quod diabolus dolens: ce
pit eum stimulare vehementissime accendens luxurie libi
dinem ⁊ importunis cogitationibus agitare. Tunc qua-
dam vice vt se vindicaret diabolus. apparuit ei in specie
mulieris pulcherrime alliciendo ad crimen. Cui cum con
sensum voluisset prebere. dixit ei diabolus. Tu es sacrista
huius ecclesie: accipe ergo huius eccl'ie thezauros: et va-
sa auri ⁊ argenti ⁊ frange ea. ⁊ omnia in sacco ponens seq̃-
re me: ⁊ in domo mea mecum eris nullo sciẽte diu gauisu-
rus. Cumqꝫ talia cepisset operari: cepit diabolus vocifera
re: dicens. Currite domini: currite domini: quia Hierony
mus depredat thezauros eccl'ie. Accurrentes cõpererũt
Hieronymum fregisse plura vasa aurea ⁊ in sacculum po-
suisse. Et admirati interrogarunt cur hec fecisset: Ille pti
mescens obmutuit. At illi quia sero erat: ligauerunt eum
ad columnam: volentes mane eum punire. Tunc diabo-
lus ipo ligato illudebat: dicens. Nonne tu es qui semper
me depingebas deformem: ⁊ illam Mariam pulcherrimã
faciebas: Adiuuet te illa regina quam decorabas nunc
si valet. Recordatus itaqꝫ Hieronymus miserationis ge
nitricis dei: toto corde cepit eam inuocare: vt in tãto pe-
riculo dignaretur sibi succurrere. Tunc ipa pietatis mat
apparuit ei ⁊ ait. Confortare Hieronyme: et deinceps ca
ue astutias diaboli Equina seruijsti mihi: non deseram te
in istis tribulationibus. Et mox per angelum apprehen-
so diabolo illo. ligauit eum ad columnam Hieronymo so
luto: ⁊ ille gratias egit Hieronymus igitur admonitus a
domina: pulsauit hora competenti ad matutinum. ⁊ accẽ
sis lampadibus stetit in choro vbi consueuerat. Fratri-
bus ipm intuentibus mirati sunt omnes: ⁊ viderunt in co
lumna ligatum: quendam ⁊ magis ceperunt mirari. Con-
spexerunt thezauros eccl'ie ⁊ inuenerunt omnia vasa soli
da ⁊ integra opante beata virgine. Unde stupore ꝑcussi:
facto capitulo: ligatum illum interrogarunt: ⁊ cognoue-
runt esse demonem: quem exoluentes maxime verberaue
runt. Et sic ille stridens ⁊ clamans aufugit. Deniqꝫ Hie-
ronymus confessus zelus suum: narrauit quomõ per mi-
sericordiam Marie virginis fuisset liberatus. ⁊ oẽs au-
dientes laudes deo ⁊ virgini benedicte proclamarunt. O
igitur anima fidelis vide qꝫ bonum sit virginem benedi-
ctam inuocare. eiqꝫ deseruire. O supbenedicta virgo dei
mater charissima sponsa: soror: ⁊ filia. O virgo virginum
misericordissimaqꝫ ⁊ regina excellẽtissima ac domina om-
nium creaturarum: per illum pium Jesum qui te elegit: ꝑ
illum tuum dulcem natum: per eius amorem sanctissimuz
te deprecamur: vt in huius mundi naufragia ꝯtra oẽs
demonum insultus succurrere nobis digneris Amen.

¶ Articu⁹l. iij. ꝙ nomen beate Marie duodecim honoꝝ
dignitatibus est sublimatum.

Nomẽ Marie. xij. dignitatibus sublimatum

Tertium mysteriũ in hac par-
te declarandum dicitur honorifice vel priuile-
giate sublimationis. Ubi notandum ꝙ nomẽ
benedicte virginis Marie ad numerum duodecim stella-
rum: duodecim priuilegiorum honoribus extat sublima-
tum gloriosissime. que in tres quaternarios diuidi pos-

Primo

sunt: ¶ Primo quidem: quia nomen Marie est ab eterno
consecratum ⁊ preelectum. vt esset nomen genitricis dei
iuxta illud Prouerb. octauo. ab eterno ordinata sum ⁊ ex
antiquis anteqꝫ terra fieret. Sicut nanqꝫ (vt dicit Bern
ardus in sermo.) dulce nomen Jesus ab eterno est conse-
cratũ vt sit nomen filij dei: sic dulce nomẽ Maria ab eter

Scdo

no preelectum ⁊ consecratum est vt sit dignum nomẽ ma
tris dei. Jdeo psal. A seculo nomen tuum. ¶ Secundo.
qr in libro vite añ alia nõa: ⁊ ꝑ alijs scriptũ. Cũ eñ (vt sal
ua tor nr̃ testat (oĩm electorꝫ nõia scripta sunt in libro vi
te. Unde ait Luce decimo. Gaudete ⁊ exultate. quia no-
mina vestra scripta sunt in celis. Et quia dei mater inter
omnes electos primatum tenet: ⁊ pre omnibus est electa
iuxta quod canitur: Elegit eam deus: ⁊ preelegit eã. Igi-
tur post mortem Jesu honorificentissime in principio li-
bri vite nomen Marie est scriptum. vt dicere possit illud.

Tertio

psal. Jn principio libri scriptum est de me: vt faciam vo-
luntatem tuam deus me⁹ volui; et le. tu. in medio cordis
mei. ¶ Tertio: quia a principio mundi prefiguratũ ⁊ va-
rijs modis commendatũ. vt patet ꝑ totũ passum veteris
testamenti. Ubi advertendũ: ꝙ sicut dicit mgr̃ Leo in ser
mone de nati. ꝟginis. Nomẽ Marie ex quinqꝫ lr̃is est cõ-
positum ad significandum ꝙ ipsa est precipue ꝓfigurata
ꝑ quinqꝫ dominas veteris testamenti: ex quaꝝ nõibꝰ ac-

Michol
ceptis primis literis ⁊ coniunctis: nomē Marie resultat.
¶ Primo nāq₃ p M. significat. q₃ ipā est pfigurata p Mi-
chol q̄ fuit spōsa Dauid regis: quā Dauid intātū amauit:
q̄ cū diu fuisset extra regnū iudeoꝝ: noluit intrare regnū
nisi prius esset sibi Michol p̄sentata. j. Reg. vlti. Sic btā
v̄go (interp̄tat em̄ Michol pietas) ⁊ ipā fuit pietate ple-
na: ⁊ certe ipā tātū placuit deo: q̄ cū esset extra scʒ incelo
Abigail
noluit ingredi in hūc mūdū: nisi prius btā v̄go nasceret.
¶ Scd̄o A. denotat Abigail que placuit Dauid ne occi
deret Nabal. j. Reg. xxv. Sic beata v̄go placauit nobis
Rachel
deū sua hūilitate: ⁊ nūc etiā quotidie placat sua intercessi
one: ne occidat pctōres eterna morte. ¶ Tertio p R. de
notat q̄ ipām figurauit Rachel q̄ genuit Joseph: q̄ vo-
catus est a Pharaone lingua egyptiaca saluator mundi.
Gen̄. xlj. Sic btā virgo genuit verū saluatorē mūdi chri-
stū deū nostrū. ¶ Quarto p J. significat Judith q̄ v̄tu-
te castitatis occidit Holofernē. Judith. xiij. Sic btā v̄go
v̄tute sue v̄ginitatꝭ Luciperū occidit: iuxta illud Gen̄. iij.
Ipā pteret caput tuū. ¶ Quinto p A. denotat Abisac q̄
fuit electa sup̄ oēs filias Hierl'm tāq₃ pulchrior ad seruic
Quartū priuilegiū.
dū ⁊ ministrandū regi Dauid. iij. Reg. j. Sic btā v̄go fuit
electa sup oēs mulieres ad ministrādū regi celesti. Eccli.
xxiiij. In habitatiōe sancta corā ipō ministraui. ¶ Quar
tū priuilegiū vel honoris glīa: est q̄ nomē Marie est ab
angelo Gabriele pnunciatū. Hoc nāq₃ tenēt catholici do
ctores. q̄ nomē Marie angelus Gabriel pnūciauerit ei⁹
parētibus q̄ eā vicʒ hoc nōie vocare deberēt. Et pbat a
maiori arguēdo: q̄ sicut nomē Joannis baptiste angel⁹
Gabriel pnunciauit Lu. j. multo forti⁹ id de mr̄e dn̄i sen-
Quintū priuilegium.
tiēdū est. Et hoc idē testat Hiero. de vita Marie scribēs
q̄ angel⁹ apparuit ei⁹ parētib⁹: p̄cipiēs q̄ eā Mariā nōia
rēt. Et sic ptʒ prim⁹ q̄ternari⁹. ¶ Quintū: q̄ fidelib⁹ est
amorosissimū vl' affectuosissimū: q̄m vt scribit Esa. xxvj.
Nomē tuū ⁊ mēoriale tuū i desiderio aīe ¶ Et nota q̄ de
mus erga nomē Marie affici p spūalē dilectionē: quia ex
hoc triplex bonū psequemur. Primo cordis exhilaratio-
nē ⁊ delectationē. Un̄ s̄m lr̄am hebraicā dicit Ps̄. Leta-
bunt oēs qui diligūt nomen tuū ⁊c̄. Bern̄. O btā Maria
tu nec nōiari potes quin recrees: nec cogitari quin tecum
sit affectus diligentiū te. Scd̄o internā vel spūalē pacifi-
cationē. Ps̄. s̄m aliā lr̄am. Pax multa diligētib⁹ nomen
Sextū priuilegium
tuū. Tertio eternā ⁊ celestē glīationē. ps̄. Glīabunt oēs
qui diligūt nomē tuū. Glīabunt. scʒ in celesti patria: q̄ vt
dr̄ in ps̄. Qui diligūt nomē eius habitabūt in ea. ¶ Se-
xtū priuilegiū nōis Marie. q̄ demonibus est formidabi-
lissimū: q̄m vt scribit Can̄. vj. terribil' est Maria vt castro
rū acies ordinata. ¶ Que v̄ba tractās Greg. dt. Nō tim̄
timent hostes inuisibiles quālibet castroꝝ aciē sicut Ma-
riā dei matrē. De hoc latius supra pte. j. arti. iij. vtilitate
quinta. Hoc solū hic addo qd̄ refert Ubertinus lombar-
dus in tractatu de nōie Jesu: q̄ vicʒ cū quedā mulier a de
mone incubo vexaret: nec poterat aliquo remedio libera
ri: venit ad beatū Eymundū petere psiliū: qui dixit ei. Ac
cipe virgā ex vna pte facias scribi nomē Jesu: ⁊ ex alia no
men btē v̄ginis: ⁊ cū demon ad te more solito venerit: p-
cutias eū dicta v̄ga: quo facto liberata est. ¶ Item legi-
Septimum priuilegium.
tur in vita sancti Anthonij Paduani: q̄ cū demon volu-
isset eū dormientē strāgulare. cepit nōiare sctūs ipē Ma-
riā: ⁊ statim circūfuso lumine in cella demon pfusus aufu-
git. ¶ Septimū priuilegiū: q̄ nomen Marie est cunctis
hōibus venerabilissimū: vt iā impletū sit illud Lu. j. Ecce
em̄ ex hoc btām me dicent oēs generatiōes. Adeo nāq₃
venerabile est nomen Marie in mundo: q̄ etiā apud infi-
deles reueret: vt patet in lege Mahumeti: ⁊ etiā apud q̄s-
dā iudeos. de q̄bus videns s̄. li. ij. pte. iij. ar. ij. circa stel-
lam quartā. Et quidē merito nomen Marie ab omībus
Questio
veneratur: quia res sacra digna est veneratiōe. sed eius no-
men est ab eterno psecratū: vt patuit s̄. igit ⁊c̄. Qr si que
ras. Quō debeas venerari hoc nomen pium Marie. Di-
co q̄ tripl'r. Primo in corde deuotius diligendo. Scd̄o
in ore v̄erabiliter pnunciādo ⁊ benedicendo: nō sicut heu
multi faciūt qui peierāt in nōie Marie: vel maledicūt ini-
micis: aut vituperando blasphemāt. Contra quos Leuiti.
xxiij. Qui blasphemauerit nomen meum morte moriat.
Tertio quoq₃ venerari debet genuflexione ⁊ sacri cultus

exhibitione: sepius eā salutādo. Un̄ ps̄. Adorabo ad tem
plū sanctū tuū. i. virginē mr̄em tuā que dr̄ tēplū dei: et sa
crariū spūssancti: ⁊ pfitebor nomini tuo scʒ collaudando:
Taliter nāq₃ eā venerātibus obuiabit ipā quasi mat' ho-
norificata: honorificādo eos in celesti glīa: vt scriptū est.
Eccli: xv. Et exaltabit illos apud pximos. i. sanctos dei.
¶ Octauū priuilegiū: quia hoc nomen est oībus inuocā-
Octauū priuilegium
tibus v̄tuosissimū: q̄m mirabilē virtutē habet subueniēdi
in omī necessitate ⁊ in omī piculo. atq₃ in omī orōnis im-
petratiōe. Unde Bern̄. Sileat misc̄diam tuā o beatissima
Maria qui te in suis necessitatibus inuocatā meminit sibi
auxiliū defuisse. Propterea nāq₃ eccl'ia nomē Marie ap-
posuit in salutatione angelica: q̄tinus p eius inuocationē
magis sortiat oratio effectū. O pctōr. O q̄squis es deuo
tus virgini Marie: psidera v̄tutē nōis eius: ⁊ gaude tene-
re hāc p̄ciosam margaritam in bursa cordis tui recōditā:
quia nullus lapis preciosus. nulla gemma tante est v̄tu-
tis. Current alij p questu mundi: aggregent lapides pre
ciosos quoꝝ virtutib⁹ glīentur. Nā s̄m philosophos alij
valent in periculis p̄seruādis: alij eorum in fauoribus ac-
quirendis: alij in inimicitijs sedandis: alij in prosperitati-
bus consequendis. Ualeant vel forte non vere ad ea vale
ant: hoc solum consulo: hoc solum phortor acquirere. O
omnes auari. O omnes mundani. acquirite hunc vnum
lapidem preciosum. recondite in arca cordis hoc nomen
gloriosum trium syllabarum Maria: ⁊ eritis securi in om-
ni periculo: habebitis auxilium in omni necessitate et an-
gustia. ⁊ prosperitatem in omni salubri optato. Nil enim
est mali quod non remoueat: nil boni quod non obtine-
at. ¶ Nonum priuilegium: quia hoc nomē est summe cō-
Nonū priuilegium
confortatiuū si homo aduertat: quia null⁹ sperauit in ea:
⁊ confusus est: nullus inuocare potuit sic vt derelictus sit
dummodo bene inuocauerit. iuxta illd̄ Esa. xx. Quis am
bulauit in tenebris ⁊ non est lumen ei: id est Maria in au-
xilium: quasi diceret null⁹. Unde omīs homo in ea spem
ponere habet. Quia (vt canit eccl'ia) ipā est regina mise-
ricordie: vita. dulcedo: ⁊ spes nostra. Et ipā est mat' gra-
tie ⁊ mater misericordie q̄ ab hoste protegit: in hora mor
tis suscipit. O tu qui times a periculo damnatiōis. recor-
dare huius nominis: quia Maria maris stella interpreta
tur: si marꝭ stella: ergo ad portum salutis deducēs in hoc
mari magno ⁊ spacioso. Hinc Bernardus. O homo secu-
rum habes accessum ad deum: vbi mater stat pro te ante
filium: ⁊ filius ante patrem: filius ostendit patri latus et
vulnera: mater ostendit filio pectus ⁊ vbera: nulla pote-
rit esse repulsa vbi tot concurrūt amoris insignia. An nō
ergo confortaris quotiens nominis eius recordaris? Di
cit idem Bernardus de nomine Jesu: quod ⁊ de nomine
Marie accipere valeamus. Hinc pphēta Dauid ait. Spe
rent in te qui nouerunt nomē tuum. ¶ Decimum priuile-
Decimū priuilegium
gium: quia nomē Marie est gratiosissimum. Interpreta-
tur enim Maria illuminatrix scilicet lumine gratie. Et p-
fecto nomen Marie gratiosum est: quia ipsa beata virgo
est mater gratie. ¶ Nota aūt q̄ s̄m quinq₃ literas huius
Quintuplicē grām pcc catores cōsequunt
nominis Maria quintuplicem gratiam peccatores con-
sequūtur per hoc nomen: quas quidem gratias hoc no-
men significare videtur: Prima litera M. denotat miseri
cordiam diuinam: Secunda litera A. denotat amorem su
pernorum ⁊ eius ascensionem. Tertia litera R. significat
remissionem peccatorum. Quarta litera J. denotat illu-
minationem ex infusione iustificantis gratie. Quinta li-
tera A. denotat acquisitionem videlicet meritorum ⁊ pre
miorum. Hinc Bernardus in sermo. Si criminis imma-
nitate turbatus: si conscientie feditate confusus: si iudicij
horore perterritus: si barathro desperationis absorbt⁹.
Mariam cogita: Mariam inuoca: et sic in temetipō expe
rire poteris q̄ merito dictum sit nomen virginis Maria.
Hec ille. ¶ Undecima prerogatiua nominis Marie est:
Undecima p̄rogatiua
quia est nomen dulcissimum. Unde canit eccl'ia. Salue re
gina misc̄die: vita: dulcedo: ⁊ spes nostra. Unnde q̄ ipsa
est clementissima regina: vita: spes: ⁊ dulcedo nostra: seq̄-
tur q̄ nomen eius est dulcissimum. Nimirum ex nomine
Marie (nisi assit impedimentum in homine) tanta dulce-
do cordi deuoto infundit q̄ mentis affectum magꝭ ac ma
gis afficit: nec satiari pōt pre desiderio. Qd̄ testat Eccl'.

ca. xxiiij. dicens in psona eius. Spũs inqt meus sup mel dulcis: et hereditas mea sup mel ꝛ fauũ: memoria mea in generatiões seculoꝝ. Qui edũt me adhuc esuriũt, scꝫ pre desiderio. Esa. xxvj. Nomẽ tuũ in desiderio aïe. ¶ Nota aũt ꝙ nomẽ Marie dulcorẽ infert. Primo visui. ps̃. Letificabis me cũ vultu tuo: delectatiões in dextera tua vsqꝫ in finẽ. ¶ Scd̃o auditui. Cañ. ij. Sonet vox tua in auribꝰ meis: vox eñ tua dulcis: ꝛ facies tua decora. ¶ Tertio dulcorẽ infert gustui. Cañ. ij. Fructus eius dulcꝫ gutturi meo. ¶ Quarto olfactui Eccłi. xxiiij. Quasi myrrha electa dedi suauitatẽ odoris. Et ibidẽ. Ego quasi vitꝫ fructificaui suauitatẽ odoris. ¶ Quinto dulcorẽ infert cordis medullis. Vñ Cañ. viij. Pone me vt signaculũ super cor tuũ. Et ps̃. Gustate ꝛ videte qm̃ suauis est dñs: scꝫ in Maria. O vtinã fidelis aïa aliqñ nouisses expientia certa: qꝛ vt canit eccłia: vere clemẽs: pia: ꝛ dulcis est Maria.

Vndecima ꝓrogatiua. ¶ Duodecima ꝓrogatiua: quia nomẽ Marie est efficacia mirabilissimũ. Mirabiles eñ efficere habet fructus salutiferos: vt in p. j. ar. vlti. patuit. Quis deniqꝫ sufficiẽter extimare poterit quanta a principio mundi miracula facta sint ad nomen Marie ꝛ eius inuocationẽ. Si eñ (vt dicit ps̃) Mirabilis deus in sanctꝫ tuis: q̃ꝫ mirabilis sup omes in Maria q̃ est oïm sanctissima ꝛ dña: cui (vt dicit Berñ.) data est omis potestas in celo ꝛ in terra: vt quicq̃d voluerit valeat efficere. Ut aũt magis clarescat mirabilis efficacia nõis Marie: referã hic vnũ miraculum qđ scribit Vincẽ. in speculo historiali li. viij. ptis prime. ca. cxvj. dicẽs.

Miraculum. (Miraculũ) Ex in ꝯuentu sancti Bertini erat monachus quidã nõie Jostio. in q̊ ꝯuentucũ quidã Archieps de terra sancta adueniẽs hospitatus fuisset: interrogatꝰ est a monachis quis modus orãdi viris religiosis in terra sancta habitãtibus solitꝰ foret? Et retulit quõ ab ipis hierosolymitanis religiosis accepit ꝯsuetũ fore bñdictã virginẽ hoc modo quotidie orare: vt vicꝫ ad honorẽ nominis eius ꝑm quinqꝫ lr̃as eius q̇nqꝫ Aue Mariaꝛ totidẽ psalmos q̇ incipiũt ab eisdẽ lr̃is depromerent. Pro M. Magnificat: p A. Ad dñm cũ tribul. p R. Retribue ꝑuo tuo. p J. In ꝯuertẽdo do. p A. Ad te leuaui ꝛc̃. Prefatꝰ ergo monachus Jostio cepit hũc modũ orãdi quotidie ad honorẽ nõis Marie obseruare. Accidit autẽ vt q̃dam nocte ipe non interesset matutinis cũ ceteris fratribꝰ: ꝓpter qđ Supprior ad eius lectũ venit: ibiqꝫ eũ defunctuꝫ repperit: quẽ putamus ex nimia dulcedine amoris quam forte btã virgïe sibi apparẽte cum filio hauserat excessisse. Unde occurrũt fratres vultũqꝫ eius discooperiẽtes inuenerũt quinqꝫ flores rosarũ: vnus egrediebaẗ de ore et lingua eius: duo de oculis: ꝛ duo de auribus. ¶ Pro tali miraculo letãtes detulerũt cũ in choꝝ: ꝛ ibi discoopta facie cũ recentibus rosis diligẽter intuentes: in rosa que de ore exibat inuenerũt scriptũ. Maria. Tenuerũt aũt eum ꝑ septẽ dies suaui odore roseo fragrantẽ: donec tres epi venirẽt et multi alij clerici ꝛ laici: qui videntes magnalia dei: laudem dederũt deo ꝛ beate virgini. O igiẗ nomẽ dignissimũ Marie: nomen pium. nomen ꝯfortans peccatorem. O nomen dulce. nomen amorosum et beate spei. O nomen venerabile: ꝛ ab omnibus deuotamente celebre. Quid dicamꝰ in tua laude; cum oïm deficiunt lingue: nec sufficiẽter te queunt laudare. Uere nomen sacrum: nomẽ fructuosum: nomen mellifluum: vtinã saperent ꝛ intelligerent hõies: ꝛ ipm quotidie inuocarent: ipm semp in domibus cordibusqꝫ scriptum tenerent: vt gr̃am: veniã. ꝛ gl̃iaꝫ virginis benedicte merito obtinerent.

Incipit liber septimus de sanctissima vita beate Marie.

Liber septimus agit de mysterio sanctissime vite benedicte virginis Marie:

eiusqꝫ virtuosissime actionis. Et diuidiẗ in tres partes. In prima parte agitur de eius conuersationis et vite sanctitudine. In secunda agitur de meritorum ꝛ virtutum precelsitudine qua fulsit in summa perfectionis altitudine. In tertia de gratiarum eiusdeꝫ multitudine qua illustrata extitit cũ summa plenitudine in huius vite habitudine.

¶ Pars. j. de vite sanctissime virginis beate atqꝫ actiõis eius virtuosissime mysterio: vbi ostendiẗ ꝙ in vita suscepit sacraẽmta: ꝛ qualem regulã sanctitatis tenuerit.



Fili ne dimittas legẽ matris

tue: vt addaẗ gratia capiti tuo. Prouer. j. cap. Quibus in verbis sapiẽtissimus Salomõ spũ sancto dictante hortatur nos vt matris nostre: i. benedicte virginis Marie: que est spũalis mater nostra ꝑ regenerationem ꝛ adoptionem filiationis diuine ꝛ fraternitatis dñi Jesu christi: iuxta illud Anß. dictum. Si inqt christus qui est ex ea genitus frater noster est. cur illa que genuit mater nostra non est? q. d. sic. Huiꝰ inquã matris nostre legem. i. vite regulam ꝛ rectitudinem quam exemplariter in se nobis imitandã ostendit: ne dimittamus: sꝫ studiose obseruemus: quatinus detur nobis copiosior gratia capiti nostro. i. rõnali menti que est caput anime dirigens eam in actibꝰ suis. Profecto merito nos hortamur omes ꝛ singuli ad imitandã sanctitatem vite Marie: quia id ꝑsuadet nobis. ¶ Primo quidem scriptura figuralis. ¶ Scd̃o natura exemplaris. ¶ Tertio sententia doctrinalis. ¶ Primo inquã ꝑsuadet scriptura figuralis. Nam Jacob ꝯsiliũ sue matris sequens benedictionẽ paternaꝫ ꝯsecutus est. Geñ. xxvij. Ita ꝛ nos si volumus conseq benedictionẽ dei pr̃is: ꝯsiliũ sequamur mr̃is Marie vitam imitãdo. ¶ Scd̃o ꝑsuadet natura exemplaris. Ut enim certa discimus expientia pater diligẽtius fouet filiũ quẽ videt sibi assimilatũ q̃ꝫ dissimiliorẽ: qꝛ omẽ animal naturaliter diligit sibi siẗe. Eccłi. xiij. Deniqꝫ teste glo. sup ps̃. Coruus nõ nutrit in nido suos pullos tãdiu quousqꝫ assimilari sibi incipiũt pennis nigrescẽtibus: eo ꝙ putat non esse suos pullos ꝓpter dissimilitudinẽ: quos tñ assimulatos diligẽter fouet ꝛ intime diligit. Ideo đt ps̃. Qui scꝫ deus dat iumẽtis escã: ꝛ pullis coruoꝝ: scꝫ in nido ꝛc̃. Ita spũaliter Maria mr̃ gr̃e nos in spũalibus fouet sibi assimilatos. ꝛ deo patri exhibet diligẽdos al's ꝓpter dissimilitudinẽ formidãduꝫ est ne derelinq̃mur. Sectemur ergo charissimi benedicte ꝟginis castitatẽ: hũilitatẽ: patientiã ꝛ ceteras ꝟtutes. Vñ eius filius dñs Jesus clamat Math. xj. Discite a me qꝛ mitis sum ꝛ hũilis corde: ꝛ inuenietꝫ requiẽ aïabus vr̃is. ¶ Tertio ꝑsuadet sentẽtia doctoral. Vñ Amb. li. de ꝟginitate đt sic. Sit vobis tãqꝫ in imagïe descripta vita Marie: de q̃ velut ex speculo refulget species castitatis ꝛ forma ꝟtutis. Hinc sumatis exempla viuẽdi vbi tãqꝫ in exemplari magisteria sunt ꝓditatis expr̃ssa: que quid corrigere? quid effugere? quid tenere debeatis ostendunt? Hec ille. O igitur fidelis anima ausculta consiliũ sapientis: suscipe eius exhortationẽ dicentis. Fili ne dimittas legem matris tue: id est Marie. O salubris admonitio: o dulcissima doctrina: o sanctissimum consilium cui obtemꝑando fit vt addatur gr̃a capiti tuo: si gr̃a: ġ ꝛ gl̃ia: ꝛ ꝑ ꝯñs omẽ bonũ. Quia ġ vita Marie nobis imitãda in p̃dictꝫ ꝟbis ꝓponiẗ: idcirco de ea acturi: tria mysteria in hac ꝑte declarãda notabimus: quibus eius conuersationis et vite sanctitatem agnoscere valebimus et imitari sciemus:

¶ Primũ dr̃ mysteriũ scripturalis omissionis
¶ Scd̃m dr̃ mysteriũ sacramẽtalis susceptiõis
¶ Tertiũ mysteriũ regularis obseruatiõis

¶ Articulus. j. quare euãgeliste noluerũt de vita beate Marie scribere: aut de eius morte ꝛ similibus.

Primũ mysteriũ declarandũ

dicit scripturalis omissionis. Nã a plerisqꝫ sepe sepius quesitũ est. Quare vicꝫ in sacra scriptura canonicaqꝫ nusq̃ꝫ aliquid scribiẗ de sanctitate et gestis Marie. nec ab euãgelistis texiẗ quicq̃ꝫ de eius vite historia. immo nec etiã de eius origine: aut parentum sanctitate: nec de gl̃iosis actibus ꝛ gestis supermirabilibus: aut đ eius morte: aut sacramentorum noue legis susceptione. Mirum certe est cur scriptura omiserit ꝛ tacuerit hec omnia ꝛ alia matris dei p̃clara opera. Mattheus quippe ca. j. scribẽs de christi genealogia hoc solum dicit. Jacob genuit Joseph virum Marie: de qua natus est Jesus q̇ vocatur christꝰ: putabam dicere debuisse: virum Marie filie

Mutatio vite virginis Marie

Primo

Scd̃o

Tertio

Cur euãgeliste non scripserũt de vita btẽ marie aut eꝰ morte

Joachim: quã ex Anna vxore ãgelo nũciãte miraculo so
genuit: que fuit virgo castissima 7c̃. Similiter et Lucas.
Missus est inq̃t angelus ad virginẽ 7c̃. Non describit ei⁹
ortũ nec eius gesta aut vite seriem aut p̃clara sanctitatis
opa: 7 sic de alijs euangelistis: p̃ter hoc solũ ꝙ ꝯceptionẽ
filij dei ex ea spũsancto factã describũt: 7 ea que ad id dũ-
taxat ptinere videntꝛ. Et ad id assumũt argumentũ tale
obijcientes q2 euãgeliste p̃cursoris ortũ: parentũ digni-
tatẽ: vite sanctitatẽ: arduaqꝫ 7 p̃clara eius gesta descripse
runt vsqꝫ ad terminũ vite eius 7 martyriũ: g̃ multo mag
hoc de matre dei facere debuerũt ad fidei 7 moꝝ edifica-
tionem: videtur ꝙ sacra scriptura omttẽdo sit diminuta.
¶ Sed cõtra est: q2 spũsancto inspirante locuti sunt sc̃ti
dei homines: ij. Per. j. et Matth. x. Non vos estis q̃ lo-
quimini sed spũs 7c̃. Vñ ipso dictante scripserũt quecũqꝫ
scripta sunt in canonicis scripturis in quibus error vel di
minutio nullatenus admitti debuit. Deus em̃ et natura
Responsio. non abundant in sup̃fluis: nec deficiunt in necessarijs: nec
quicq̃ꝫ faciunt frustra: vt dicitꝛ. ij: Physic̃. igitꝛ 7c̃. ¶ Re-
spondeo s̃m Alber: magnũ sup Missus est. ca. lxxxj. ali-
osqꝫ doct. catholicos de hoc tractãtes ꝙ summe rõnabi-
liter factum est vt hec de virgine matre dei sint omissa in
canonica scriptura a sanctis: nec alquid sit expressum nisi
qd̃ spectabat ad incarnationẽ ex ea factam. Hoc em̃ egit
spiritussanctus miro ordine diuine sapientie: precipue tri
plici ratione.
¶ Una est ratio presuppositionis.
¶ Alia est ratio excitande deuotionis.
Prima rõ p̃- supposition̄is. ¶ Tertia reprimẽde elationis vel nostre humiliatiõis.
¶ Una est rõ p̃suppositiõis: q2 vicꝫ sanctitatis excellen-
tia 7 dignitas matris dei ab oĩbus christicolis debito p̃-
supponitꝛ: circa quã errare esset prima principia cõfunde-
re: 7 in heresim damnatã venire: igitꝛ superfluũ fuit ea de-
scribere 7 viciosum: cum s̃m Aristo. qui vnũ dicit quodã-
modo plura dicit. Et iterũ. Peccatũ est fieri p plura que
eque bene possunt fieri per pauciora. ij. Physic̃. et. viij.
Topic. Vñ sicut symbolũ apl̃orũ nullibi apud euangeli-
stas in forma scriptũ legimus: q2 firmiter credendũ pre-
supponitꝛ mentibus fidelium inscribendũ: ita pari iudicio
spũsancto dictante factũ est de historia matris dei: excel-
lentiaqꝫ 7 sanctitate: qm̃ ita dixit Matthe⁹: de qua natus
est Jesus 7c̃. eo dicto om̃ia subsequẽtia dixit tanq̃ꝫ inclu-
sa et p̃supposita. scꝫ de summa eius sanctitate: dignitate:
meritorũqꝫ 7 premioꝝ excellentia. Et sic in alijs etiã euã
gelistis a prole cõmẽdatꝛ mater. Cum em̃ arbor bona nõ
facit nisi fructus bonos Matth. vij. Si ergo ples sc̃tissi-
ma 7 dignissima: ita et mater: maxime cum sit mater dei q̃
sanctius 7 dignius dici nõ põt. Vñ plus de ea scribere sup-
fluũ fuisset: q2 dicendo ꝙ genuit Jesum filiũ altissimi: vel
ꝙ est gr̃a plena: dñs tecum: 7 silia: sufficiẽter breui verbo
om̃a dixit ꝙ vicꝫ a nulla gr̃a: a nulla sc̃titate: a nullo me-
ritoꝝ et premioꝝ genere fuerit aliena: sed quicquid boni
aliqua creatura fecerit vel recepit: de hoc non liceat eam
fore expertem: cum existens dei mater sit summa persona
Alia ratio deuotionis ipso facto: 7 a nullo illustriũ supari põt: vt dicit Damasce.
¶ Alia rõ est excitande deuotionis: q2 per hoc fidelium
Tertia hũi- liationis doctoꝝ deuotio excitatꝛ ad inq̃rendũ. Juxta illud Eccli.
xxiiij. Qui edunt me adhuc esuriunt. Et infra. Qui eluci-
dant me vitam eternã hadebunt. ¶ Tertia rõ nostre hu-
miliationis 7 reprimẽde elatiõis. Nam nostra vana glo-
riatio reprimitꝛ: ne nr̃a bona opa p magno reputemus:
cum videam⁹ ꝙ excellentissimi meriti opera plura a bea-
ta virgine facta: imo et ab ipso dño Jesu vsqꝫ annũ. xxx.
impleta scriptura quasi nõ extimãs preterijt subticendo:
quasi tacendo dicat nobis illud Luc. xvij. Cum feceritis
om̃ia que p̃cepta sunt vobis: dicite: serui inutiles sumus:
et illud Matth. vj. Noli tuba canere ante te 7c̃. Jtẽ dñs
noster 7 dña nostra suas secretas habitudines sibi notas
per se noluerũt manifestare. Juxta illud Prouerb. xxvij.
Laudet te os alienũ: sileat os tuũ. Vñ illa sc̃ipta nõ sũt.
Ea aũt q̃ in p̃sentia discipuloꝝ vel ppl̃oꝝ fecerũt scripta
sunt ad nostra edificationẽ: q̃tinus diceremur et nos vt
sic bona agamus ꝙ laudes exterius nõ queramus: q2 vt
dicit Grego. Studiũ celestis desiderij a malignis spiriti-
bus custodire non sufficit: qui hoc ab humanis laudibus
non abscondit. Depredari em̃ desiderat qui thesaurũ in
via publice portat. Hec ille. Et sic ptꝫ ꝙ rõnabiliter val-
de spũsancto dictante sancti euangeliste ea q̃ spectant ad
incarnationis fidem breuius scribere voluerũt pp̃ter fi-
dei astructionẽ et edificationẽ. Ea aũt que secrete gesta:
et apl̃is aut alijs ignorãtibus facta sunt: licet forent ma-
gna 7 mirabilia sup oĩm sanctoꝝ alioꝝ gesta tacuerũt p̃-
missas pp̃ter rõnes. ¶ Ad illud igitꝛ in oppositũ ꝙ vicꝫ Ad cõtraria responsio.
saltem eius ortũ 7 parentũ sanctitatẽ scribere debuerũt.
¶ Respondetꝛ ꝙ extrã parentũ Marie gloria et dignitas
ab illa fuit: propter quã 7 illi antecessores 7 tota illa gens
electa est: ideo nõ debuit Maria p parentes cõmendari:
sicut nec christus p matrẽ cõmendatꝛ: sed ecõuerso: ex p-
lis sanctitate datꝛ intelligi sanctitas parẽtũ. ¶ Ad aliud
de p̃cursoris ortu: vita 7 morte 7c̃. Respondetꝛ ꝙ hec rõ-
nabiliter de p̃cursore scripta sunt: q2 nisi scripta forẽt: du-
bitari potuissent. Marie aũt miraculosa ꝯceptio 7 ortus
gaudiosissimus: vita sanctissima: opa p̃cellentissima 7 ar-
duissima: atqꝫ mors p̃ciosissima et gl̃iosissima 7c̃. idcirco
scribi nõ debuerũt: q2 certissima fide creditꝛ inter fideles
viros quicquid ad eius dignitatẽ: sanctitatẽ 7 p̃cellentiã
pertinet: 7 p se notũ est his qui de Jesu integrã habent fi-
dem. O igitur peccatrix ania agnosce q2 nullã habes ca-
uillationis causam cõtra scripturã sacram. Quecũqꝫ em̃
scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt Rom̃. xv. O
anima christiana perpende: quia maxima opa p̃termissa
sunt silentio pp̃ter tuam instructionẽ: vt studeas magna
credere tanq̃ꝫ fidei presupposita de Maria et eius prole
Jesu: 7 vt studeas deuotius inq̃rendo meditãdoqꝫ meri-
ta acq̃rere: atqꝫ vt addiscas humilitatẽ in actibus tuis
seruare. O pie deus q̃ꝫ dulcitꝛ nos allicis q̃ꝫ benigne instru
is: 7 q̃ꝫ salubriter humiliari vis nos vt exaltes.
¶ Articulus secũdus ꝙ beata Maria in sua vita suscipe-
re debuit: 7 de facto suscepit om̃ia ecclesie sacramenta si-
bi congruentia. Capitulum. j.

SEcundũ mysterium de vita Marie declarandũ dicitꝛ sacramẽtalis suscepti-
onis. Ex q̃ em̃ in hac vita habet homo potissi-
me per sacramenta sanctificari: qm̃ ipsa sacramẽta ex vir-
tute diuina habent efficaciã sanctificandi: et gr̃am confe-
runt p quã ania curatꝛ ab infirmitatib⁹ vicioꝝ: vt patꝫ in
iiij. li. sententiarũ: pp̃ter qd̃ Aug. diffiniens sacramentũ Sacramẽtũ
inquit est illud in quo sub tegumento rerũ visibiliũ diuia
virtus salutẽ secretius opatꝛ. Et Hugo de sc̃tõ victo. lib.
de sacr̄is dicit. Sacramentũ est materiale elemẽtũ extrin
secus oculis suppositũ ex sanctificatione gr̃am inuisibilẽ
ꝯferens. Jdcirco primo ꝯsiderandũ nobis est: si btã vir-
go in hac vita susceperit sacramẽta noue legis q̃ instituit
christus dñs pp̃ter nostrã sanctificationẽ 7 salutẽ. Quia
em̃ nil de hoc in canonicis scripturis reperitꝛ expressum a
plerisqꝫ manet induditatũ. Pro hac itaqꝫ re tria sunt no-
tanda ad presens.
¶ Primo generalis conclusio.
¶ Secundo probabilis ratio.
¶ Tertio particularis inquisitio.
¶ Primo inquã notanda est generalis cõclusio que po-
nitꝛ s̃m Alber. sup Missus est. ca. lxxxj. et est talis: ꝙ bea-
tissima virgo Maria in sua vita suscepit om̃ia ecclesie sa-
cramenta que tpe suo oĩbus hoĩbus generaliter fuerunt
instituta et pmulgata om̃ibus obseruanda.
¶ Capitulũ. ij. quare debuit Maria suscipere sacramẽta. Quare de- buit Maria suscipe sacr̄a

SEcundo notanda est huius cõclusionis ratio.
Nã btã virgo suscipe debuit sacramenta eccl̃ie
multiplici ratione: s̃m eundẽ Alber. vbi supra.
¶ Primo pp̃ter suij p̃ius humiliationẽ: q2 q̃nto
pre ceteris fuit sanctior vniuersis: tanto magis decuit vt
se humiliaret ad sacr̄oꝝ susceptionẽ: sicut etiã hũiliauit se
ad legẽ purificatiõis veteris legis Lu. ij. Juxta illud sal
uatoris Luc. xvij. Cum feceritis om̃ia: dicite serui inuti-
les sumus: q2 qd̃ debuimus fecimus. ¶ Secundo pp̃ter
precepti impletionẽ: q2 preceptũ obligabat om̃es. Juxta
illud de baptismo Joã. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̃
et spũsancto nõ introibit in regnũ celoꝝ. ¶ Tertio pro-
pter scãdali euitationẽ qd̃ ortũ fuisset i cetei ꝫ christicol̃.

¶ Quarto propter meritoꝝ superogationē. ¶ Quinto ꝓpter heresum confutationē: quevicꝫ asserebant ipm nō hoiem esse sed angelū. ¶ Sexto ꝓpť ꝑfectoꝝ instructionē: vt qui sanctus est sanctificeť adhuc. Apocaľ. xxij. ca. ¶ Septimo ad peccatoꝝ redargutionē. Quid em̄ in sui excusatiōe peccatores dicere possunt recusantes sacramētū penitētie ⁊ alia quecūqꝫ sacramenta: cum audiant etiā sanctissimā celoꝝ reginā sacr̄a suscepisse: ꝑfecto eius exēplo redarguunť ꝯ negligētiaꝝ ꝓuocanť ad ea suscipiēda.

Capitulum. iij. de singulis sacramentis in speciali. Utrū Maria suscepit.

Tertio hic notandū restat particularis inquisitio de singulis sacramentis ecclesie.
¶ Primo de baptismi susceptione.
¶ Secundo de confirmatione.
¶ Tertio de eucharistie acceptione.
¶ Quarto de sacramento penitentie.
¶ Quinto de sacramento matrimonij.
¶ Sexto de extrema vnctione.
¶ Septimo de sacramento ordinis.

Quō vtrum maria virgo fuerit baptizata.

¶ Primo igiť de sacramento baptismi queriť. Utrū btā virgo fuerit baptizata? Et potes obijcere ꝙ nō: quia sapientis est nil frustra facere: sed frustra accipit medicinā qui nō indiget. Cum ergo dn̄a fuerit sanctificata ī vtero: et vt pie crediť a multis fuit ꝯcepta sine pctō originali: ḡ nō indigebat baptismo: ⁊ sic frustra accepit: qm̄ baptism⁹ est medicina cōtra originale instituta: ꝭm doc. ¶ Itē cū ipsa fuerit gr̄a plena: si baptizareť quid suscipet gr̄e: vnde videť ꝙ ficte accessisset cum rem sacri. id est. gr̄am aliquā nō suscepisset: nō ergo debuit baptizari: cum scriptū sit Sap̄. j. Spūssanctus discipline effugiet fictū. Item si baptizata esset deberet eccl'ia agere festū ei⁹ baptizationis: sicut eo ꝙ purificata est agit festū eius purificatiōis: cum tamsolēne festū scꝫ baptismatis vel factū multū fortius prestaret ad edificationē fideliū. Reliquiť ḡ ꝙ non fuerit baptizata.

Responsio

¶ In ꝯtrariū arguiť: q2 p̄ceptū de baptismo obligabat om̄es post sui ꝓmulgationē ad sui susceptionē: ergo ⁊ btām virginē. ¶ Item dn̄s Jesus q̄uis nō indigeret: baptizat⁹ fuit: ḡ ⁊ btā ꝟgo baptizari debuit q̄uis nō indigeret: ꝓpť illud Joā. iij. Amē amē dico vobis: nisi quis renatus fuerit ⁊c. et Mar. vlti. ca. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit saluus erit. Itē de apl'is supponiť ꝙ fuerūt baptizati ꝑ illud Joā. xiij. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: ḡ multo magis de btā virgine credendū est cū fuerit ꝑfectissima obseruatrix ꝯsilioꝝ et p̄ceptoꝝ ꝙ baptizata fuerit. Respōdeo ꝭm Alber. vbi supra. ꝙ ꝑfecto credendū est beatā virginē fuisse baptizatā: al's em̄ nō haberet characterē per quē distiguueretur a iudeis ⁊ gentibus: imo cum ipsa fuerit humillima nullū gradū humilitatis p̄termisit: et ideo baptizata est: nō solum baptismo christi sedetiā baptismo Joannis: vt sentire videť idem Alber. vbi. s̄. ca. lxxiiij.

Ad obiecta

¶ Ad primū obiectū ⁊ secūdū rn̄deť ꝭm eundē Alber. vbi. s̄. ca. lxxxj. ꝙ btā virgo nō frustra baptismū suscepit nec ficta fuit: q2 eo ꝙ habere debuit nō caruit sed abundauit peccati destitutione ⁊ fidei ꝑfectione que requirunť in accedente. Nec obstat ꝙ sine originali fuerit cōcepta vel ꝙ fuerit sanctificata plenissime qm̄ ꝭm Thomā in. iiij. dis. vj. ⁊ cōiť alios docto. quilibet teneť ad baptismū etiam sanctificatus in vtero ꝓpter tria. ¶ Primo ꝓpter acquirendū characterem quo annumereť in populo dei ⁊ quasi deputeť ad ꝑcipienda sacramēta diuina. ¶ Secūdo vt ꝑ baptismi perceptionē passioni christi etiā corpal'r ꝯformeť. ¶ Tertio ꝓpter bonū obedientie: q2 preceptū de baptismo oībus datū est vnde gr̄am acquisiuit: quia ꝑ baptismū suscepit beata virgo characteris impressionē: augmētationē meritoꝝ atqꝫ virtutū exercitationē ⁊ sic patet. ¶ Ad tertiū quare vicꝫ nō agať festum eius baptismi sicut festum purificationis. Una ratio esse potest. scꝫ q2 baptismus eius fuit celebratus in secreto: oblatio aūt in purificatiōe fuit in manifesto. Alia rō: q2 baptismus ꝑ se ⁊ principaliter datus est in remissionē peccatoꝝ: et ideo ne puteť ipsa habuisse peccatū a quo mundareť in baptimo: non debuit festū eius baptismi institui. Nec obstat ꝙ ecclesia baptismū domini solēnizat: qui tamē non habuit peccatū: quia ob hoc facit qm̄ sua baptizatio nostri baptismi fuit consecratio. Et sic patet.

Scd̄o de sacramēto cōfirmatōis queritur.

¶ Secūdo de cōfirmatione queriť. Utrū beata virgo fuerit confirmata. Et potes arguere ꝙ nō: quia dn̄s Jesus qui solus potuisset ei legem dedisse non legiť hoc sacramentū instituisse: ergo nec ipsa tenebať hoc sacramentū recipe. Item confirmatio est sacramentū ad hoc institutū: vt ꝑ manus impositionē a pontifice detur spūssanctus quo roboreť homo in pugna spirituali: vt dicit Rabanus et cōcorditer docto. alij. Sed beata virgo ad nullius manus impositionē spm̄sanctum recepisse legiť: nec robore spūs indiguit: qm̄ plenitudinē gr̄e habuit: ergo non videtur quare confirmari debuerit. Contra. Beata virgo fuit plene ⁊ ꝑfectissime christiana: sed hoc fit ꝑ sacramentū confirmationis vt homo inueniať plene christianus. Unde Rabanus. Om̄es inquit fideles per manus impositionē episcopoꝝ post baptismū debent accipere spm̄sanctū vt pleni inueniant christiani: ergo beata virgo cōfirmata fuit.

Responsio

Rn̄deť ergo ꝭm Alber. ca. lxxxj. ꝙ beata virgo fuit cōfirmata: licet nō sit in scriptura expressum. Nam confirmatio licet simpliciter non sit sacramentū necessitatis: eius tamē cōtemptus est dānabilis: vt volunt Richar. Bonauēn. Alexan. Tho. Petrus et Alber. in. iiij. dist. vij. Unde quia beata virgo fuit perfectissima obseruatrix consilioꝝ et preceptoꝝ: sequiť ꝙ confirmationē susceperit.

Ad obiecta

¶ Ad primū obiectū respōdeť ꝙ ꝭm Petrū Aureo. in suo compendio lib. vj. ca. iij. dominus Jesus ꝯfirmationē initiauit quādo manū paruulis imposuit et eis benedixit. ¶ Ad secundū respōdeť ꝭm Alber. vt supra. ꝙ in ꝯfirmatione recepit beata ꝟgo alterius characteris impressionē: ampliorē meritoꝝ augmentationē ⁊ ꝑfectionem: virtutū exercitationē ⁊ declarationem: ꝓpter quas gr̄as confirmationē non frustra suscepit.

Tertio q̄r de sacramēti eucharistie susceptione.

¶ Tertio de eucharistie acceptiōe queriť. Utrū beata virgo accepit eucharistiā. Et si obijciť ꝙ nō: quia non videť quid gratie in eucharistie acceptione accepit. Hoc em̄ sacramentū est institutū propter charitatis augmētū ⁊ in remissionē peccatoꝝ venialiū ac cautelā mortalium: et vt signū passionis christi rememoreť Lu. xxij. Hoc facite in meā cōmemorationē. Sed beata ꝟgo etiā absqꝫ hoc charitate plena fuit et remissione peccatoꝝ vel cautela mortaliū nō indiguit: q2 nunq̄ꝫ peccauit nec mortaliter potuit peccare: nec indiguit signo recordationis sensibili que semp christiformis fuit ꝭm sensum: et deiformis ꝭm intellectū: ergo eucharistiā accipere non debuit. Sed contra: quia hoc sacramentū est amoris: ergo ipm maxime debuit suscipere: q̄ fuit summa in amore.

Responsio

¶ Respondeť ꝙ beata virgo eucharistiā sepius accepisse comprobať tam ex auctoritate: q2 scriptū est Act'. j. Erāt ꝑseuerantes in oratione et cōmunicatione fractionis panis cum Maria matre Jesu: qđ accipiť de cōmunione eucharistie ꝭm glo. q̄ꝫ ex rōne quā ponit Alber. ca. lxxvij. super Missus est: q2 vicꝫ om̄es fideles tpe oportuno ⁊ ab ecclesia determinato teneť cōmunicare ex obligatiōe sententie saluatoris Joan. vj. Nisi manducaueritis carnem filij hominis nō habebitis vitam in vobis: ergo beata virgo si nō cōmunicasset scandalizasset: sed nō scandalizauit: ergo cōmunicauit. ¶ Ad id ī oppositū rn̄det Alexā. vbi s̄. ca. lxxxj. ꝙ de sacramento altaris recepit beata virgo dominice passionis specialē recordationē: deuotionis actualis exercitationē: ⁊ cōtra filij absentiā corpalem ⁊ visibilem: p̄sentie filij in hoc sacramēto cōsolationē.

De sacramēto penitētie.

¶ Quarto de sacramento penitētie queriť. Utrū beata virgo sacramentū penitētie aliquādo susceperit in vera cōtritiōe confessione ⁊ satisfactione? Et arguiť ꝙ non. Nam nunq̄ꝫ peccauit: ergo nunq̄ꝫ cōtrita fuit: sed sine cōtritione non est gr̄a per sacr̄m penitentie: ergo ipsa non recepit sacramentū penitentie ⁊ eius gr̄am. ¶ Item confessio ficta est sine ꝯtritione: ḡ cum in ea ꝯtritio locū nō habuit: nec cōfessa fuit. Item satisfactio sicut etiā ꝯtritio ⁊ confessio nō est nisi ꝯ peccato: cū ergo nunq̄ꝫ peccauit nunq̄ꝫ penituit. ¶ Contra. Confessio fuit in lege veteri ⁊ noua ꝯp̄catio. igiť oēs tenebanť et ꝑ ꝯsequēs etiā ipsa. Itē penitētia est prima virtus: vt dicit Glo. sup illo ꝟbo. Penitētiā agite. sed btā virgo habuit oēm gr̄am ⁊ virtutē: ḡ ⁊ penitentiā. et Itē btā virgo fecit ꝯfessionē opis seruando ꝯfessionē: et

Questio

offerendo oblationē statutā ꝓ peccatricib⁹ purificādis: vt patz Luc.ij. Ergo debuit facere etiā ꝯfessionē oris in noua lege. Rñdeo ſm Alber. vbi.ſ.c.lxxxj. ꝙ btā virgo suscepit grās oīm sacroꝝ: vel in seipsis vel eq̄pollēti excellenter. Vñ virtutē ⁊ sacrm̄ penitētie suscepit excellēti⁹ ꝗ̄ alijs viatorib⁹: q2 in alijs actus penitētie respicit pctm̄ qđ inest vel infuit. in virgine aūt bñdicta sine ꝑsentia vel precessione culpe fuit actus penitētie. Iste aūt actus penitentie est detestatio pcti siue nolle peccare. Beata igit̄ virgo habuit ꝓ ꝯtritione penitētiali innocētie ꝯseruationē et ꝑpetuū nolle peccare. Itē ꝓ ꝯfessione habuit grārūactionē: et ꝓ satisfactione operū superogationē. Et ꝑ

Questio

hoc solui possunt obiecta in ꝯtrariū. ¶ Sed circa hec adhuc remanet dubiū. Quid btā virgo cōfiteri potuit: cum nullius pcti ꝯscia fuit: que etiā veniale nō habuit? Rñdet Alber. vbi.ſ. ꝙ triplex est ꝯfessio. Vna accusatio pctōꝝ. Alia est recognitio incōgruitatis et ingratitudinis bñficioꝝ. Tertia confessio insufficiētie meritoꝝ. Et hec tertia solum fuit ꝓprie btē virginis ꝯfessio qua ꝯfitebat̄ deo ꝙ tantā grām recepit quā nunꝗ̄ cum condigno meruit vel oīs creatura mereri potuit: licet ipa de cōgruo merue-

Questio

rit. ¶ Itē adhuc q̄rit̄ q̄s fuit ei⁹ ꝯfessor? Et videt̄ ꝙ beatus Petrus: q2 ordo est inter ꝯfessores ⁊ cōfitētes. Cum ergo btā virgo fuerit summa: debuit ꝯfiteri sūmo ꝯfessori ⁊ dignissimo: hic aūt est papa: sed Petrus fuit papa: g̊ Petro est ꝯfessa. ¶ Sed ꝯtra. Superior ꝑlatus nō debet se intromittere de administratione sui inferioris: vtpote archieps̄ de his q̄ sunt sui suffraganei: nisi in determinat̄ casibus: vt patz extra de offi.iu.or.ca. postoralis: ⁊ ibi in glo. Ergo cū btā virgo esset specialiter beato Ioāni cōmissa: ab ipso debuit recipe sacrā. Cōcedendū est g̊ ꝙ btā virgo ꝑmisso modo ꝯfessionē fecerit btō Ioāni euāgel. suo ꝓprio cōfessori: ⁊ ab eo accepit sacrā post filij mortē. Hec Alber. vbi.ſ.

Quinto de sacri matrimonij.

¶ Quinto de sacramēto matrimonij questio locū nō habet: q2 ꝯstat ex euāgelio ꝙ ipsa fuit desponsata Ioseph ⁊ fuit verū matrimoniū: sicut patuit in li.j.pte.vj.ar.iij.ca.j. ¶ Sexto de extrema vnctione. Si queras. Vtrū eā btā virgo susceperit: breui verbo rñdet̄ ꝙ sic: tali rōne quā ponit Alber. vbi.ſ. q2 si quis totā legē seruauerit: offenderit autē in vno: factus est oīm reus Iaco.ij. Sed q2 extrema vnctio fuit de lege a dño instituta et ab eccīa cum legit̄ Mar. vj. ꝙ discipulos misit dñs circūire castella qui oleo vngerent infirmos vt sanarent̄: ergo btā ꝟgo tenebat̄ ad extremā vnctionē: ⁊ ꝑ ꝯsequēs eam suscepit. De hac re hic breuiter ꝑtranseo ne tediū ꝓlixitas generet. Latius aūt habes hanc questionē declaratā lib.x.pte.j.§.ij. q2 ꝑtinet ad materiā de morte ⁊ obitu Marie.

Sexto de sacramēto ordinis.

¶ Septimo de sacro ordinis si q̄ras. Rñdet̄ ſm Alber. vbi.ſ. ꝙ hoc solū sacrm̄ btā virgo nō recepit: nec eius characterē habet. Et hoc ideo: q2 congruit eam hoc nō recipe. Primo ꝓpt̄ status sui ꝯtrarietatē. Sacramentū eñ ordinis ſm exteriorem reputationē hominū quandā prefert dignitatē: interius autē ſm veritatē humilem ꝑtinet ad seruitutē. Vnde contrariū erat ⁊ opponebat̄ statui btē virginis q̄ interius summā corā deo habuit dignitatē: exterius ꝟo summā corā hoībus habuit humilitatē. Secūdo nō cōgruit recipe ꝓpter humilitatē et aliarū mulierū ꝯformitatē: qm̄ mulieres ab hoc sacramento excludunt̄ ꝓpter sexus indignitatē: maiorē peccā-

Questio

di fragilitatē: ⁊ ꝓpter eam que ex his sequunt̄ regiminis incōgruitatē. Sed forte obijciēdo dicas: ꝙ ex hoc sequitur ꝙ beata virgo non fuerit grā plena: q2 hac grā scz sacramenti ordinis caruit. ¶ Rñdet̄ ſm Alber. ibidē. ꝙ licet virgo beata hoc sacramentū non receperit: nihilominus tamē quicquid dignitatis vel grē in ipso sacramēto confert̄ de hoc plena fuit ⁊ supexcellenter habuit: vt patet inductiue. Nam in hoc sacramento confert̄ ministris ecclesie corona in signū beneficialis dignitatis: sed beata virgo habuit coronā dignitatis: nō tm̄ sup militantē: sed et sup totā triūphantē eccīam. Item supremus istoꝝ ministroꝝ ecclesie qui ordinant̄ est papa: q2 appellat̄ seru⁹ seruoꝝ dei. Ipsa aūt virgo benedicta est regina ⁊ domina pape ⁊ omniū angeloꝝ ac toti⁹ mūdi. Item in ministris istis est potestas delegata a deo vel subdelegata a vicario. In ipsa autē virgine beata est potestas celestis plenissima et perpetua ex auctoritate ordinaria. Itē in ministris ecclesie est executio ligandi atq̄ soluendi ꝑ vsum clauiū ⁊ misteriū. In ipsa aūt dominādi potestas ad ligādum ⁊ soluendū per imperiū. Deniq̄ ministri ecclesie habent potestatē: ⁊ papa plenitudinē potestatis tm̄ in vita ista et non in celo: nec in purgatorio: nec in inferno. Btā aūt ꝟgo habet ptātis plenitudinē in vita ista in celo: purgatorio: et inferno. Et sic patet. Vñ Berñ. Data est tibi potestas o Maria in celo ⁊ in terra: vt quicquid velis valeas efficere. Manifestū est ergo nil dignitatis ⁊ grē q̄ est in sacramētis deesse in virgine: sed eam hoc totū vel in se vel in equipollenti vel excellenti plenarie possedisse. Hec Alber. O igit̄ ꝟgo supbñdicta: o dña gloriosissima: o excellētissima femīa Maria dulcissima: q̄s mēte cōprehēdere: quis lingua sufficiat explicare tuas dignitates: grās ⁊ virtutes? Quis te digne q̄at laudare: si mille ora: si decē millia lingue vnicuiq̄ nostrū forent te laudando nō possemus sufficienter: ⁊ quantū ex equo debem⁹ collaudare. Hoc solum o pijssima virgo vnica spes nostra ⁊ ꝯsolatio cordis nostri dulcis dña te depcamur: hoc solum suppliciter exposcimus vt apud tuū dulcem natū: apud amantissimū Iesum quem nobis saluatorē edidisti: mereamur tuis precibus ineffabilis tue et eius glorie fieri participes. Amen.

¶ Articulus tertius de regulis sanctitatis quas singulas et oēs in summa perfectione obseruauit beata Maria q̄diu vixit.

De duodecī regulis sctītatis Marie

Tertiū mysteriū ꝓ hac parte declarandū dicit̄ regularis obseruationis. Nā si volumus agnoscere sanctitatē vite btē virginis: que nobis in exemplū imitandi ꝓponit̄: clarescit ex consideratiōe regularū obseruandarū que necessario requirunt̄ ad vite humane sanctitatē ſm sacre scripture et doctoꝝ catholicoꝝ rudimēta. Accipere aūt possumus ⁊ distinguere hic.xij. regulas sctitatis ⁊ diuidendo in quattuor ternarios ponere ſm ꝙ earū prime tres regule accipiunt̄ ex ꝟbis Dauid ps̄. Alie tres a Chrys. Alie quoq̄ tres supaddite accipiunt̄ a Berñ. Vltime ꝟo tres tradūtur a sanctis simul Grego. Berñ. ⁊ Richar. de sancto victo. vt patebit intuenti. Has quippe sanctitatis regulas summa perfectionis ꝑeminētia obseruauit benedicta virgo. His vita ei⁹ occupata tota extitit sanctitate plena ⁊ pro his atq̄ cum ipsis oībus in exemplū sanctitatis data corona stellarū duodecim: eius sacratissima vita extat gloriosa.

Capitulum.j.

Pro primo igitur ternario dixi ꝙ sanctus Dauid spūsancto dictante tradit tres ꝑcipuas regulas sanctitatis obseruādas fidelibus cū di. ps̄.xxxiij. Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos. Et pluribus verbis vnā sententiā complectens. Diuerte (inquit) a malo ⁊ fac bonū: inquire pacē ⁊ ꝑseq̄re eā. Ecce tres prime regule sanctitat̄ patēt.

¶ Prima regula consistit in mali declinatione.

¶ Secunda in arduoꝝ bonoꝝ exercitatione.

¶ Tertia in aduersoꝝ patienti tolceratione.

Prima regula sctītat̄ in pctōꝝ declinatione.

¶ Prima itaq̄ regula sanctitatis est in maloꝝ. id est. peccatorū declinatione. Vñ dicit̄ a Dauid. Declina a malo. Malū eñ culpe ⁊ peccati ꝯtrariat̄ beatitudini et felicitati sanctitatis ⁊ grē: ⁊ ideo simul inesse nō possunt. Hinc per Esa.c.j. clamat dñs. Quiescite agere ꝑuersa: discite benefacere. ¶ Ad id facit.j.q.j.ca. Dñs. vbi habet̄ ꝙ sanctitas innocētie tm̄ bonis ꝯuenit: qm̄ vt habet̄.xxiij.q.iiij. quātus. Mali sunt zizania: boni aūt sunt triticū: g̊ ꝑ sententiā datā a saluatore Matth.xiij. Alligate inquit zizania ad cōburendū: triticū aūt cōgregate in horrea mea: sequit̄ ꝙ malus non potest q̄diu malus est esse sanctus et saluādus: sed damnādus. Quāobrē Aristo.j. Ethico. Felix inquit est qui sine vituperio mali est. Et.vij. Ethico. ait. Homines dij participatiue dicunt̄ ꝓpter virtutis excellentiā: homo ꝟo prauus peior et crudelior est omni bestia. Hec ille. Vnde qui vult sanctus esse ⁊ felix: hoc primū requirit̄: vt declinet a malo ⁊ agat penitentiā de peccato. Iuxta illā saluatoris primā ꝑdicationē Matth.iiij. Penitentiam agite appropinquabit regnum celorum.

¶ Primā hanc regulam benedicta virgo excellentissime obseruauit: quia nunq̄ in tota vita sua peccauit: etiā venialiter: ꝑ Aug. et Bern̄. ꝛ ꝑsuadeẗ ꝑ rationē ƀm Alber. sup Missus est. ca. clxxvij. talem. q2 nullū etiam veniale vel originale pctm̄ est grā: ergo vbi aliqd de pctō est: ibi aliquid vacuum de grā est. Cum ergo beata virgo fuerit grā plena: teste angelo Luc. j. ergo nil de pctō fuit in ea.

Secūda i arduorū opatione.

¶ Secūda sanctitatis regula est in arduoꝝ operatione. Unde subdit Dauid. Et fac inquit bonū: qm̄ vt dicit Grego. in homel. de cōfessoribus. Minus est malum nō agere: nisi etiam quisq3 studeat et bonis operibus insudare. ¶ Scdam hanc regulā obseruauit benedicta virgo Maria in summo: quia totam vitā suam expendit in ope bo. Ut em̄ de ea scribunt ꝯcorditer Epiphanius: Germanus ꝛ ignacius atq3 Hierony. in epistola ad Cromaciū et Heliudiū. Hanc regulam virgo beata in tota sua vita sibi statuerat: vt hora matutina quotidie surgeret: et vsq3 ad mane cōtinue atq3 incessanter oraret. Ab aurora cogitabat de filio suo om̄ia mysteria sc3 cōceptionis: natiuitatis: baptismi: ieiunij: passionis: sepulture: resurrectionis: ascensionis ꝛc̄. ꝛ grās agebat deo de tam pia liberatione humani generis. Illucescente die vsq3 ad tertiā: loca mysterioꝝ christi ꝓpe hierusalē existētia vel intra deuotione sedula actu visitabat. A tertia ṽo vsq3 ad horā nonam textrino operi se occupabat. Ferẗ Uienē esse vnus cingulus quē dicit̃ ipa texuisse: ꝛ qui eum viderūt narrāt nunq̄ illo pulchriorē videri potuisse. Item a nona ab oratione nō recedebat q̄usq3 illi angelus appareret et escā afferret quē solebat de manu eius accipere cum grārū actōe. Nec mirū hoc: qm̄ si filios israel deus pauit manna. xl. annis in deserto angelicis manib⁹ ꝑparato: et Heliā ascendentem in monte Oreb: quanto magis illud credendū est de virgine matre. Esca igit̃ quā virgo de manu angeli accipiebat ipsa reficiebat: que ṽo a pōtificib⁹ accipiebat pauperibus erogabat: sed ꝛ quicquid labore manuū acquirebat pauperibus distribuebat. Sedulius quoq3 dicit ꝙ iuxta lectuli ei⁹ caput erat vna sedes: vbi libri sancti stabāt quibus somnū interrūpens sepe sepius legebat. Erat ibidē ꝛ oratoriū vbi iugiter orationi ꝛ contēplationi insistebat. Unde patet q2 nullū fuit tempus: nulla hora q̄n vtiliter in dei seruitio ꝛ merito acq̄rendo nō foret occupata.

Tertia i aduersarioꝝ patientia.

¶ Tertia regula sanctitatis est in aduersoꝝ patienti tolleratione. Ideo Dauid Inq̄re inq̄t pacē. Nimirū patiētia opus ꝑfectum habet. Jacobi. j. Grego. Sanctoꝝ inquit vita in aduersis tolerandis agnoscit̃: dicente saluatore. In patientia vestra possidebitis aīas vestras. Luce. xxj. ¶ Istam regulā beata virgo in summo seruauit: qm̄ eius patientia inuincibilis fuit ab om̄i malo. Et quis cogitare sufficiat quantū dolorē patiētissime sustinuit cū filium suum pati vidit: cuius doloris gladius animā eius pertransiuit. Nullum vel minimū verbū impatiētie in ea reperit̃: que tamē vnica oratiōe crucifixores sui nati si libuisset occidi a deo meruisset. Si quippe Helias vno verbo meruit vt descendat ignis de celo et ꝯsumat quinquagenariū principem ꝛ quinquaginta qui cum eo erāt: multo fortius id efficere potuisset dei mater. Sed quid: ꝑlege euangelicā historiā ꝛ certe non inuenies eam de passione sui vnici reclamantē: non vindictā exorantē: nō vel minimo verbo contradicentē. O felicissima patientia Marie et eius filij domini Jesu qua vita data est mundo. O peccator stude imitari eorum pietatē: mititatem: patientiā et mansuetudinem.

Capitulum. ij.

Accipiamus secundū ternariū in q̄ ponunẗ alie tres regule sanctitatis ƀm Chryƀ. dicentē sup Matth. Tria sunt inquit potissima que sanctificant homines sc3 cordis mūdicia: bonorum operū affinentia: factoꝝ vic3 intētione recta: ꝛ spūssancti presentia. Ut igit̃ ad ꝑmissa tria cōtinuemus.

Quarta regula i sancta affectione et cogitatione

¶ Quarta regula sanctitatis ꝯsistit in mūda ꝛ sancta affectione cordis atq3 cogitatione: vt sc3 ad nil terrenū: nil carnale afficiatur cor vbi maculeẗ eoꝝ amore. Hinc per Esaiā dominus clamat caplo. j. Lauamini mundi estote: auferte malū cogitationū vestrarū ab oculis meis. Et saluator mūdo cordevisionē dei repromittit dicens Matth. v. Beati mundo corde: quoniā ipsi deum videbunt. Et ratio hui⁹ regule elicitur ab Augustino sup canonica Joan. cap. j. dicente. Talis est vnusquisq3 qualia amat: si terrā diligis terra es: si celum diligis celū es: si deum diligis non ego tibi dico: q2 deus es: sed audi Ps̄. dicentē. Ego dixi dij estis ꝛc̄. Hec ille. Hanc regulā quanta diligentia obseruauerit virgo benedicta claret ex verbis Ambro. lib. de virginitate dicentis. Quid inquit nobilius matre dei: quid splendidius ea quā elegit splendor eternus: quid castius ea que christū sine cōtagione generauit: virgo erat nō solum corpore: sed et mente: que nullo doli ambitu syncerū vulneraret affectū. Et iterū. Cogitationes inquit bonas virgo semp comites habebat: corde erat humilis: verbo grauis: animo prudens: loquēdi parcior: legendi studiosior: intenta operi: verecūda sermōe: deū solū solita querere ꝛ pleno corde diligere ꝛc̄. Deniq3 hoc idem claret ex verbis Ans. dicentis: ꝙ ipsa tanta puritate nitebat qua maior sub deo nequit intelligi.

Quinta regula i recta intentione.

¶ Quinta regula sanctitatis est in recta et sancta intentione qua homo regulat̃ in om̄i bono operatiōe. Nam vt dicit saluator Matth. vj. Lucerna corpis tui est oculus tuus: si oculus tuus simplex fuerit non habens aliquam partem tenebrarū: erit corpus tuū lucidū totū. Si ṽo oculus. sc3 intētionis nequā fuerit: totū corpus tuū. id est. totum opus tenebrosum erit. Huic cōcordant iuxta. xlj. dis. Quisqs. Et. xxij. q. v. Cum minister: vbi habeẗ: ꝙ intentio finē operi imponit. Intentionē em̄ respicit deus plusq̄ actus. v. q. v. Si sacerdotibus ꝛc̄. Et huic ꝯcordat verbū Philosophi ij. Topic. vbi dicit. Cuius finis bonus ipsum q̄3 bonū: et cui⁹ finis malus ipm̄ q̄3 malū: ꝓpterea Apls hortat̃ di. Om̄ia in laudem dei faciatis. Hanc regulā virgo beata summope obseruauit vt in om̄ibus nō nisi dei honorē quereret ꝛ intēderet vt di... testat̃ Ambro. li. ƺ virginitate.

Sexta i spūssancti influitione.

¶ Sexta regula sanctitatis est in grē spūssancti influitione. Sine nāq3 grā spūssancti nō habet homo sanctificari teste Aplo. ij. Cor. iij. Nō ꝙ sufficiētes simus aliqd cogitare a nobis: tanq̄ ex nobis: sed om̄is sufficientia nostra ex deo est. Nimirū vt habeẗ de ꝯsecra. dist. iiij. Placuit. Sine grā dei nec mādata eius impleri possunt. Et di. xl. Quelibet. dicit̃ ꝙ sine grā dei quantūlibet occulta loca animā saluare nō possunt: q2 et de paradiso hō et de celo angelus peccando cecidit. Hec ibi. Qui vult ergo sanct⁹ esse studeat in hac vita dei grām sollicite querere ꝛ ꝯseruare. Hanc regulā summa ꝓeminētia in sua tota vita seruauit beata virgo: q2 grā plena fuit.

Capitulum. iij.

Tertiū ternariū regularū ꝓducamus: in quo super addunẗ tres alie regule sanctitatis ƀm deuotū Bern̄. quarū prima ꝛ in ordine ad ꝑmissa

Septima i sobrietatis obseruatione.

¶ Septima regula sanctitatꝫ est in sobrij vict⁹ obseruatione. Nam vt habeẗ de ꝯsecra. dist. v. ca. Ne tales. Gula nil celeste ꝑmittit homini cogitare. Propterea saluator Lu. xxj. dicit. Attēdite vobis ne forte grauētur corda vr̄a crapula ꝛ ebrietate. Hinc et Petrus. j. Canon. ca. v. clamat di. Frates sobrij estote ꝛ vigilate: q2 aduersarius vester diabolus ꝛc̄. Hanc certe regulā sobrietatis obseruauit beata virgo in om̄ibus temperatissime se habendo: vt testat̃ Ambro. li. de virginitate dicēs sic. Quid exequar ciboꝝ parsimoniā: officioꝝ redundantiā: alterū vltra naturā supfuisse sc3 in Maria: alterū ipsi pene naturē defuisse: illic nulla intermissa tp̄a: hic cōtinuata ieiunio dies: etsi quādo successisset reficiēdi volūtas: cib⁹ plerūq3 obuius fuit qui mortē arceret: non qui delitias ministraret. Dormire illi nō prius cupiditas q̄ necessitas fuit: ꝛ tamē cum quiesceret corpus: vigilabat animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetit aut somno interrupto cōtinuat: aut disposita gerit: aut gerēda ꝓnūciat. Hec Ambro. Ecce quāta sobrietas Marie.

Octaua i charitatis affectione.

¶ Octaua regula sanctitatis est in charitatis affectione. Charitas em̄ est sine qua nec fides: nec iusticia: nec bona opa valent ad salutē vt patꝫ. xxiiij. q. j. vbi. ꝛ ca. Odi. ꝛ ca. sequēti. ꝛ de pe. dist. v. §. Item hec est charitas. Uñ aplus. j. Cor. xiij. Si linguis hominū loquar ꝛ angeloꝝ charitatē autē nō habeam: factus sum velut es sonans. Propterea Bern̄. super Cātica. ser. xxviij. dicit. Quātitas sanctitatis vic3 cuiusq3

anime mensurat̄ ad mensurā charitatꝫ quā habet: vt que
multū habet charitatis magna: que parū parua: que nil
nihil sit. Hāc regulā benedicta virgo in summo seruauit:
quia summe deū dilexit: ⁊ ꝓximū propter deū: vt patebit
infra cum de eius charitate aget̄: ergo summe sanctissima
fuit. ¶ Nona regula sanctitatis est in humilitatis funda-
tione: iuxta illud Luc. xvij. Cum feceritis oīa que p̄ce-
pta sunt vobis dicite: serui inutiles sumus. Et iterum ca.
xviij. Qui se humiliat exaltabit̄. Hugo de hūilitate. Ille
maior in celo qui humilior in mundo. Beata virgo sum-
me humilis fuit: ꝓpter qđ ⁊ summe deo placuit: vt mr̄ fie-
ret dei: ipsa teste Luc. j. Respexit humilitatē ancil. sue.

Nona in humilitatꝫ fundatione.

Capitulum. iiij.

Decima i ꝓximorū edificatione.

ACcipe vltimū ternariū regularū sanctitatꝫ ꝭm
Richar. Bern̄. Grego. atq; alios sctōs docto-
res: quarū prima ⁊ in ordine ad p̄dicta. ¶ De-
cima regula est in ꝓximoꝝ edificatiōe. Rich.
Oportet (inquit) hoīem sctm̄ etiā ad eos qui foris sunt
debite esse ordinatū vt iuxta dictū apl̄i ꝓuideam⁹ bona
nō solum corā deo sed etiā coram hoibus. Rom̄. xij. scꝫ
habentes edificatoriā ꝯuersationē. Nam vt habet̄. v. q.
vij. §. Paulus. Parū est in se a fide nō exorbitare et alios
exemplo vel verbo eijcere. Et iterū. xj. q. iij. p̄cipue dicit.
Greg. Tot mortibus digni sunt p̄lati: etiāsi ꝑuersa nunq̄
perpetrant: quot ad subditos prauitatis exempla trans-
mittūt. Hinc Aristo. v. Ethi. dicit. Optimus est qui non
solū ad se vtit̄ virtute: sed etiā ad alios. Pessimus aūt est
qui nō solū vtit̄ malicia ad se: sed etiaꝫ ad alios. Hec ille.
¶ Benedicta virgo nunq̄ aliquē scādalizauit: qr vt dicit
Ambro. li. de virginitate. Nil inquit toruū in oculis Ma-
rie: nil procax in verbis: nil in actu verecundū nō gestus
fractior: nō ingressus solutior: nō vox petulātior: vt ipsa
corporis species simulacrū fuerit mentis ⁊ figura ꝓbita-
tis. Item Hiero. in ep̄la ad Cromaciū et Heliudiū dicit.
Hanc irascentē nullus vidit: hanc maledicentē nullus au
diuit: oīs actus ⁊ oīs sermo eius ita erat gr̄a plenus:
vt cognosceret̄ in eius lingua deus. Deniq; ipsa ꝓximos
edificauit ⁊ eis ꝓfuit informatiōe boni: qr vt dicit Hiero.
vbi. s̄. sollicita erat Maria circa socias suas: ne aliqua ex
eis in aliquo sermone peccasset: ne aliqua iniuriosa aut su
perba circa parem suā existeret sine intermissione benedi
cebat deum. Et ne forte in salutatione sua a laudibus dei
tolleret̄: siq̄s eam salutabat: illa ꝑ salute deo gr̄as respō-
debat. Ab ipsa nempe primū ꝓcessit: vt dum salutant̄ ho-
mines sancti: deo gr̄as dicant. Quotidie videbant̄ ange
li loqui ei ⁊ quasi charissimi obtēperabant ei. Hec Hiero.
Preterea eius vita inclyta cunctas illustrat ecclesias. scꝫ
exemplo edificationis: vt canit ecclesia. ¶ Undecima re
gula sctitatis est in oīm virtutū decoratione. Vn̄ Bern̄.
Quantūlibet te affligas: quantūlibet te crucies non da-
bit tibi copiam dn̄s sui virtutū: nisi fueris virtutib⁹ ad or
natus. Hec ille. Hinc apl̄s. j. Cor. iiij. Nō in sermone est
regnū dei: sed in virtute: nec sufficit vnam tm̄ habere vir-
tutū: sed oēs vt oīa vicia impugnent̄. Sicut eñ mi-
les mundi non est expeditus nisi oīa arma habeat. Ita
nec miles christi si aliqua virtus sibi defuerit. Vn̄ Grego.
xij. lib. moral̄. Una inquit virtus sine alijs: aut oīno nul-
la est aut imꝑfecta. Et Tullius in scđo de tusculanis que-
stionibus dicit. Si vnā virtutē confessus es te nō habere
nullā necesse est te habiturū. Hec ille. Benedicta ꝟgo su-
per oēs excellentissime oībus virtutibus pollebat: vt
ostendet̄ parte. ij. huius libri: ergo ipsa sanctissima erat.
Hiero. Si diligenter attendas: nil est virtutis: nil splen-
doris: nil gr̄e: nil candoris quod nō splendeat in Maria.
¶ Duodecima regula sanctitatis in finali perseueratiōe.
q̄nia vt dicit Greg. j. li. moral̄. Incassum bonū opus agi
tur si ante finem vite deseret̄: nō eñ qui incipit: sed q̄ per-
seuerauerit hic saluus erit Matth. xviij. Unde Bern̄. in
ep̄la. cxxviij. dicit. Sola est ꝑseuerantia cui eternū ꝓmit-
titur premiū sine qua nemo videbit deum. Benedicta vir
go Maria inflexibiliter vsq; ad mortē adhesit bono ⁊ ꝑ-
seuerauit in plenitudine gr̄e: ergo claret q̄ ipsa sanctissi-
ma fuerit. O itaq; fidelis anima stude imitari Mariam si
vis sanctificari: si vis cōregnare ei: ne dimittas legē vite
eius vt addat̄ gr̄a tuo capiti. Pro simpliciū aūt ⁊ ruraliū

Undecia regula sctitatꝫ in oīm virtutū decoratione.

Duodecima in finali ꝑseueratione.

auditoꝝ informatione ⁊ edificatione libeat finaliter po-
ni hic vnū exēplū qđ partim accipio ex li. qui dicit̄. Spe-
culum virginis Marie: partim ꝟo ex Promptuario disci
puli: exemplo. xxij. in hoc oꝑe cōbinatū. Miraculum.

Miraculum

¶ Erat nāq; quidā deuota ꝑsona que deuotione sedula
orabat virginē Mariā vt sibi reuelaret qualiter ipsa in vi
ta sua deum orabat. ⁊ illi placere studebat: atq; gr̄aꝫ sum-
mā coram deo acquirebat: quatin⁹ imitādo eam merere-
tur ⁊ ipsa beate virgini conformata gr̄am magnā vtcūq;
corā deo inuenire. Quadā ergo vice beata virgo sibi ap-
parēs reuelauit dicens. Cum inquit essem adhuc in tene-
ra etate surgebā in noctis medio et in templo ꝓcūbens:
ista orabam. ¶ Primo vt omnipotens deus daret mihi
gr̄am q̄ eius p̄cepta per oīa implere possim ⁊ in oībus
eius voluntatē facere atq; amare oīa que ipse amat et
odire oīa que odit. ¶ Secundo petebam q̄ deum sup
oīa diligerē ⁊ proximū ꝭm suam voluntatē amarē: sciebā
eñ q̄ ab amore eius oīs gr̄a descenderet: nec aliq̄ vir-
tus sine eius dilectiōe inesse posset. ¶ Tertio petebā hu-
militatē: patientiā: benignitatē: castitatem ⁊ oēs virtu-
tes vt sibi placere magis possem. ¶ Quarto petebam vt
mererer videre tempus in quo virgo filiū dei ꝓ generis
humani redemptione nasciturū parere deberet ⁊ portare
vt possem ei seruire ac christū verū filiū dei in gremio ei⁹
adorare. Hoc intellige ante christi incarnationē ex ea fa-
ctam: quia ꝓpter humilitatē nimiā ipsa beata Maria nō
reputabat se esse dignā ad id vt ipsa foret illa dei genitrix
virgo. Postea aūt q̄ christū pepit id nō petiuit sed gr̄as
egit: quia ipsa mater dei fieri meruit: qui ꝑ passionē mun-
dum redemit. ¶ Insuꝑ petebam inquit vt vniuersuꝫ po-
pulum ad suū seruitiū cūseruaret. Et addidit q̄ oēm gra-
tiam ⁊ virtutē excepta gr̄a sanctificationis nō sine inquit
labore acquisiui: sed cōtinua oratiōe ⁊ ardenti desiderio:
profunda humilitate ⁊ deuotione: multisq; lachrymis ac
multa corpis afflictione perfecte possedi. O igit̄ deuota
aīa stude p̄missis modis ⁊ tu deum exorare si vis in gr̄a
ꝓficere: p̄ter id solū q̄ ꝑ eius quarta petione stude gr̄as
deo agere ⁊ orare: vt ipsam virginē benedictā in celo va-
leas cum filio eius gloriosa visione intueri. Itē paupcu-
la quedā ambas suas filias in obsequiū ⁊ imitationē bea-
te virginis in his p̄tactis et alijs deuotionib⁹ similib⁹ ab
infantia diligēter tradidit: ⁊ corā altari btē virginis eas
ducens recōmēdauit dicens. O dn̄a has duas filias me-
as mūdas ⁊ te imitantes offero: tu sis earū mater ⁊ cōser
uatrix: quarū etiā manus manibus imaginis beate virgi
nis cōiunxit in argumentū deuotionis. Quibus mox do
mū remeantib⁹: ecce iuuenis splendido vultu ⁊ habitu ap
paruit pre foribus et centū libras eis dedit quibus suam
paupertatē ꝓ quotidiano victu subleuarēt. Ecōtra emu-
li vicini concitati cōtra eas famare ceperūt q̄ essent mali
et amasiarū meretricio victitarēt. Ille se recōmendaue-
runt beate virgini: vt tanq̄ pia mater eis in ista infamia
subueniret. Unde in quadā solēnitate beate Marie in p̄-
sentia omniū in eccl̄ia angelus christi descendit de celo: ⁊
serta floꝝ eis dedit di. Hec serta mater vestra beata ꝟgo
Maria in argumentū vestre virginitatis trāsmisit: et sic
ab infamia liberate sunt. Insuꝑ princeps illi⁹ terre et oīs
populus miraculo stupefacti duo monasteria sanctimo-
naliū cōstruxerūt in honore btē Marie ⁊ magnifice do-
tauerunt: ⁊ easdem duas sorores illis monasterijs duob⁹
prefecerūt: vbi multe virgines degentes ⁊ vitam Marie
beate imitātes ac deuotionē: ad celestia regna felicit̄ mi-
grarunt. Ecce igit̄ q̄ pium ⁊ sanctū est imitari beatā vir-
ginē in castitate ⁊ orōne deuota: vt in eisdē sanctis operi-
bus ꝓficias q̄bus ipsa ꝓfecit: in eis virtutibus deo place-
as ⁊ sine fine cum ipsa in celo gaudeas Amen.

Aliud miraculum.

¶ Pars secūda libri septimi de virtutū p̄celsitudine qua
beata Maria prefulsit super oēs creaturas in oīi per-
fectione actionis et cōtemplationis.

MUlte filie cōgregauerūt di-
uitias: tu supgressa es vniuersas Prouer. vl.
ca. Quib⁹ in verbis benedicta virgo Maria
dei mater dignissima cōmendat̄. ¶ Primo quidē a diui-
tiarū spūalium opulētia: quas diuitias multe filie. id est.

sancte anime cōgregauerūt. Sunt nāq3 diuitie quedā tē-
porales que danť bonis et malis. Bonis ad sustentatio-
nem ⁊ meritoꝝ cumulationē per earū pro christo eroga-
tionē: vt dicit Ambro. Malis ꝟo ad remunerationē. Iu-
xta illud Matth. vj. Receperunt mercedē suam. Alie ꝟo
sunt diuitie spūales que sunt dona ⁊ virtutes: gratia ⁊ bo
noꝝ operum merita ac gloria: que possessores suos vere
faciunt diuites. Gregorius. Si diuitias amatis ⁊ vere fra
tres diuites esse cupitis: veras diuitias amate. Primas
sancti cōtemnūt diuitias sc3 tꝑales. Secūdas ꝟo cōgre-
gare toto conamine satagunt: de q̄bus verba p̄assumpta
dicunt. Multe filie cōgregauerūt diuitias quas ⁊ benedi-
cta Maria studio ꝯtinuo in vita cōgregauit. ¶ Secūdo
quoq3 cōmendať a singulari excellētia: cum subiť. Tu su-
pergressa es vniuersas. Vere ipsa virgo beatissima super-
gressa est vniuersas donis ⁊ virtutibus: dignitate: meritꝭ:
gr̄a ⁊ gloria: vtpote regina ⁊ dn̄a oīm angeloꝝ et hoīm:
mater gr̄e ⁊ misc̄die virgo virginum: in quā teste angelo
Luc. j. Spūssanctus supuenit. i. p̄ alijs venit: ⁊ virtus al-
tissimi eam totā obumbrauit. Locuturi itaq3 ad presens
de excellentia meritoꝝ et virtutum beate Marie quas in
vita summa perfectionis altitudine habuit tria mysteria
declarabimus.

¶ Primū de excellentia externe actionis.
¶ Secundū de excellentia interne contēplationis.
¶ Tertiū de excellellentia virtuose perfectionis.

¶ Articulus primus de excellellentia meritorie oꝑatio-
nis externe: siue vite actiue beate virginis Marie.



Circa primum de vita actiua
Marie et excellentia operationis eius externe
queriť. Utrū benedicta virgo Maria precellat
omniū alioꝝ sanctoꝝ merita in oꝑatione externa siue vi-
ta actiua. ¶ Nam argui pōt ꝙ nō: q2 ipsa fuit ꝯtemplati-
oni diuine totaliter dedita: Iuxta illud q̄d de ea caniť ab
ecclesia Maria optimā partē elegit. id est. vitā ꝯtempla-
tiuā: que non aufereť ab ea in eternū: g̃ vel pauca vel nul
la potuit facere opera exteriora: cū illa impedire habeāt
quietitudinē mentis. Et intellectus ad interiora se ꝯuer-
uertens: cum totaliter se cōuertit quocūq3 diuertit: vt di-
ciť. iij. de aīa: nō potuit ad exteriora opera intendere: et
per ꝯsequēs minoris est meriti respectu eorū sanctoꝝ qui
arduissima exercitia corꝑalia leguntur fecisse. Itē merces ⁊
meritū debeť labori: ꝭm illud apl̄i. j. Coꝝ. iij. Unusquisq3
ꝓpriā mercedē accipiet ꝭm laborē suū. Ex quo sequiť ꝙ
quāto quis laboriosius ⁊ magis arduū opus facit: tanto
magis est meritoriū: sed comperiunť multi fuisse sancti q̄
oꝑati sunt in vita miranda ⁊ arduissima opera ac laborio-
sissima: vt verbi gr̄a sctūs Paulinus ep̄s fecit tale maxi-
mū opus ꝙ seip̄m vendidit pro filio cuiusdā vidue in ser-
uitute: ꝑut testať Hiero. li. de viris illustribus. Itē sctūs
Franciscus vlcerosas plagas leprosoꝝ osculabať ⁊ saniē
educens ⁊ extergens eis multimode deseruiebat. Sed et
btā Elisabeth silia faciebat ⁊ ꝓprio velo capitis exterge-
bat: ad secessum debiles debilior in vlnis ducebat. Item
sctūs Ioānes baptista nunq̄3 carnes comedit aut pisces;
nec vinū aut sicerā bibit: in deserto vitā austerissimā per
omnē modū duxit: adeo ꝙ nec panē māducasse legiť: sed
mel siluestre ⁊ locustas tm̄. Cōsimilia plura maxima legū-
tur facta a sanctis: cum tale quid non cōperiať de btā vir-
gine scriptū: non videť quō eius actionis vel vite actiue
meritū p̄cellat alioꝝ sanctoꝝ merita. Sicut igiť alij pre-
cellere videnť in operibus misc̄dic ⁊ vite austeritate btām
Mariā: ita ⁊ in merito oꝑationis. ¶ Sed ꝯtra est q̄d di-
cit Damascenus: q2 ipsa a nullo illustriū superať vel vin-
citur: si ergo vinceret in merito vinceret et in premio: q2
vt dicit Isido. li. de summo bono ⁊ cōmuniter docto. me-
ritum correspōdet premio. Respondeť igiť ponendo cō-
clusionē: ꝙ btā virgo Maria excellit omniū sanctoꝝ me-
rita in operatione boni ⁊ actiua vita. Et hoc ostendiť ꝭm
Alber. sup Missus est. c. lxxxviij. quadrupliciter. ¶ Pri-
mo ex rōne mundiciej quia tanto opera bona sunt magis
meritoria ⁊ deo acceptiora: quāto sunt ab inquinamento
peccati elongata ⁊ munda. Unde Ps̄. Scd̄m puritatem
manuū mearū. id est. operationū bonarū: retribuet mihi

Maria excellit oīm sctōrū merita in actiua vita.

Responsio

Primo

et itreū. Ambulans in via immaculata hic mihi ministra
bat. Quo contra per Esaiā. c. j. dn̄s dicit ad malos. Non
accipiā inquit de manu vestra sacrificiū: manus em̄ vestre
plene sunt sanguine. id est. peccato. Sed q2 ipsa sola vir-
go btā fuit inter viatores que nunq̄3 sua opera vel veni-
ali peccato inquinauit: q2 nunq̄3 peccauit etiā venialiter.
Unde Augusti. Excepta hac virgine de qua propter ho-
norem domini cum de peccatis agitur nullā volo haberi
questionē. Si om̄es sancti et sancte cōuenirent: dicerēt: si
dixerimus q2 pctm̄ non habemus: nosmetipsos seducim⁹
et veritas in nobis nō est. Hec ille. Ergo ipsa plus meru-
it in oꝑatione. ¶ Secūdo ostendiť rōne charitatis ⁊ gr̄e
quoniā quāto opus ꝓcedit ex maiori charitate ⁊ plenitu-
dine gr̄e: tāto est mag3 meritoriū: q2 plus placet deo af-
fectus offerētis q̄3 munus: vt dicit Grego: ⁊ pt3. iij. q. vij.
In grauib⁹: et. xxiiij. q. j. Odi. Propterea apl̄s. ij. Coꝝ.
ix. Hilarem datorē diligit deus: et Aristo. j. Ethi. Deus
non est remunerator nominū sed aduerbioꝝ. Sed beata
virgo sup om̄es plena fuit gr̄a: ⁊ ex maiori charitate oꝑe-
rata est: ergo plus oībus meruit. ¶ Tertio ostendiť rō-
ne efficacie: nam ipsa summū bonum fecit in eo ꝙ deū ge-
nuit qui om̄ia regenerauit: tantū effectū protulit boni de
se ꝙ nullus actus vel effectus alicuius pure creature illi
vel dignitate vel vtilitate poterit coequari. ¶ Quarto
ostendiť ex operibus misericordie in quib⁹ potissime cō-
sistit vita actiua: ⁊ de quibus domin⁹ in iudicio discepta-
bit: vt patet Matth. xxv. Illa em̄ opera exercuit btā vir-
go circa christū: qm̄ eum peregrinū suscepit hospitio vir-
ginalis vteri: eum esurientē paruulū pauit: et sitientē suo
lacte potauit: nudū pānis inuoluit: ⁊ tunica facta vestiuit
eum infirmū visitauit: cum deficiēti in cruce affuit: et cum
tanq̄3 pia mater in cunabulis positū membris infantilib⁹
existentē fouit: balneauit: ⁊ pluribus seruitijs ei deseruiēs
frequētauit: cum quoq3 captū ⁊ morti adiudicatū nō de-
seruit: sed et morientē sepeliuit. Alij aūt etsi opera miseri-
cordie exhibuerūt: nō tamē christo in ꝓpria persona sed
in mēbris ei⁹: ⁊ ideo ipsa p̄cellit. Itē ista oꝑa exercuit btā
virgo in sūmo sup oēs viatores: q2 operū misc̄die alterū
altero est mai⁹ ⁊ excellētius q̄nq3 modis. ¶ Primo si fit
ex maiori charitate. Scd̄o si fit mag3 indigēti. ¶ Tertio
si fit mag3 digno indigēti. ¶ Quarto si fit cū maiori effe-
ctu impenso. ¶ Quinto si fit ex magis necessario et min⁹
suꝑfluo. Hec om̄ia fuerūt in btā virgine in summo. Cha-
ritas em̄ eius p̄cellit oīm creaturarū charitatē: ex q̄ sum-
ma charitate ista oꝑa circa christū exhibuit. Itē maxime
indigenti tribuit: q2 nemo inter viatores pauperior Iesu
fuit: iuxta illud Mat. viij. Uulpes foueas habent ⁊ volu-
cres celi nidos: fili⁹ aūt homis nō habet vbi reclinet ca-
put. Item dignissimo pauperi tribuit: q2 nemo dignior
mendicus fuit q̄3 mendicus deus. Magnum quippe esset
opus misericordie q̄d fieret pauperi rustico mai⁹ q̄d fie-
ret pauperi clerico vel religioso: adhuc maius q̄d fieret
pauperi ep̄o: ⁊ summū q̄d fieret pape mendico: ergo im-
proportionabiliter summū opus misc̄die fuit q̄d fiebat a
ꝟgine gl̄iosa pauꝑrimo deo. Itē maximū effectū misc̄die
impendit cum se totā pauꝑrimo christo in seruitutē tra-
didit: ⁊ cum nobis miseris ⁊ captiuis mendicis deum filiū
suū ipsum dedit in redemptionē: et cum ipso dedit nobis
regnū celoꝝ ⁊ om̄e bonū. Item de nō superfluo sed oīno
necessario opus misc̄die exercuit circa pauꝑrimū deum:
q2 de ꝓprio sanguine ⁊ purissima ꝓpria carne ei tunicā in
incarnatione ministrauit: ⁊ in suo vtero de purissimo suo
sanguine eum aluit: atq3 de ꝓprio lacte cibauit eum natū
et lactauit. Hec Alber. ¶ Ad ea ergo que in contrarium
obijciunť respōdetur ad primū: ꝙ hoc speciali p̄rogatiua
fuit miraculose in benedicta virgine ꝙ ipsa in summa cō-
templatione esset cōtinue: ⁊ tamē ab eterno bono oꝑe et
seruitio christi nō impediret: sed sil' vtrūq3 agere posset.
Propterea de ea ecclesia legit illud euangeliū. Intrauit
Iesus in quoddā castellū. Per q̄d figurať introitus chri-
sti in vterū virginalē. Et mulier quedā nomine Martha:
per quā figurať Marie sensualitas ⁊ inferior pars rōnis:
que ministrauit in actiua christo. Eius soror Magdale-
na. id est. superior pars rōnis erat cōtinue intenta diuine
cōtemplationi; per q̄d doceť quia Marie simul inerat et

Secūdo

Tertio

Quarto

Operū misericordie alterū altero magis q̄nq3 modis.

Ad cōtraria Responsio

Ad secūdū

actio externa ⁊ contemplatio altissima speciali dei dono: nec alterū ab altero impediebaꝛ. ¶ Ad secūdū respōdeꝛ ꝙ vt dicit Tho. iij. scripto sentētiarū dist. xxxv. ar. iiij. q. ij. Et. ij. q. clxxxij. arꝛ. ij. Aliter labor exterior auget premium: et aliter charitas: q꞉ labor exterior operaꝛ ad augmentū premij accidentalis. charitas ꝟo operaꝛ ad augmentū premij essentialis: qđ principaliꝛ consistit in charitate. Sic ergo meritū premij essentialis nō est in ipsius operis laboriositate ⁊ difficultate sed in charitate. Uñ dato ꝙ aliqui vt etiā Joānes baptista: fecerint maiores labores ducendo vitā austeriorē: non tamē ꝓpter hoc sequiꝛ ꝙ maius meritū acq̄sierint: q꞉ maiori charitate fecit beata virgo minimū opus ꝗ̄ʒ alius sctūs fecerit maximū bonū: et ideo ex maiori charitate maius meritū acq̄siuit: qm̄ essentiale incompabiliter preferꝛ accidentali p̄mio: vt dicit Richar. de media villa: ꝓbans sup. iiij. sentē tiarū dist. xlix. Uel aliter pōt dici ꝙ vt notat idē Thom̄. eodē. iij. scripto. dist. xxx. ar. v. Utrū meritū pricipaliter cōsistat in charitate: et. j. ij. q. cxiiij. ar. iiij. et. ij. ij. q. xxiij. arti. vij. Duplex est meritū. scʒ Dimissionis pene: ⁊ consecutionis boni. Difficultas ergo operis nō facit ad meritum nisi dimissionis pene ꝑ modū cuiusdā cōmutationis: sed ad meritū cōsecutionis boni facit maior conatus qui est ꝭm maiorē inclinationē voluntatis ⁊ hanc principaliter facit charitas: que quia maior fuit in virgine benedicta: qua nec indiguit ad premiū q꞉ nunꝗ̄ꝫ p̄eccauit: vnde sequiꝛ ꝙ maius fuit meritū in eius actione quacūꝗ̄ꝫ. Et sic patet. O igitur beata christiana ⁊ fidelis anima pensa quantū virgo benedicta p̄cellat in om̄i actione sua: ⁊ stude eam imitari ardua faciendo et ex charitate magna: vt et tu merearis coram deo esse magna.

¶ Articulus secundus de excellentia interne contemplationis beate Marie qualiter omniū viatoꝝ contemplationem precellebat.

Cōtēplatio virginis triplíciꝛ excellebat cognitiōe oīm viatorum.



SEcūdū mysteriū interne cōtemplationis. Ubi notandū ꝭm Alber. super Missus est. c. xcix. ꝙ cognitio siue cōtēplatio beatissime virginis tripliciter excellebat alias cognitiones omniū viatorum.

Primo

¶ Primo in cognitionis perfectione.
¶ Secundo in habitus possessione.
¶ Tertio in modo cognoscendi cum quiete: et sine abstractione.

¶ Primo in cognitionis vel cōtemplationis ꝑfectione: quia em̄ p̄ alijs viatoribus habebat eleuatā mentē ad diuina: igiꝛ maior ꝑfectio cognitionis debeꝛ ei rōne maioris eleuationis ꝑ habitus meliores ⁊ excellentiores. Nā si cōsideramus gradus quibus ascendiꝛ ad videndū deū ꝭm habitus gratuitos est excellētia in huiusmodi eleuatione anime ad deū ꝭm maiorē habituū gratuitorū ꝑfectione manimā: sup posse nature magis ⁊ magis eleuantium: ⁊ deo ꝓpinquius ꝯiungentiū. Inter q̊s primo gradu eleuant grē sacramētales impedimenta culpe et pene remouētes ⁊ fomitē diminuētes: que animā trahūt deorsum. Secundo gradu sunt virtutes aīam in esse gratuito perficiētes primo ⁊ ꝑ operationē in fine dirigentes. Tertio gradu sunt dona aīam ad excellētiores actus gratuitos perficientes: ⁊ magis eam fini. i. deo ꝯiungentes. In quarto gradu sunt fructus animā ꝭm possibilitatē vie deo coniunctā delectātes ⁊ reficientes. Ex his quattuor gradibus a latere currūt beatitudines circa subiectū in q̊ sunt p̄dicti habitus status ꝑfectionis ꝭm modū vie complentes.

Secūdo Habitꝰ possessione.

¶ Secūdo q̊ʒ excellebat ꝯtemplatio beate virginis in habitus possessione. Habitus possessione dico: quia talis habitus est actus qualē habuit. Paulus in raptu ad tp̄s: ⁊ post statū non habuit sed habitus cum actu cessauit. Talis inquā generis habitū sed perfectiorē beatissima virgo semꝑ ⁊ cōtinue habuit ab eo tp̄e quo primū mater dei facta fuit vsꝗ̄ʒdū idem habitꝰ in gloriosam cognitionē ꝭm statū patrie ꝑfectus fuit. Et ita cōtinuatio possessionis debebaꝛ ei rōne ꝑfectiōis maioris que huic vite sup om̄es viatores funditus mortua fuit: ⁊ vita peccati extincto fomite irresuscitabiliter mortua fuit: ꝓpter qđ vita eiūs cū christo in deo abscondita fuit semꝑ et curie angelice p̄sens intra dei sanctuariū habitauit. Uñ merito dicere potuit illud Eccli. xxiiij. In habitatione sancta coram ipso ministraui: ⁊ sic in sion firmata sum: ⁊ in ciuitate sanctifi. siꝛr requieui.

Tertio In mō cognoscēdi cū q̄ete

¶ Tertio excellebat in modo cognoscendi cum quiete ⁊ sine abstractione: qualis est in raptu. Nam modus cognoscēdi virginis Marie nō sꝑ fuit per modū abstractionis vel stuporis vel extasis vel soporis. Hec em̄ cōtingūt ꝓpter excellentiā ⁊ improportionabilitatē luminis ad intellectū illuminabilē: vt patet per simile in lumine corꝑali in transfiguratione dn̄i quādo ostendit discipulis claritatē simillimā claritati glorie. Diciꝛ em̄ ꝙ Petrus ⁊ qui cum eo erant grauati erāt somno ita vt videre nō possent. Unde dn̄o Petrus dixit. Bonū est nos hic esse nesciens quid diceret: stupor em̄ circūdederat eum. Similiter in lumine sp̄ūali est. Unde Paulus excellētiori visione stupefactus dixit: vtrū in corpore vel extra corpus nescio: deus scit. Hunc aūt stuporē beatissima virgo nō habuit cuius intellectus deiformior ⁊ illi luci ꝓportionabilior fuit. Uñ sicut eadē lux que est egris oculis odiosa: ⁊ oculis sanis amabilis: et sicut per eandē lucē clari oculi ꝑfectius vident ⁊ sine perturbatione: eger aūt oculus minus perfecte et cum perturbatione: ita lux spiritualis: quia oculis Pauli fuit improportionabilis: ideo fecit raptū cum stupore. Talis lux oculis beatissime virginis fuit ꝓportionabilis sine stupore cum delectatione. Et hoc debebaꝛ ei rōne puritatis ⁊ mūdicie qua suꝑ Paulū ⁊ om̄es viatores nitebat improportionabiliter ⁊ excellenter. Hec Alber. vbi. s̄. Quis g̊ hoīm. Que rōnabiliū mentiū poterit excogitare quantū deiformis fuerit mens virginis bn̄dicte: quāta luce resplēduerit: quātūue saporē diuīe ꝯtēplatiōis experta fuerit. O vtinā aīa mea aliquādo illius particeps esse quantulūcūꝗ̄ꝫ mereretis: ⁊ virginis beatissime vna cum eius filio dulci Jesu congratulatione intima suauitate ꝑfruereris. O vtinā moriatur anima mea morte iustoꝝ vt ingredi valeat ad ꝯtēplationem beatorum et videre valeat multitudinē in christo et eius pia matre dilectoꝝ.

¶ Articulus tertius de virtutū perfectione ⁊ excellentia earundem in beata Maria vbi describunꝛ duodecim virtutes in ipsa.

De duodeci virtutibꝰ marie:

TErtium mysteriū dicitur virtuose perfectionis et eius excellentie. Nam ꝭm Alber. vbi. s̄. scʒ ca. xcix. beata ꝟgo habuit virtutes cardinales per modum patrie: et ꝭm statum vie. Per modū patrie ꝗ̄ʒtum ad actuū perfectionē: ꝭm statū vie quantū ad merēdi conditionē. Et ita habuit eas medio modo inter comprehensores ⁊ viatores: medio modo per participationē: talem inquā participationē ꝙ accepit meliorem partē ab vtroꝗ̄ꝫ extremoꝝ. Compꝛ̄hensores em̄ habent virtutes has ꝭm actuū ꝑfectionē: sed preter merendi ꝯditionē: viatores aūt cum merendi conditione: sed cum actuū imꝑfectione. Ipsa aūt virgo habuit eas cum actuū perfectione ꝭm compꝛ̄hensores: ⁊ cum merendi cōditione ꝭm viatores. Unde habuit eas excellentius viatoribus ꝗ̄ʒtum ad actum ⁊ compꝛ̄hensoribꝰ ꝗ̄ʒtum ad effectū. Hec Alber. Ut autē magis clarescat quantū virgo benedicta virtutibus in sua vita p̄niteat vel preful geat: producamus in mediū. xij. precipuas virtutes q̄si duodecim stellas prefulgidas quibus ipsa coronata fore in Apocal. ca. xij. prefiguraꝛ: vt per singulas eius virtutes excellentia clarescat.

De fide marie.

¶ De excellētia fidei Marie. Cap. j.



PRima virtus excellentissime fuit in Maria virgine. Fides quippe eiꝰ maior fuit fide omniū alioꝝ sanctoꝝ ꝭm Alber. vbi supra.

¶ Primo ratione constantie.
¶ Secundo ratione mundicie.
Tertio ratione efficacie.
¶ Quarto ratione experientie.

Primo

¶ Primo ratione constantie. Fides em̄ beate virginis fuit constantissima: que nunꝗ̄ꝫ defecit nec fuit intercepta: alioꝝ autē fidei constantia fuit deficiens et intercepta: vt patet de fide apostoloꝝ: de quibus saluator ait Matthei. xxvj. Om̄es vos scandalum patiemini in me. scʒ in

Secūdo passione. ¶ Secūdo ratione mundicie. Fuit enim fides beate virginis mundissima et incōtaminata per peccatū: qm̄ nunq̄ peccauit etiā venialiter: vt dicit Aug. Alij aūt om̄es peccauerūt: iuxta illud .j. Joan. j. Si diximus q2 peccatum non habemus nosipsos seducimus.

Tertio ¶ Tertio ratione efficacie: q2 fides beate virginis fuit maxime efficacie. Cum em̄ scriptū sit Marc. ix. cap̄. Om̄ia possibilia sunt credenti: in fide eius secutus est effectus improportionabilis fidei alioꝝ adeo ꝙ iuxta dictū saluatoꝝ Matthei. xvij. Si habueritꝭ inquit fidem sicut granū sinapis et dixeritis monti huic tolle te et mitte in mare: obediet vobis. Ad b̄ndicte virginis dictū quo ait. Fiat mihi ꝑm verbum tuū: summus mons montiū. id est. deus ipse tulit se ⁊ misit se in mare. id est. in Mariā: et amaras penalitates huius vite.

Quarto ¶ Quarto rōne experientie: et si nanq̄ patres vete. et noui testa. crediderūt de ꝟgine nasciturū vel natū christū: ipsa b̄ndicta virgo non tm̄ credidit sed et per expientiā cognouit: vn̄ claret eius fidei excellētia.

De spe Marie. ¶ De spe Marie. Capitulum. ij.

Secunda virtus Spes fuit excellentissime fulgens in vita Marie virginis. Cū em̄ vt ait magister in. iij. Spes est certa expectatio future beatitudinis ex meritis et gratia proueniens. Hec certitudo spei vel expectationis fuit summa in beata virgine: quia certitudo spei alioꝝ vel est fallibilis vel cōditionalis. Si em̄ certus est quis de eterna beatitudine: falli potest: quia cadere potest: Si autē sperat sub conditione vt videlicet si ꝑmanserit in charitate: certitudo sua est cōditionalis et nō absoluta. Sed in beata virgine certitudo de eterna beatitudine fuit infallibilis et absoluta: eo ꝙ certa fuit ꝙ matrem dei impossibile foret a beatitudine excludi vel cadere: ergo ei⁹ certitudo fuit maior certitudine alioꝝ. ¶ Item beata virgo improportionabiliter maius gaudium om̄ibus alijs expectauit: ergo maiorem spem habuit. ¶ Item om̄is alterius viatoris expectatio est per modū esurientis: expectatio autē beate virginis fuit per modū comedentis. scʒ per experientiā: sed improportionabiliter magis delectat expectatio spei in comedendo q̄ꝫ in esuriendo: ergo maximam super om̄es alios ipsa spem habuit. Hec Albertus super Missus est. cap̄. lxxxiij.

De charitate Marie. ¶ D charitate Marie: Capitulum. iij.

Tertia virtus Caritas summa fuit in beata virgine: quoniā ipsa summe impleuit illud ꝓceptū Matth. xxij. Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo ⁊c̄. Et iterū. Diliges ꝓximū tuū sicut teipm̄: ꝓpter qđ summū premiū essentiale in celo ꝓmeruit: qđ debetur charitati.

¶ De beate virginis charitate agitur specialiter lib. ix.

Sequitur de virtutibus cardinalibus.

De prudentia Marie. ¶ Primo de prudentia: Capitulum. iiij.

Quarta virtus Prudentia fuit summe in beata virgine. Cum em̄ ꝑm Aristotelē. vj. Ethicoꝝ. Prudentia consistat in cauendis malis et eligendis bonis: beata virgo in vtroq̄ non poterat decipi: q2 gratia plena erat: et habebat donū om̄is intellectus: sapientie: scientie ⁊ consilij: vt patebit pte. iij. huius libri. Propterea beata virgo bene figurata extitit ꝑ prudentissimā mulierem Thecuitē. ij. Reg. xiiij. q̄ prudenti parabola sumpta reconciliauit. Absalon fratricidā Dauid patri suo. nota inibi historiam: sic Maria prudentia sua reconciliauit genus humanū fratricidā. scʒ anime et spiritus ipsi deo: cum videlicet prudenter tractauit cū angelo de mysterio incarnationis diuine ⁊ assensum prebuit di. Ecce ancilla domini fiat mihi ⁊c̄. Ad qđ verbum deus tantū est inclinatus vt carnem assumeret ꝓ nostra reconciliatione facienda.

De fortitudine in Maria ¶ De fortitudine in Maria. Capitulū. v.

Quinta virtus ꝑfulsit in vita Marie fortitudo qđ tripliciter ostenditur.
¶ Primo ethice.
¶ Secundo theologice.
¶ Tertio philosophice.

Primo ¶ Primo ethice: quia actus fortitudinis essentialis est summo bono. id est. deo firmiter adherere: ⁊ terrenas cupiditates nō tm̄ opprimere sed penitus obliuisci: qđ quidem non est viatoꝝ interim ꝙ fomes in eis aliquo modo viget: nisi solius beate virginis que adhesit deo inseperabiliter: nec vnq̄ꝫ potuit separi per casum.

Secūdo ¶ Secūdo ostendit theologice: quia scriptū est Prouer. vlti. Mulierem fortē quis inueniet ⁊c̄. sequit: ꝓcul ⁊ de vltimis finibus preciū eius. Hec mulier fortis est Maria virgo: vltimi fines sunt diuinitas ⁊ humanitas maxime a se distātes quos ipsa virgo fortissimē (quia inseꝑabiliter) cōiunxit. Jdcirco Nume. xxiij. Cuius fortitudo. scʒ dei similis est fortitudini rhinocerontis: quia sicut fortitudo rhinocerontis in gremio virginis mansuescit: ita dei fortitudo in vtero virginis Marie mansuefacta est.

Tertio ¶ Tertio ostenditur ex lumine philosophie: qm̄ per locum a maiori. ij. Topico. arguendo: quicquid est fortius fortiore: est fortius inferiore. Beata virgo fuit fortior tribus fortissimis in mundo que sunt deus: mors ⁊ diabolus.

Primū fortissimū in mūdo deus. ¶ Primū fortissimū in mūdo est deus: hunc humilitas beate virginis superauit: quādo de celo charitate vinculatū ⁊ vulneratum in suo virginali vtero incarcerauit. Unde canit ecclesia de ea. Sancta ⁊ immaculata virginitas quibus te laudibus efferā: nescio q2 quē celi capere non poterant tuo gremio ꝯtulisti.

Scōz mors ¶ Scōm fortissimū in mundo est mors cui nemo mortaliū resistere potest. Om̄es em̄ morimur et quasi aque dilabimur in terrā. ij. Reg. xiiij. Hanc beata virgo suꝑauit. Unde canit ecclesia de ea. Mortē quā femina intulit femina cōtriuit per quā vita redijt.

Tertiū diabolus. ¶ Tertium fortissimū est diabolus. Job. xlj. Non est potestas que comparet ei. Hunc beata virgo superauit: quia ipsa contriuit caput eius. Gen̄. iij. ergo fortitudinis virtus ⁊ donum in beata virgine summe fulsit. Hec Alber. super Missus est. cap̄. iiij.

De iusticia Maria. ¶ De iusticia in Maria. Capitulum. vj.

stella eius quarta. ¶ Tertio scriptura poetarũ. Plurimi nempe in suis scriptis testantur fidem hanc de virginitate Marie: patet de poetis quos supra in hoc volumine tetigimus li. iiij. pte. j. ar. iij. testimonio. viij. Denique Virgilius in bucolicis egloga. iiij. recolens de Sibylla cumea: que et cumana dicta est a cumis ciuitate que est in Cãpania: cuius sepulchrũ adhuc est in Sicilia: scribit sic: versus. ¶ Ultima cumee iam instat carminis etas. Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Jam redit et virgo: redeunt saturnia regna. Jam noua progenies celo dimittitur alto. Tu modo nascẽti puero quo ferrea primũ. Desinet ac toto surget gens aurea mundo etc. ¶ Quarto igitur scriptura Sibyllarũ. Ut enim scribit Aug. de ciui. dei. li. xviij. ca. xxiij. quedã Sibylla erythrea prophetauit et pnũciauit versibus pluribus de Jesu christo: quos etiã versus dicit Augusti. trãslatos fuisse de greco in latinũ: quorum versuũ prime lre cõiuncte in greco hec verba comprehendunt. Jesus christus filius dei saluator. Et prophetauit eadẽ Sibylla totũ fere mysteriũ incarnatõis et passiõis chri: vt per Aug. vbi supra patet. Item Sibylla lybica cuius meminit Eutropides ait. Ecce veniunt dies. Et infra. Soluetur nexus synagoge et videbunt regẽ viuentẽ: et tenebit illũ in vtero virgo domina gentiũ. Itẽ Sibylla Chymca in italia nata: de qua Ennius ait. In prima facie virginis puella quedam nutriet puerum virgineũ: dans lac ad comedendũ. Itẽ Sibylla Samia a samo insula: ait. Ecce veniẽt dies et nascetur de paupcula deus et homo: et bestie terre adorabũt eũ. id est. bos asinus. Itẽ Sibylla Tiburtina ait. Nascetur christus in bethlleẽ: annũciabitur in nazareth regnatu pacifico: fundatore quietis. O felix illa mater cuius vbera eum lactabũt. Item Sibylla Delphyca que fuit tpe regis Priami et belli Troiani: sic ait. In vltima etate humiliabitur deus et humiliabitur proles diuina: iungetur humanitas ti deitas: iacebit in feno agnus: in puellari officio educabitur deus et homo: Plures alias Sibyllas et earũ dicta habes supra li. v. pte. j. ar. iij. ca. x. Et infra li. xj. pte. j. ca. ñ.

Tertio poetarum.
Quarto scriptura sibyllarum.

Capitulum. x.

Decima stella rerũ philosophicarũ exemplaritas.

Decima stella dicitur rerũ philosophicarũ exẽplaritas. Etenim Aug. in de mirabilibus sacre scripture li. iij. c. ij. dicit. Quãuis cõtra cunctorum hoim conceptiõis consuetudinẽ absque viri semine et carnalis oblectamẽto voluptatis: virgo concepit et sine dãno virginitatis pepit: hec tres tñ sine exẽplo nature noua in dei creatris non dimittitur. Nã multa animãtia absque parentũ coitu pgigni cõprobamus: qualiter apes sine patribus fetu matrũ corporibus tñmodo crescũt. Sed et multe aues absque maribus gignere pñt: et talẽ conceptũ in multorum piscium generibus esse philosophi aiũt. In solaque carne sine patre vermis nascitur: cui se dñs hac de causa similẽ esse per prophetã dicere nõ dedignatur: cũ ait. Ego aũt sum vermis et nõ hõ: opprob. ho. et abiec. plebis. Quoniam igitur in multis rebus consueto mõ dñs opatur: quod nature contrariũ dicendũ est: si quoniam ipse deus voluit quod etiã in virginali vtero sanctispũs dispensatiõe filius sine virili coitu nasceretur. Hec Augusti. ¶ Ad pmissa diffusius accedẽtes: quoniam mens humana per sensibiliũ collationẽ solet manuduci: plurima philosophicalia exempla producamus sub breuiloquio scripta secundum magistrũ Frãciscũ de Retza. in sua editione de conceptu virginali. ¶ Primũ exemplũ in elemẽtis. Terra que pe sine omni corruptione producit mirabiles effectus: flores vicz et gẽmas de plantis. Et quod est mirabile Alber. de vegetabilibus et plantis lib. v. tractatu. j. dicit: quod hybernia vitis de ilice ortũ habet. ¶ Itẽ aqua est in Tuscia quã virgo portare valet cribro: vt dicit Aug. de ciui. dei. Item in aere quãta deus facit mirabilia: quo fulmẽ cadens agit vt gladiũ in vagina: ferrũ et es in bursa consumat: vagina et bursa illesa manente. et in nube generantur rane: vitulique virtute celi generatũ in nube testatur Alber. magñ. iij. methe. tractatu. iij. Itẽ igni dedit deus vt salamandrã nutriat. Cũ igitur talia facere põt natura: cur deus non posset vt virgo generaret? ¶ Secundũ exẽplũ in lapidibus. Nã albeston lapis semel accẽsus arcadie semper ardere claret: vt dicit Augusti. xxj. de ciui. dei. ca. vj. Itẽ repiuntur lapides in quibus humana facies cum corona in capite picta est virtute celi. vt dicit Alber. j. mineraliũ: tracta. v. c. j. ¶ Itẽ magnes

Aqua in Tuscia
Lapis albeston.
Magnes

ad se trahere potest ferrū: et carbunculus in nocte lucere pōt. Itē calibis massa in certis partib⁹ in nube nascit̄ ⁊ cadit: ⁊ a rusticis collecta in arma acutissima parat̄: vt dicit Alber. iij. metheo. tracta. iij. Lapis q̄z fonti Socie mox immersus supenatat: vt vult idē Alber. j. minera. tra. j. c. ij. Cur g̃ ope spūssancti ꝟgo generare nō valeret. ¶ Tertiū exemplū in brutis aīalibus. Nā rhinoceron virgini se inclinare valet: a qua capit̄: vt dicit Isid. li. Etym. Item equa cappadocie ad ventū currēs feta efficit̄: vt dicit Augusti. xxi. de ciui. dei. c. iij. Ursa q̄z fetus rudes ore in naribus formare valet: vt dicit Isid. xi. etymol. Et leo rugitu ples mortuos gignēs suscitare valet: vt dicit idē Isido. xij. lib. Cur ergo diuino flamine virgo nō generaret. ¶ Quartū exēplū in volatilib⁹. Uult̄ nēpe corpe claret: et ad hoc mare caret: vt dicit Ambro. in exam. li. ij. c. xlj. Itē caladrus auis facie egrū sanare pōt: vt dicit Alber. de aīalib⁹. xxiij. Sz ⁊ carbas auis d̄ arbore hyberna nasci claret: vt hr̄ ab Alberto. xxiij: de aīalibus. Itē psitacus auis a nā habet ꝙ sp Aue dicit: vt docet experiētia. Itē strutionis oua sol excubare valet ad eius visum: vt dicit Isid. xij. etymol. c. lviij. Item phenix se in igne renouare valet: vt ait idem Isid. xij. etymol. c. xv. Et pellicanū sanguine fetus aīare claret: vt testat̄ idē. Cur g̃ virgo diuina opatione nō generaret. ¶ Quintū exemplū in pisci bus. Etem̄ quedā aleca sunt q̄ cōparē nō habēt matrē: vt dicit Aristo. in pble. Et anguilla sine coitu maris generat̄ vt testat̄ idē. Piurima q̄z alia aīalia p̄ter p̄missa sunt talia que sine matre generant̄: que si vellemus p singula describere: ante deficeremus tpe q̄̄ possemus enarrare. Concludit̄ g̃ si tot ⁊ talia possunt fieri per naturā: multo maiora potuit deus facere in virginali cōceptu supra naturā. Proinde Job. xij. scribit̄. Nimirū interroga iumēta ⁊ docebūt te: et volatilia celi ⁊ indicabūt tibi loq̄re terre ⁊ respondebit tibi: et narrabunt ea pisces maris. Quis ignorat ꝙ oīa hec manus dñi fecerit.

Rhinocerō

Ursa

Uultur

Carbas

Psitacus

Anguilla

Capitulum. xj.

Undecima stella mūdialiū hominū credulitas.

Undecima stella mundialiū hoīm credulitas. Nā vt cū Aug. xxij. de ciui. dei ca. lviij. loquar Nil mirabili⁹ q̄̄ ꝙ ad legē ꝯtrariā carni ⁊ sanguini doctores pauci ⁊ paupes ⁊ rudes plurimos potuerūt ꝯuertere sapientes vt crederēt hanc fidē. prudentissimi etiā rebelles fidei ⁊ postea ꝯuersi: sicut ptz de Paulo psecutore postea facto doctore catholico ⁊ p̄dicatore. Itē de Dionysio prius philosopho postea facto Pauli discipulo. Et de Aug. prius errore manicheoꝝ seducto: atq̄z Cipriano prius mago et alijs innumeris. Reuera siqs diligēter penset hec tria. ¶ Primo q̄ predicauerūt mundo: q̄r ignobiles: pauperes: apl̄i: imperiti et pauci. ¶ Scđo q̄d p̄dicarūt: q̄r legē ꝯtrariā carni ⁊ sanguini: penitentiā durā: carnis mortificationē: ⁊ viciorū refrenationē. ¶ Tertio q̄bus p̄dicauerūt: q̄r potētib⁹ mūdi: peccato totaliter deditis ⁊ deseruiētibus: ac sapiētib⁹. Aduerte ꝙ nō nisi a deo fieri potuit vt tantā multitudinem mūdi subiugarent fidei catholice. Uñ patz ꝙ fides. virginitatis Marie ⁊ eius filij est verissima.

Capitulum. xij.

Duodecima stella miraculorū lympiditas.

Duodecima stella dicit̄ miraculoꝝ lympiditas: q̄d deducit Scotus vbi. s̄. taliter arguendo. Nō pōt deus esse falsus testis: q̄r Prouer. xxj. scriptū est. Testis mendax peribit. Sed deus inuocatus a p̄dicatorib⁹ huius fidei: fecit opus sibi propriū vtpote miracula: ac p hoc testificat⁹ est fidē esse veram. Uñ Mar. vl. Illi aūt scz discipuli christi pfecti vbiq̄z p̄dicauerūt dño cooperāte ⁊ sermonē ꝯfirmante: sequēti bus signis. Sequit̄ ergo ꝙ hec fides nō potest esse falsa. Propterea Aug. ix. de trini. ca. ij. dicit. Domine si est error a te decepti sumus: nam tantis signis cōfirmata sunt ꝙ nō nisi per te fieri potuissent. Hec ille. Hinc et saluator ait Joā. v. Opera scz miraculoꝝ q̄ facio: ipsa testimoniū perhibent de me. Et eiusdē. x. Si mihi nō vultis credere: operibus credite. Si dicas. Antichristus etiā faciet miracula. Rñdet̄ ɓm Sco. vbi s̄. ꝙ sicut dicit Aug. de vtilitate credendi. Magna est differentia inter miracula chr̄i et antichristi: tanq̄̄ inter miracula facta a deo ⁊ facta a diabolo. Miracula q̄ppe christi sunt talia ꝙ nullo mō a diabolo fieri potuerūt: vt patet de mortuoꝝ resurrectione: de raptu Pauli in tertiū celū ad videndū diuinā essentiā. Nulla em̄ creatura pōt aīam beatificare ⁊ ad videndū diuinā essentiā eleuare: nec simpliciter nec ad tp̄s: sed solus deus. Itē de cognitiōe cordiū: ⁊ in m̄ltis alijs miraculis euangelij. Miracula ꝟo antichristi erūt deceptoria ⁊ falsa: cuius falsitas patebit si ei obijciant̄ hec. Si tu inq̄t es deus fac me videre diuinā essentiā: ⁊ post visionē certam memoriā habere visionis ⁊ certitudinē: et tūc credā. Itē si tu es deus dic mihi quid faciā vel cogitabo vel appetā p tali hora: quoꝝ nullū antichr̄s poterit: nec vere mortuos suscitabit: sicut christus Lazarū vere suscitauit: sed prestigijs suscitabit q̄ diu nō possunt durare. Preter miracula ꝟo euangelij multa alia sunt miracula facta tā antiquitus q̄̄ etiā nr̄is tp̄ibus attestantia virginitatē Marie: ex q̄bus aliqua hic inserunt̄. ¶ Legit̄ quippe in Glo. Biblie ⁊ postillis vel expositionib⁹: sicut etiā Ly. dicit: ꝙ hebraice veritatꝫ expositores tractādo illud verbū Esa. vij. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū ⁊c̄. dicūt: ꝙ virgo iuuencula sp manens ꝟgo d̄r Halma p h. sed alma sine h. dicit̄ virgo iuuēcula nubilis. Uñ apud hebreos halma et alma differūt. Idcirco Egyfippus in li. de supplemento euāgelice veritatis sup illo verbo. Respōsum accepit Simeon a spūsctō: refert. ꝙ iste Simeon erat rabbi et sacerdos apud iudeos. Et dū semel in scholis exponeret dictā ꝑphetiā Esaie inuenit ibi sic scriptū Ecce halma. i. virgo ꝯcipiet: ⁊ deleuit h. vt esset sensus Ecce Alma. i. iuuēcula nubilis concipiet ⁊c̄. sicut ⁊ moderni iudei exponūt. Sed ɓm Chryſ. sup Matth. homel. ix. ista expositio cōdēnat̄ tanq̄̄ falsa p illud q̄d ꝑpheta p̄mittit di. Dabit dñs vobis signū. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊c̄. Nā iuuenculā ꝯcipe vel parere nō est signū: sed virginē. Uñ sic etiā Simeon sicut iudei false intelligens delenit tribus vicibus ⁊ semp miraculose idē scriptū reperiēs: orōni se dedit: ⁊ sic respōsum a spūsctō accepit de partu virginali: ⁊ nō visurū se mortem nisi videret chr̄m dñi de virgine natū. ¶ Legit̄ em̄ in historia scholastica. ꝙ Hieremias ꝑpheta in Egyptū descendens post mortē Godolie: regib⁹ Egypti signū dedit: ꝙ eoꝝ idola corruerēt cuz virgo filiū pareret. Quapropter sacerdotes idoloꝝ imaginē virginis puerum in manibus baiulantis in secreto loco templi statuerūt ⁊ eā ibi adorabāt. Sed a Ptholomeo rege postea interrogati q̄d hoc sibi vellet: dixerūt paterne traditionis hoc esse q̄d a sancto ꝑpheta eoꝝ maiores acceperāt: ⁊ sic in reb⁹ venturū credebant. Et hoc impletū est in die natiuitatis q̄ñ idola corruerūt: vt testat̄ legēda cōmunis. Itē Rhome vt testat̄ Innocētius papa terti⁹: pax fuit. xij. annis. Rhomani igit̄ templū pacis ꝯstruxerūt ⁊ ibi statuā Rhomuli posuerunt. Cōsulendo aūt Apollinē q̄̄diu duraret: acceperūt respōsum: ꝙ q̄usq̄z ꝟgo pareret. Nō q̄r impossibile putabant: dixerunt. Ergo in eternū durabit. Uñ in foribus templi supscripserūt titulū hunc. Templū pacis eternū. Sed in ipsa nocte natiuitatis dñi q̄ñ virgo peperit: ip̄m templū fundit⁹ corruit: et ibi est modo ecc̄ia scē Marie noue. ¶ Itē in vita socioꝝ beati Frācisci legit̄: ꝙ sctūs frater Egidius erat: cuius sanctitatē audiēs quidā doctor ordinis fratrū p̄dictoꝝ accessit ad eū vt in fide solidaret̄: quia titubabat si virgo potuerit concipe ⁊ parere. Sanctus itaq̄z frater Egidius cū oraret cognouit ex reuelatione spūssancti ꝙ quidā doctor p tali causa ad eum veniret: vñ obuiā mox eidē accessit: ⁊ nil aliud loquēs: statim virga pcussit terrā corā eo dicens. Uirgo ante partū et mox pulcherrimū liliū ibidē excreuit. Alio q̄z loco pcutiens ait Uirgo in partu: ⁊ ibidē similiter liliū excreuit. Tertio etiā loco pcutiens ait Uirgo post partū: ⁊ ibi tertiū liliū miraculose ꝓdijt. Uñ doctor ille deo gr̄as retulit: ⁊ in fide solidus p̄mansit. O igit̄ virgo virginū Maria ora p nobis tuū quē virgo peperisti natū.

Antichristi miracula

Halma

Miracula

Historia

Miracula

Alius modus ꝓcedenti in materia prescripta breuior.

¶ Item si aliter ⁊ breuius vis ꝓcedere potes ex p̄missis sub epilogo loquēdo elicere. xij. genera rerū que attestātur virginitatē Marie iuxta numerū. xij. stellarū quibus gloriosa extitit. ¶ Primū est testimoniū diuinarū personarū. Nam eius virginitatē testat̄ deus pater in figuris

antiquis: deus filius q̄z in euangelicis doctrinis ex miraculis: deus spūssanctus in ꝓphetis: q: spūsancto inspirāte locuti sunt: vt ait Petrus in canonica. ¶ Secundū testimoniū angeloꝝ. ¶ Tertiū est testimoniū oīm sctōꝝ veteris ꝛ noui testamenti. ¶ Quartū est testimoniū oīm scripturarū etiā gētiliū. ¶ Quintū est testimoniū bestiarum. ¶ Sextū testimoniū auium. ¶ Septimū piscium. ¶ Octauū vermiū. ¶ Nonū testimoniū lapidū. ¶ Decimū plantarū et florū. ¶ Undecimū omniū elemētoꝝ. ¶ Duodecimū testimoniū miraculoꝝ de quibus diffuse in hoc tertio articulo actum est.

¶ Pars secūda libri octaui de virginalis sponsi btē Marie. id est. ipsius beati Joseph sanctitate atq; dignitate q̄ fuit custos Marie.

JOseph fili Dauid noli timere accipe Mariā coniugem tuā Matth. j. cap. Qm̄ vt ait dñs Bonaueñ. sup. iiij. sen. dis. xlv. Nobilissima res est nobis miseris mortalib⁹ in hoc mundo habere singularē deuotionē: non solū deo eterno: sed etiam suis gl'iosis sanctis: ꝛ hoc. ¶ Primo ꝓpter nostrā inopiā: q: nil ex nobis meremur corā deo: imo pleni peccatis demeremur supplicia: ꝓpter qđ ad sctōs opus est nobis refugere: quatin⁹ eoꝝ meritis deus placet: qđ pe tim⁹ efficaciter ꝯsequamur. Hinc Job. v. Ad aliquē sanctoꝝ cōuertere. ¶ Scđo ꝓpt̄ dei reuerētiā: q: in eis de⁹ habitans venerat. Qui em̄ sanctis honorē tribuit: illum specialiter honorat: q̄ eos inhabitādo ꝑ grām sctificauit Jdcirco Damasce. lib. iiij. c. vij. dicit. Qm̄ ꝑ intellectū in corpibus sctōꝝ habitat de⁹: teste apl'o. Nescit; inquit qm̄ corpa vrā templū sunt inhabitātis in vobis spūsctī: de⁹ aūt spūs est. Quare ḡ nō essent honorāda aīata templa dei: ꝛ aīata dei tabernacula. Hec ille. ¶ Tertio ꝓpt̄ eoꝝ virtuositatē ꝛ gl'iam: ꝓpter quā dignissimi sunt honore. Nam teste Aristo. iiij. li. Ethi. Honor est premiū virtutis: ꝛ virtuti perfecte nō fit cōdignus honor. Debēt ergo sancti honorari tanq̄ꝫ virtuosissimi ꝛ gloriosissimi nr̄i patroni spūales: q: vt habet. ij. q. vij. cap. Qualis. Qui patronū siue patrē spūalem nō honorat: plus videt peccare q̄ꝫ qui carnalē patrē ꝯtemnit. Hec ibi. Sed q: Joseph est vnus de gloriosioribus sanctis paradisi cui dñs tantā grām cōtulit vt suā dilectissimā matrē ei in custodiā ꝛ spōsam daret: ideo merito ad ipm̄ deuotione mouemur. Añ q: ipse Joseph sctūs meruit sociari beatissime ṽgini Marie: et fore eius virginitatis fidelissimus custos: spōsusq; et fidedignissimus testis. Jdcirco in hac parte secūda incidentaliter agere decreui in hoc libro de eius sanctitate: q̄ multū ꝯfert ad testimoniū virginitatis ꝛ puritatis beate virginis matris dei. Unde de ipso tria mysteria notabimus que elici possunt ex premisso themate.

Habere singularē deuotionē ad sanctos dei valde vtile.

¶ Primū dicit mysteriū sponsalitatis.
¶ Secundū dicit mysteriū sanctitatis.
¶ Tertiū dicit mysteriū dignitatis.

¶ Articulus primus quare voluit deus suam matrē desponsatam fore viro nomine Joseph fabro lignario.

CIrca primū mysteriū videlicet sponsalitatis vel dicam societatis inuestigādum nobis est. Cur deus omp̄s cuius sapientie nō est numerus: sic disponere voluit vt sua mater virgo scꝫ Maria despōsari deberet viro nomine Joseph fabro anteq̄ꝫ impregnaret ꝛ ꝯcipet filiū dei. Et arguere potes ꝙ nō debuit desponsari alicui viro: q: ipsa ante desponsatione vouerat virginitatē: vt patet ex auctoritate Aug. li. de sancta virginitate dicētis. Annūciante angelo: Maria r̄ndit. Quō fiet istud qm̄ virū nō cognosco. id est. nō cognoscere ꝑpono: qđ ꝑfecto non diceret nisi se virginē ante vouisset. Sed vt dicit idem Aug. Uirginitatē vouētibus nō solū nubere sed etiā velle nubere damnabile est: ergo videt ꝙ beata virgo nō debuit desponsari: ne trāsgrederet votū. ¶ Item nō videt ratio quare potius viro Joseph debuit desponsari. Et rō est: q: figuratū et figura cōuenire debent: sed ex oībus sanctis mulierib⁹ q̄ figurauerūt in veteri testamēto benedictā virginē nulla earū ꝯiūcta est Joseph patriarche qui figura fuit sponsi

Cur Maria Joseph fabro lignario debuit dspōsari.

matris dei. Nam Asenech filia Putifari sacerdotis heliopoleos q̄ fuit vxor Joseph patriarche Gene. xlj. non ita expresse figurauit matrē dei: sed potius alie sancte mulieres: vt patꝫ de Sara q̄ genuit filiū p̄ter naturā in monte immolandū: vñ tenuit figurā dñe nostre q̄ genuit filium ꝯtra naturā in cruce immolandū: ꝛ tñ Sara ꝯiūcta fuit viro Abraā noīe. ¶ Jtē Hester figurat beatā virginē: que tamē nupta est Asuero regi. Eodē modo ptꝫ de Rebeccā que fuit ꝯiūcta Jsaac: ꝛ sic de alijs: ḡ nec mater dei debuit ꝯiungi matrimonio ipsi Joseph: sed potius viro nomine Abraā: aut Asuero: aut Jsaac: aut aliq̄ noīm eorū quoꝝ vxores vel sponse dominā figurarūt. Jtē si despōsari debuit: potius hoc fieri debuisset vt despōsata fuisset alicui viro regi magno: vt significaret q: regis eterni et excellentissimi. i. dei erat sponsa. Aut despōsata fuisset potius pastori propter humilitatē q̄ꝫ fabro. Tum q: pastores gregū inferioris status sunt ꝫm seculū fabris. Tum quia nascente dño non fabris sed pastorib⁹ angelis reuelare cōgruit eius natiuitatis mysteriū. Luc. j. ergo ꝛ hoc mysteriū despōsationis debuit fieri potius pastori. Amplius videt ꝙ debuit dei mater despōsari piscatori: q: sub cruce cōmendata est piscatori Joanni discipulo: cur ḡ in desponsatiōe nō debuit desponsari piscatori: rō nō videt cōgruitatis. ¶ Jn ꝯtrariū est diuina sapiētia q̄ in sui dispositione nō fallit nec falli pōt: ꝛ tamē vt euāgelicus sonat textus dei mater despōsata est cōgruētissime viro cui nomē Joseph q̄ erat faber lignoꝝ. ¶ Rūdet igit ad premissa ꝑ tres veritates seu ꝯclusiones. ¶ Prima est: Summe decebat vt beata virgo desponsaret anteq̄ꝫ filio dei impregnaret. Hec cōclusio claret per multas rōnes tam ex parte prolis q̄ꝫ ex parte matris q̄ꝫ etiā ex ꝑte humani generis: que rōnes q: descripte sunt in hoc volumine. li. j. ꝑte. vj. ar. iij. ca. j. ibi recurrendū relinquo. ¶ Secūda veritas seu ꝯclusio est. Congruū erat vt vir sponsus matris dei Joseph nominaret q̄ꝫ quodcūq; nomē viri aliud sortiret. Hec ꝯclusio ostendit per rōnes ꝛ auctoritatē btī Berñ. sup Missus est: q̄ descripte sūt. li. j. hui⁹ voluminis ꝑte. ij. ar. iij. ca. xi. ¶ Tertia veritas seu ꝯclusio est. Summe ꝯgruebat vt mater filij dei lignario fabro despōsaret q̄ꝫ alterius artificij viro in sponsam sociaret. Hec patet: quia hoc pre oībus magis cōgruebat significatōi eius spūalis despōsationis. Nam ꝑ hoc ꝙ fabro desponsabat: designari dabat ꝙ deo qui fabricauit ꝛ creauit totū mundum spūaliter spōsabat: Juxta illud Osee. ij. ca. a dño dictum. Spōsabo te mihi in fide: ꝛ spōsabo te mihi in sempiternū ꝛc̄. Jtē hoc magis cōgruebat significationi diuine incarnationis: quia ex hoc significabat ꝙ in ipsa virgine despōsata fabro humana natura sponsaret et copularet per vnionē dei filio: q̄ fabricauit mundū vna cum patre ꝛ spūsancto. Propterea ipsa beata ṽgo pulchra describit vt luna Canti. vj. c. q: vt nobis videt luna vsq; ad. xiiij. diem ꝯtinue crescit quousq; ipsa appareat imago hominis quasi fabri: ꝛ vltra crescē nō pōt: sed postea decrescit. Jtē btā virgo Maria a sua natiuitate creuit vsq; ad. xiiij. annū: quo anno in eius vtero integra imago hoīs. i. ipse christus imago dei patris q̄ fuit fabricator. i. creator mūdi apparuit: qm̄. xiiij. anno sue etatis credit virgo chr̄m ꝯcepisse ꝫm historiā. Mox q̄z ipsa vicꝫ dei mater est effecta in sua reputatione cepit decrescere ꝑ humilitatē: non tanq̄ꝫ matrē dei vel dominā mūdi: sed tanq̄ꝫ ancillā dei se reputando. Uñ ait Luce. j. Ecce ancilla dñi: fiat mihi ꝛc̄. Et sic in eo ꝙ despōsata est fabro significabat ꝙ esset spōsa dei creatoris mundi. Unde ꝛ voluit filius dei christus fieri faber lignarius cum Joseph patre putatiuo exercēdo artem illā vsq; ad etatis sue annū. xxx. sicut sonat scriptura Marci. vj. Et ibidem exponēdo testat Lyra. Deniq; claruit in ipsa desponsatione nō solum mysteriū diuine incarnationis: verūetiā maximū bonum humilitatis: vt quanto sit maior in oībus: tanto fiat et humilior: vt sit mater dei ꝛ vxor fabri. ¶ Jtem tertio hec veritas seu conclusio probat: quia desponsatio fabro lignario facta summe congruebat significationi nostre reparationis et saluationis per lignū crucis. Unde Cryſ. super Matth. dicit. Jdeo Joseph fabro lignario Maria dei mr̄ despōsata fuit: qm̄ sponsus ecclesie christus oīm salutem hoīm

Respōsio
Pria ṽitas.
Scđa ṽitas
Tertia ṽitas

Ad obiecta Ad primũ Maria ꝟgo [...] votũ [...]ginitatis [...] modis.

operaturus erat per lignũ crucis. Hec ille. Et sic ptꝫ re-
sponsio ad quesitũ. ¶ Ad obiecta in cõtrariũ respondet͂
Ad primũ: ꝙ vt dicit btũs Tho. iij. pte sum. q. xxviij. ar.
iiij. beata virgo habuit virginitatis votũ tribus modis.
¶ Primo in desiderio: qꝛ anteq̃ incarnatio filij dei ab an
gelo sibi annũciaret͂ virginitatẽ simpliciter ⁊ absolute nõ
vouerat: eo ꝙ nõ licebat: qm̃ in lege veteri ꝓhibitũ erat
ne sterilis quis fieret in israel Exo. xxiij. Propterea qꝛ
tpe legis oportebat generationi insistere tã viros q̃ mu
lieres: eo ꝙ etiã ex illo christus pplo expectabat͂ ẞm car-
nis originẽ nasciturus: habuit tñ beata ꝟgo tũc tpis vir
ginitatẽ ⁊ eius votũ in desiderio: vouitq̃ virginitatẽ sub
conditione. scꝫ si deo placeret: voluntatẽ suã ⁊ desideriũ
diuino cõmittẽs arbitrio. ¶ Secũdo beata ꝟgo habuit
virginitatẽ in facto: qꝛ postq̃ sibi innotuit hoc deo fore
acceptũ. scꝫ vt virginitatẽ voueret anteq̃ ab angelo sibi
denũciaret͂ ⁊ anteq̃ Joseph desponsaret͂: absolute virgi-
nitatẽ vouit. ¶ Tertio habuit virginitatẽ ex cõi bñpla-
cito. Nã postq̃ fuit despõsata: simul ipsa cũ sponso suo ex
cõi voluntate et beneplacito ac ꝯsensu virginitatis votũ
emisit. ¶ Ad argumentũ igit͂ dico cũ Alber. sup Missus
est. ca. xl. ꝙ licet btã virgo habuit firmũ ꝓpositũ ⁊ votũ
cõtinentie: poterat tñ ꝯsentire in despõsatione in marita-
lem societatẽ: facta tñ diuinit' inspiratõe vtriq̃ de altero
ꝙ vellet ꝟgo ꝑmanere: ⁊ sic cõsentire in ꝯiugalem vel ma
ritalẽ societatẽ: ⁊ nõ in copulã carnalẽ absolute. Et sic nõ
obstat verbũ Aug. dicentis: ꝙ vouẽtibus virginitatẽ nõ
solum nubere sedetiã velle nubere dãnabile est: qꝛ hoc in-
telligit͂ de nuptu carnalis copule: ⁊ qñ sine certificatione
a deo facta vellet quis post votũ virginitatis ꝯiugia cõ-
trahere. ¶ Ad secundũ obiectũ rñdet͂ ꝑ secundã ꝯclusio-
nem. Et ad ꝓbationẽ dico ẞm Alber. sup Missus est. ca.
l: ꝙ licet Sara. Hester: Rebecca: ⁊ plures alie sctẽ mulie-
res p̃figurarint btãm virginẽ Mariã: ꝓpterea tñ nõ cõ-
gruebat vt illarũ sponsi vel mariti p̃figurarẽt quo ad de-
nominationẽ sponsum beate Marie ꝟginis. Cum em̃ ipe
sponsus vicꝫ Joseph cõtrahere habuit cum virgine Ma
ria sanctũ cõiugiũ sine carnali copula vt virgo conciperet:
virgo pareret: ⁊ post partũ virgo ꝑmaneret: quã scꝫ bea
tam virginẽ virgo Joseph cõiugem in virginitate custo-
diuit ⁊ ministrauit eidem ac eius filio paterno affectu sin-
cero. Nullo modo igit͂ decens erat vt quo ad hãc despõ-
sationẽ spõsus beate virginis Marie p̃figuraret͂ ꝑ aliquẽ
talem qui extiterit maritus ꝑ carnalem copulã. Vñ cum
inter Saram et Abraã: inter Hester et Asuerũ: et eodem
modo inter Rebeccã et Isaac: ac alios cõsimiles copula
carnalis interuenerit: nõ decebat vt eis nominib' spõsus
Marie nominaret͂: sed decebat vt istud cõiugiũ ac castissi
ma desponsatio Marie prefiguraret͂ ꝑ Joseph qui casti-
tatem ⁊ fidelitatẽ erga vxorem domini sui seruauit: vt pa
tuit li. j. parte. ij. articu. iij. ca. xj. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ
hec desponsatio matris dei taliter et tali fieri debuit vt ⁊
humilitas cõmendaret͂ et nobis in exemplũ ꝓponeret͂: ⁊
cum hoc significationi mysterij incarnationis diuine: ac
nostre reꝑationis congrueret: sed quia si beata ꝟgo de-
sponsata fuisset alicui regi magno: humilitas nõ clauesce-
ret: si ꝟo pastori humilitas quidẽ claresceret: sed myste-
rio nõ satisfieret significatiõis p̃dicte. Similit͂ si piscatori
desponsata fuisset: non ita satisfactũ fuisset significationi
pretacte: ex p̃missis rõnibus circa tertiã conclusionẽ po-
sitis: ergo ⁊c̃. ¶ Itaq̃ concludit͂ ꝙ licet natiuitas salua-
toris ex beata virgine debuit manifestari ab angelis pa-
storibus ꝓpter hoc ẞm Lyrã sup Lu. quia pastores erãt
simplices ⁊ absq̃ cautelis malicie ⁊ occupati in officio san-
ctoꝝ patriarcharũ qui dicunt͂ fuisse pastores Geñ. xlvij.
Talibus aũt solent fieri diuine illuminatiões ⁊ ꝯsolatio-
nes: iuxta illud Matth. xj. Cõfitebor tibi pater celi ⁊ ter-
re: quia abscondisti hec a sapiẽtibus ⁊ prudentib': ⁊ reue-
lasti ea paruulis: licet etiã cõgruebat matrẽ sub cruce cõ-
mendari Joãni: non quidẽ rõne eius ꝙ Joãnes piscator
erat: quia hoc ad id nil ꝑtinebat: sed rõne virginitatis et
humilitatis: vt vicꝫ humilis discipulus Joãnes et virgo
virgini ⁊ humillime matri sue obsequiũ et solatiũ p̃beret.
Nihilominus cõgruebat vt virgo mater dei virgini Jo-
seph fabro despõsaret͂: sicut ex rõnib' antedictis in tertia

Ad secundũ obiectum.

Ad tertiũ

conclusione tactũ est. Vere ergo charissimi dei mater ꝑ oĩa
cõmẽdabilis nobis existit: honorabilis ⁊ deuote celebris
ꝑ quã miro ordine diuine sapientie nobis salus ꝓuenit.
Vere ⁊ Joseph ei' spõsus non imerito a nobis honorat͂:
et deuoti' ob honorẽ btẽ ꝟginis venerat͂: q̃ tantã grãm
meruit vt in spõsam familiarẽ matrẽ dei habuerit. O vti-
nam huic eoꝝ sctẽ societati pauꝑ ego ⁊ humilis seruulus
affuissem: ⁊ eis seruitia exhibere dignus fuissem.

¶ Articulus secũdus ꝙ ipse sctũs Joseph spõsus beate Marie debuit esse sanctissimus ⁊ mundissimus.

Capitulum. j.

SEcundũ mysteriũ dicit͂ san-
ctitatis. Ubi inuestigandũ est vtrũ iste Joseph
sponsus bñdicte ꝟginis Marie fuerit inter oẽs
viros sui tpis vir excellentissime sctitatis: vt dignus ha-
bitus sit eligi in spõsum ꝟginis dei matris. Et põt argui
ꝙ nõ: qꝛ si fuisset hõ gratiosus ⁊ magne sctitatꝭ: nõ debu-
isset dubitasse vel suspitionẽ hr̃e de btã ꝟgine dei p̃electa
mr̃e. Cũ em̃ dicat apl's. j. Coꝝ. iij. Charitas non cogitat
malũ. scꝫ de ꝓximo suo: sequit͂ ꝙ hõ ꝑfect' in grã ⁊ sctita-
te atq̃ charitate nõ poterit de altero quẽ nouit esse per-
fecte sctitatis hoiem suspicari sinistrũ vel cogitare malũ:
quin eoipo designet͂ veracit͂ ꝙ ipse nõ est bon' aut ꝑfect'
qui de alio ꝑfecto credere põt malũ. Qđ etiã ꝓbari põt
ex eo: qꝛ apud sctõs maxime: imo etiã apud alios ꝓbos
et imꝑfectos hoĩes dubia sunt in meliorẽ partẽ interpre-
tanda: vt habet regula iuris ex̃ de reg. iu. c. Estote. Sed
qꝛ iste Joseph nouit btãm virginẽ Mariã esse ꝑfectissime
sanctitatis. Tum ex attestatione virginũ cum quib' mo-
rata fuerat in tẽplo dñi a sua infantia: apud quas publi-
cum et famosum erat ꝙ ipsam quotidie visitabant angeli
dei ⁊ familiarit͂ ei cibũ deportabãt e celo. Tum ex miracu
lo diuino quo fuit coactus et pontificibus manifestũ: vt
ipse cuius vicꝫ virga germinauit florẽ ⁊ in ei' cacumẽ co-
lumba e celo veniens ꝯsedit despõsaret eã: vt patuit s̃. ꝑ
Hiero. et alios historiographos li. j. pte. vj. ar. iij. ca. j.
Tum q̃ꝫ ex splẽdore diuino in facie ei' relucẽte: ⁊ tñ suspi-
cat͂ ⁊ dubitabat de virginali btẽ Marie ꝯceptu: vñ noluit
traducere eã: sed voluit occulte dimittere eã Matth. j. se-
quit͂ ergo ꝙ ipse Joseph nõ fuit sctũs nec ꝑfectus: imo min'
bonus q̃ de tali ac tante ꝑfectiõis ⁊ sanctitatꝭ virgine su-
spitionẽ habuit adulterij. ¶ Itẽ ꝯfirmat͂: qꝛ ẞm sentẽtiã
doctoꝝ p̃cipue Alexan. de ales: ꝯcordat Tho. ij. ij. q. lx.
ar. iij. Suspitio mali de altero ꝯtingit seu ꝓuenit ex trib'.
¶ Primo ex longa mali expientia in seipso. Vñ Aristo.
ij. li. Ethi. dicit: ꝙ senes sunt maxime suspitiosi: eo ꝙ mul
totiens exꝑti sunt in seipis alioꝝ defect'. Senes em̃ inq̃t
cacoges sunt. Est em̃ cacogia in deterius extimare oĩa
Unde iuuencule mulieres si nubant viris seniorib'. semꝑ
ꝓpter suspitionẽ viroꝝ turbationes patiunt͂ ab eisdem.
¶ Secũdo ꝓuenit suspitio mali ex eo ꝙ aliq̃s male affi-
cit͂ ad alterũ. Cum em̃ quis cõtemnit alium aut odit vel
irascit͂ vel inuidet: ex leuibus signis opinat͂ male de ipso:
qꝛ vnusquisq̃ faciliter credit qđ appetit. ¶ Tertio ꝓue-
nit ex hoc ꝙ aliquis in seipso malus est: ex quo cõscius sue
malicie facilit͂ de alijs malũ opinat͂. Propterea Eccl's. x.
Stultus. i. pctõr in via ambulans: cum ipse sit insipiens
oẽs estimat insipientes. Et Sene. li. de moribus dicit.
Hoc habet oĩs affect': vt in q̃ ipse insanit: ceteros pu-
tet insanire. Vñ auarus cum ipse sit assuetus fraudibus ⁊
mendacijs in emẽdo: vendendo: credit oẽs ementes et
vendentes similia facere. Similiter luxuriosus cũ ipe vi-
deat ⁊ loquat͂ mulierib' mala intentione: ita quos videt
loqui vel respicere hmõi malũ inde iudicat. ¶ Ad ꝓpo-
sitũ. Ex q̃ Joseph dubitauit ⁊ suspicatus est malũ de bea-
ta virgine ⁊ ei' cõceptu: ꝓpter qđ et voluit dimittere eã:
ex quacũq̃ p̃missarũ causarũ hoc prouenerit: sꝑ derogat
eius sanctitati: imo ex causis pretactis suspicãdo arguit͂
ipse nõ bonus fuisse vel saltem valde imꝑfectus. ¶ Pro
hui' q̃stionis ꝓposite respõsione tripliciter ꝓcedemus.
¶ Primo dictas obiectiones de eius dubitatione vel su-
spitione soluẽdo. ¶ Secũdo ꝯclusionẽ respõsalẽ de eius
sanctitate inferendo. ¶ Tertio rõnes ꝓbantes sctitatis
eius excellentiã subnectendo.

Joseph spõsus btẽ Marie debuit esse sctĩssimus.

Suspitõ mali đ altero ꝯtingit ex tribus.

Capitulum.ij.

Cur Joseph noluit Mariã post despõsatõẽ ꝛc.


Primo itaq[ue] soluẽdo ꝓtactas obiectiões q̃ depedent ex eo qđ in euangelio scribit: q2 cũ btã virgo inuenta est habere invtero filiũ post despõsatione. Joseph noluit traducere eã: sed voluit occulte dimittere ꝛc. ¶ Notandũ est. ꝙ de hoc duplex est doctoꝝ sñia. Una est opinio quoꝝundã dicentiũ ꝙ Joseph videns beatã Mariam grauidã dubitauerit et vehementẽ suspitionẽ incurrerit de ope sinistro ex parte virginis: ꝛ idcirco voluerit dimittere eã. Et illi attribuũt hanc opinionẽ Augustino in sermone Castissimũ Marie virginis vterũ vel Uidi portã: licet a pluribꝰ asserat ille sermo non esse Augustini. Ego tñ nullo mõ credo ꝙ ista dubitatio fuerit firma in mẽte Joseph. Nec credendũ est ꝙ Joseph cũ esset vir iustus firmiter crediderit aliq̇d sinistri de virgine quã ꝓbauerat de tanta sctitate ꝛ desponsationis miraculositate. Si quis tñ hanc opinionẽ. scz ꝙ dubitauerit tenere vult: hoc habet credere ꝙ hec suspitio in mente Joseph nõ fuit oĩno firma sed dubia. Nam ẽm Tho. ij. ij. q. lx. ar. iij. Aliud est ex aliq̃bus signis dubitare de malo ꝓximi. Aliud est illud affirmare. Primũ pertinet ad humanã tentationẽ sine q̃ etiã sancti vitã istã nõ ducũt: ẽm illud Apl'i. j. ad Coꝝ. x. Tentatio vos nõ apprehendat nisi humana. Affirmare ꝟo ꝑ signis leuibus de ꝓximo malũ: ṗcipue qñ sunt plura ꝛ fortia signa boni: peccatũ est. Uñ Augus. sup illud. j. Coꝝ. iiij. Nolite ante tempus iudicare: ait. Et si suspitiones vitare nõ possumꝰ quia homines sumus: iudicia tñ. i. diffinitiuas sententias ꝯtinere debemꝰ. Hec ille.

Prima opinio

Secũda opinio.

Sed alia est opinio verioꝛ quã tenent Grego. Orige. et Joãnes os aureum: qui aperte ostendũt ꝙ Joseph qñ vidit Mariã pregnantẽ: nõ cogitauit aliquod malũ de ea: sed credẽdo bonitati virginis putabat ꝙ deꝰ aliquid opatus esset secrete in ea: ꝛ ex humilitate reputauit se indignũ eiꝰ cõsoꝛtio quã sciebat esse plenam deo. Uoluit ergo recedere ꝛ dimittere eã: timẽs ne ex ꝓsumptione offenderet si tante virgini cohabitaret: sicut in exemplo etiã Petrus ex eadẽ reuerentia dixit christo. Exi a me dñe: q2 homo peccatoꝛ sum. Unde Chryß. sup Matth. li. j. dicit. O inextimabilis laus Marie: magis credebat Joseph castitati eius q̃ vtero eius: plus grẽ q̃ nature. Manifeste ꝯceptũ videbat ꝛ fornicationẽ suspicari nõ poterat. Possibilius esse credebat mulierem sine viro posse concipere q̃ Mariã posse peccare. Hec ille. Huic sententie concoꝛdat Bern. sup Missus est: addens ꝙ ideo occulte voluit eam dimittere: q2 si manifeste dimitteret: causa diuoꝛtij quereret et exigeret. Et si diceret id quod sciebat et ꝓbauerat de virginis puritate: mox populus incredulus ꝛ dure ceruicis illum subsannarent: ꝛ illam lapidarẽt. Quomõ eñ crederẽt tacenti christo in vtero: quẽ postea crucifixerunt mira facientẽ ꝛ docentem in templo. Hec Bern.

Joseph nil sinistre credidit de maria pregnante.

¶ Itaq[ue] claret ꝙ Joseph nil sinistre credidit de virgine: sed cum vidit eam pregnãtem ꝛ in facie eius diuinũ splendoꝛẽ relucentẽ adeo ꝙ nõ poterat eam intueri: vt dicunt Bern. et Hierony. partim ex stupoꝛe: partim ex virginis reuerentia: ꝛ partim ex incõphensione operis. id est. virginalis cõceptus cogitabat se absentare ꝛ eam dimittere: totũ hoc factũ volens diuino ꝯsilio relinquere. Et ꝓpterea angelus sibi reuelauit hoc mysteriũ dicens. Noli timere accipe Mariã cõiugem tuã. id est. nõ expauescas cum illa habitare ꝛ sibi seruire: cuius deus te socium fecit in sancta puritate ꝛ deuotione castitatis qnã vna simul deuouistis mutua voluntate: qđ eñ in ea natũ est de spũsancto est. Et si queras: quare beata Maria non dixit eidem hoc diuinũ secretũ? Dicendũ ẽm Lyram sup Matth. ꝙ ideo: quia sciuit ꝙ talia non sunt reuelanda nisi quantũ se extendit voluntas diuina. Et ideo beata virgo tacuit: tenens firmiter ꝙ istud secretũ reuelaret tpe cõpetenti ex beneplacito voluntatis diuine sicut et reuelatũ est sancte Elizabeth miraculose Luc. j.

Questio

¶ Item quare Joseph non petiuit beatam virginẽ vt diceret? Dicendũ ꝙ ex reuerẽtiali timoꝛe non fuit ausus: ꝛ hoc factũ est ex diuina dispensatione: vt vicz ꝑ reuelationẽ angeli ipse Joseph et ꝑ ꝯsequens oẽs nos sic certificaremur in fide ꝙ nullo modo de cetero dubitari possit.

Capitulum.iij.

De sanctitate Joseph ꝯclusio.


Secũdo principalit ad q̃stionẽ ꝓpositã de sctitate Joseph ponit ꝯclusio respõsalis: quã saluo alioꝝ melioꝛi iudicio tutã fore decerno. Et est ꝯclusio talis. ¶ Fidei pie dictamen dat virginẽ christi matrẽ habuisse spõsum talẽ dei oꝛdinatiõe: vt nullus vir sibi parẽ habuerit sanctitatẽ aut eq̃lẽ puritatẽ toto ꝓtũc terrarũ oꝛbe. Dico notãter ꝓtunc: q2 licet Joannes baptista fuerit excellẽtissime sctitatis: vt teste saluatoꝛe Matth. xj. Int natos mulierũ nõ surrexit eo maioꝛ: tñ ipẽ Joãnes nondũ erat ꝓtũc. i. tpe despõsationis Marie: natus in mũdo: sed postea surrexit in mũdo. Pro illo aũt tpe arbitroꝛ ꝙ Joseph fuerit sanctissimꝰ in toto mũdo ṗ oĩbus hoĩbꝰ q̃ tunc erãt. ¶ Ad qđ credẽdũ ꝛ ꝓbandũ subnecto. Tertio rõnes q̃bus claret eius sctitatis excellentia. Et ad id est rõ triplex vicz philosophica: canonica ꝛ theologica.

Prima

¶ Prima rõ philosophica: q2 cũ iuxta Aristo. sententiã. Omnia bonum appetũt ꝛ diligunt: vnũq̇dq[ue] ens quãtũ habet de bonitate tãtũ habet de eligibilitate. li. iij. Topic. Sed q2 deꝰ ṗ oĩbus hoĩbꝰ mũdi hũc Joseph dilexit ꝛ elegit sibi in patrẽ putatiuũ ꝛ familiarẽ nutriciũ: ac sue sctissime mr̃i in spõsum ꝛ custodẽ virginitatꝫ deuotũq[ue] ministrũ: ĝ sequit ꝙ ṗ oĩbus hoĩbꝰ tũc in mũdo existẽtibus ipẽ Joseph fuerit melioꝛ ꝛ sanctioꝛ.

Secũda

¶ Secũda rõ canonica: q2 hr̃. xxiij. q. iiij. ca. Obtinere: ꝙ ṗdestinatio ita est a deo disposita vt electi meritꝭ ꝛ ṗcibꝰ ad ipam ꝑueniãt. Hec ibi. Sed q2 Joseph fuit ab eterno ṗoꝛdinatꝰ a deo ꝛ ṗdestinatꝰ in spõsuz mr̃is dei ꝛ nutriciũ chr̃i atq[ue] cetera mysteria diuĩe incarnatõis: ĝ deo disponẽte ipẽ tãte sctitatis ꝛ tanti meriti esse debuit vt ṗ oĩbus hoĩbus dignioꝛ ad hec ṗtacta mysteria redderet.

Tertia ratio theologica

¶ Tertia rõ theologica: q2 quãto ad maioꝛẽ dignitatẽ spũalẽ: et ẽm deũ existentẽ eligit deꝰ aliquẽ: tãto eundẽ facit bonũ ꝛ melioꝛẽ. Uñ Aug. in glo. sup Ephe. j. dicit. Deus q̃s elegit facit bonos: sic ait aplꝰs. Elegit (inq̇t) nos vt essemus scti ꝛ imaculati in cõspectu eiꝰ in charitate: q̇ ṗdestinauit nos ĩ adoptiõez filioꝝ ꝑ Jesũ chr̃m. Hec ille vbi s. Sed q2 deꝰ elegit ab eterno hũc Joseph ad sũmas grãs et maximas ẽm deũ dignitates: vt patuit: ĝ sane credo ꝙ sicut suã reuerẽdissimã matrẽ quã preelegit ab eterno: vt decebat dignissimã ꝛ sctissimã fecit: sicut etiã suũ ṗcursoꝛẽ sctissimũ elegit ꝛ fecit: atq[ue] discipulos ꝛ aplos q̃s elegit vt mũdi lumina foꝛent effecit sanctissimos. Ita hũc Joseph quẽ in spũalissimũ sibi ꝛ sue mr̃i nutriciũ atq[ue] spõsum elegit ita eũ sctissimũ effecit ꝙ dignissimũ ṗ oĩbus hoĩbꝰ reddidit. ¶ Secure igit charissimi eiꝰ meritis nos cõmẽdare possumꝰ: merito eiꝰ suffragia exoꝛamus: q2 magnũ vt ꝓpote sctissimus valet corã chr̃o efficere et impetrare bñficiũ ꝑ nobis. Itẽ ad sctitatis ipius Joseph excellentiã ꝓbandam faciũt etiã priuilegia imediate infra ar. iii. descripta: quibus eum deus dignificauit et sanctificauit.

¶ Articulus. iij. ꝙ sanctitas Joseph sponsi Marie duodecim priuilegijs est dignificata.

Sctitas Joseph sponsi Marie duodecim priuilegijs dignificata.


Tertiũ mysteriũ declarandũ in hac pte ẽ dignitatis. Quãte nempe dignitatis et priuilegiate sanctitatis sit iste Joseph benedicte virginis Marie sponsus elucidando aduertere debemus: quia quicquid gloꝛie et laudis impendimus sponso. scz Joseph totũ est ad laudem sponse. id est. beatissime virginis matris dei. Ad cuius gloꝛiam vt maioꝛi deuotione moueamur erga hunc sanctissimum sponsum Joseph. Notare possumus ꝙ sicut beatissima virgo mater dei gloꝛiosa existit coꝛona duodecim stellarũ: iuxta illud Apocalip. xij. In capite eius coꝛona duodecim stellarum. Ita sanctissimus eius sponsus Joseph inter omnes sanctos comprobat fore gloꝛiosus duodecim priuilegijs sanctitatis tanq̃ duodecim stellis relucentibus in coꝛona gloꝛie ipsius: que quidẽ oꝛdinari possunt in tribus quaternarijs: quoꝝum primus potissime se habet ex parte suipsius. id est. Joseph. Secundus ex parte virginis bñdicte eius sponse atq[ue] filij eiusdẽ virginis Jesu christi benedicti. Tertius quaternarius indifferẽter se habet vel teneri potest vt claret in subscripta quaternarioꝝum diuisione.

¶ Primũ priuilegiũ nobilissime generatiõis
¶ Scđm euãgelice commendatiõis
¶ Tertiũ dignissime electiõis
¶ Quartũ virginee gl'iationis
¶ Quintũ priuilegiũ singularissime dilectiõis
¶ Sextũ sanctissime ꝯuersationis
¶ Septimũ meritorie auxiliatiõis
¶ Octauũ ꝑmaxime honoratiõis
¶ Nonũ priuilegiũ p̄celse gl'ificationis
¶ Decimũ dulcissime ꝯsolationis
¶ Undecimũ angelice frequentatiõis
¶ Duodecimũ potissime impetratiõis

Cap'm primum

Primũ priuilegiũ sanctitatis Joseph nobilissime generatõis.

PRima itaq; stella seu priuilegiũ sanctitatis Joseph beatissimi d'r nobilissime generatõis: quia erat de domo Dauid ꝛ generatiõe nobilissima: ex qua chr̄s descẽsur⁹ erat ꝯm carnẽ: sicut ꝑ ꝓphetas fuerat p̄dicatũ. Nimirũ ad nobilitatẽ summã ei⁹ ꝑtinet ꝙ ip̄e Joseph fuit de eadẽ tribu ꝛ familia cuz Maria matre dñi ỽgine nobilissima. Uñ ꝛ genealogia christi describit' ꝑ Joseph ab euãgelistis: licet Joseph fuerit penitus alienus a ꝯceptiõe chr̄i: qui de sola ỽgine nat⁹ est ꝛ ꝯceptus a spũsancto. Nihilomin⁹ ꝑ genealogiaz Joseph descriptã Matth. j. ꝛ Lu. iij. sufficiẽter ꝓbat' ꝙ Jesus Marie fili⁹ fuerit de stirpe Dauid: vt d't Lyra: q2 Joseph fuit de eadẽ tribu cũ Maria: qđ ꝓbat' ꝑ hoc quia ꝯm legẽ mulier ad quã ꝑtinebat hereditas patetna nõ poterat ꝯtrahere m'rimoniũ nisi cũ viro sue tribus ne fieret ꝯfusio sortiũ. vt habet' dicta sñia Nũe. xxxvj. Btã aũt ỽgo Maria fuit vnica Joachim patri suo succedens ei in hereditate: ꝛ ideo ex lege cogebat' viro sue tribus nubere ꝓpt' hoc et iuit cũ Joseph in Bethleẽ ciuitatẽ Dauid vt ꝓfiteretur cũ eo. Luce. ij. Hec Nicola⁹ sup̄ Matth. Si aũt vis scire modũ ꝑ quẽ fuerũt de eadẽ tribu ꝛ familia. sc3 Dauid Damascen⁹ li. iiij. ca. vj. describit dicẽs beatã Mariã descendisse a Dauid ꝑ Nathan. Joseph per Salomonẽ. Dauid

Genalogia Maria ꝛ Joseph.

quippe inter ceteros habuit duos filios. sc3 Nathan prophetan ꝛ Salomonẽ sapientissimũ regẽ: vt patet. j. Paral'. iij. ¶ Scđm aũt ꝙ refert Lyra in postilla sup̄ Lucã: licet om̄es sapiẽtes Hebreoꝝ ꝯcorditer tenerent ex scripturis chr̄m debere descẽdere de Dauid. Aliqui tamẽ eorũ opinabant' ip̄m descendere a Dauid ꝑ Nathan ꝓpt' excellentiã sanctitatis ꝛ ꝓphetie ip̄ius Nathan. Alij ỽo per Salomonẽ ꝓpter dignitatẽ regiã ꝛ excellentiã sapientie ꝯm veritatẽ aũt descendit per vtrũq;: aliter tñ: q2 ꝑ Salomonẽ descẽdit ꝯm lineã naturalis generatiõis. ꝑ Na-

Nathan

than ỽo ꝯm lineã generatiõis legalis: quia Joseph sponsus beate ỽginis fuit filius Heli adoptiu⁹ seu legalis ꝯm Hiero. Qđ vt magis intelligat'. ¶ Nota ꝯm Joãnẽ Damasce. ꝙ ꝑ cathenã Nathan ꝓphete filij Dauid descẽdit

Melchi

Melchi: a quo Melchi q̃rto gradu descẽdit: ꝛ distat in recta linea ip̄e Joseph: vt ptz Lu. iij. Unde Melchi est ip̄si Joseph abauus: vulgari⁹. i. auus aui. ¶ Iste Melchi habuit fratrẽ noĩe Panthera: qui genuit Barpãthera. ꝛ hic genuit Joachim: qui genuit beatã Mariã. Per cathenã aũt ip̄ius Salomõis filij Dauid naturalis descẽdit Mathan q̇ fuit auus sancti sp̄osi Joseph. Matth. j. ¶ Item Mathan habuit vxorẽ ex qua genuit Jacob patrez Joseph. vt ptz Matth. j. Defũcto aũt Mathan: ip̄e Melchi de q̊ antea meminim⁹: sc3 ex catena Nathan ꝓphete: frater vic3 Panthere nupsit vxori Mathan: ip̄si matri vic3 Jacob: ꝛ genuit ex ea Elij. Facti sunt ergo fratres vterini Jacob⁹ ꝛ Elij: sed d' duob⁹ fratrib⁹ a Dauid diuersimode descendẽtibus: quia Jacob a Mathan ex tribu vel catena Salomõis. Elij ỽo a Melchi ex tribu seu catena Nathan. Elij aũt accepta vxore mortuus est sine semine. Et idcirco Jacob frater eius accepit vxorem fratris sui vt ei suscitaret semen: ꝛ genuit Joseph. Ita ergo Joseph fuit

Elij fili⁹ legalis

filius naturalis ip̄ius Jacob. prout dicit Matth. j. cap̄. ¶ Fuit etiam idem Joseph filius legalis. Elij: quia fili⁹ qui nascebatur ex tali vxore erat quidem ꝯm naturã generantis: ꝯm aũt legem defuncti. Et sic dicit Lucas ca. iij. Joseph fuisse filium Elij. Hec ꝯm Joannem Damascenũ Deniq; ꝯm Nicolaum de Lyra in postilla super Matth. hec cõtrarietas ꝙ Matth. dicit. Mathan genuit Jacob: ꝛ Jacob genuit Joseph. Lucas ỽo dicit. Mathat genuit Elij. ꝛ Elij genuit Joseph. sic soluitur. ꝙ Mathat ꝛ Mathan ambo descenderunt a Dauid. sed Mathat fuit filius Dauid adoptiu⁹: Mathan aũt per Salomonem. Et isti duo Mathan ꝛ Mathat habuerunt vnam vxorem successiue que dicta est Jesca. ꝛ ista a Mathan concepit Jacob. ꝛ a Mathath Elij. ꝛ sic Jacob ꝛ Elij fuerunt fratres vterini: vt dictum est. Ex his omnibus aperte monstrat' nobilitas tam beate virginis q̃3 eius sponsi Joseph sanctissimi: quia fuerunt propinqui si bene calcularetur: forte in sexto gradu cõsanguinitatis: quo gradu non ꝓhibetur ꝯm iura etiã matrimoniũ ꝯtrahendi. Et quidẽ quãta sit eoꝝ nobilitas generis. ptz: q2 Mattheus ponit tres quaterdenas generatiões ab Abraã vsq; ad chr̄m. in q̇b⁹ describit' generatio a quattuordecim patriarchis ꝛ quattuordecim regib⁹ ꝛ quattuordecim ducibus. ꝯm ꝙ dicit Nicolaus de Lyra. O igitur q̃3 nobilissimus est iste sp̄osus q̇ vtiq; est ꝓpinquus multoꝝ sanctorum istius genealogie immo ꝛ Joannis baptiste ꝛ plurimorũ apostoloꝝ fratꝝ christi.. Insuper ꝛ matris dei atq; ip̄ius christi per m'rem qđ est summũ. Sicq; ꝓpinquitate ꝯiunctus est deo p'ri et filio ꝛ spũisancto: per hoc ꝙ chr̄s dei filius carnem assumpsit ex eius genealogia.

Cap'm secundũ

Scđa stella euãgelice cõmendatõis.

SEcũda stella est priuilegiũ euãgelice cõmẽdatiõis: q2 in euãgelio ip̄e Joseph cõmendat' iustus fuisse: Matth. j. Joseph cum esset iust⁹ nolebat traducere ꝛc̄. quo ỽbo ip̄e cõmendat' a ꝑfecta ỽtuositate: q2 vt testant' doctores catholici ꝑcipue in talib⁹ scriptis accipit'. inquãtũ iusticia ỽtus est general' oẽs ỽtutes cõprehẽdens. Unde Macrobius li. de virtutib⁹ dicit: ꝙ ex iusticia ꝓcedũt amicitia: innocẽtia: cõcordia: pietas: religio. i. cult⁹ dininus: affectus. i. dilectio fraterna ꝛ humanitas: que om̄ia creduntur perfectissime fore in Joseph. ꝓpter qđ merito iustus nõiatus est: quia vt Tullius li. de offi. ait. Justicia virtutis splẽdor est maximus: ex qua boni viri nõiant'. Et Aristo. v. li. Eth. dicit. Preclarissima virtutũ: sc3 moraliũ videtur esse iusticia. et nec hesperus nec lucifer ita mirabiliter lucet. Unde maximũ est hoc priuilegiũ Joseph vt dicat' quasi antonomasice. i. ꝑ excellentiã iustus in sacro euãgelio. Uñ argui põt: q2 in ip̄o videre potuisses virtutes oĩm patriarchaꝝ ꝛ ꝓphetarũ. Et certe haud dubiũ: q2 in ipso erat obedientia prompta que ꝛ fuit in Abraam. patientia Joseph patriarche: humilitas Dauid: deuotio prophetarum et sanctorum patrum ꝛc̄. quibus dignus reddebatur sponsus tante virginis.

Cap'm tettium.

Tertia stella dignissime electiõis

TErtia stella est priuilegiũ dignissime electiõis. Alij quippe sancti electi sũt. Quidam in seruos tm̄: vt sancti angeli: de quibus Hebre. j. Om̄es sunt administratorij spiritus. Quidã in ꝯuos ꝛ amicos: sc3 dei: vt sancti ap'li. q̇bus Joã. xv. saluator ait. Jã non dicã vos seruos sed amicos ꝛc̄. Nullus autẽ sanctus p̄ter Joseph est electus in hanc precelsam dignitatem: vt fieret ꝛ seruus ꝛ amicus: ꝛ insuper pater christi putatiuus. ac sp̄osus matris dei. Unde post dei m'rem summam dignitatem ip̄e obtinet.

Cap'm quartum.

Qurta stella virginee gl'ificatõis

QUarta est priuilegiũ virginee gl'iationis: q2 refulget gl'ia ꝛ aureola virginitatis. Fuit eñ virgo incõrrupt⁹: quã virginitatẽ vouerat mutuo ꝯsensu vna cũ b'ndicta ỽgine: sicut supra patuit Hoc aũt ꝓbat' auctoritatib⁹ vic3 doctoꝝ: et rõnib⁹ atq; sil'itudinib⁹. ¶ Primo inquã doctoꝝ auccoritatib⁹ q̇b⁹ ꝛ ꝯuincit': q2 liber infantie saluatoris qui ditit: ꝙ Joseph de alia vxore habuerit filios: in hoc dicto nõ est tenẽd⁹. q2 falsum dicit: sicut ꝛ in quibusdã alijs certis locis. vt pote ꝙ obstetrices btã ỽgo habuerit in partu: ꝛ sil'ibus: quibus reprobat'. Ad id aũt: sc3 ꝙ Joseph virgo fuerit ĩcorruptus ꝛ ꝑpetu⁹ est. ¶ Primo auctoritas Hierony. contra Heluidiũ dicentis sic. Grata inquit gratia: et florida fuit virginis matris: et Joseph societas. et sicut amatores puritatis in matrimonio virginitatis fuerunt a spiritusancto electi. Hec ille. Unde credo post ỽginẽ m'rem

Aug⁹.

fuisse hunc Joseph puritatis maximū amatorem. ¶ Ad idem est auctoritas etiã Augu. li. de ꝯiugali bono expͤsse dicentis: ꝙ Joseph nisi virgo fuisset: virgo mater dei nequaꝗ in spõsam sibi a deo data fuisset: alias hoc sanctum ꝯiugium claudicasset. Nicolaus quoqꝫ de Lyra sup Math. ca. j. in postilla hoc credendū asserit ⁊ dicit: ꝙ cū Maria esset desponsata Joseph: iam erat in domo ipsius Joseph ꝭm Chryſ. Et qꝛ modus erat iustoꝝ nõ pficere matrimoniū ꝑ carnalē copulã: nisi prius vacarēt orõi per aliqᵭ tp̃s implorãdo diuinã misericordiã: vt ptꝫ Thob. viij. Et tunc inquit credit̃ reuelatū esse ipi Joseph ꝓpositum Marie de obseruãda ꝟginitate: tūc quoqꝫ ex cõi consensu vouerunt virginitatē: quã quidē virginitatē ipe Joseph habebat etiam antea in desiderio ⁊ in ꝓposito: sed votuꝫ nõ expͤsserat. ¶ Contraxit igit̃ matrimoniū coact⁹ ꝑ miraculū virge germinãtis ⁊ colūbe de celo venientis ⁊ cõfidentis: cõmittens se diuine voluntati: ⁊ tūc ex reuelatiõe diuina cognoscēdo ꝓpositū Marie: ex cõi consensu vouerunt virginitatē. Uñ Joseph adhuc virgo erat. ¶ Scᵭo ad id ꝓbandū idē Nico. de Lyra. adducit rõnem talem. Quia cum chr̃s in passione sua nulli mr̃em suã seruãdam tradidit nisi virgini: non est ꝓbabile ꝙ ante ꝯceptū dum adhuc esset iuuēcula traderet̃ alicui nisi ꝟgini custodiēda ¶ Tertio ꝓbari põt similitudinibus. qꝛ cum de similitudinib⁹ idem sit iudiciū: vt dicat regula logica: exquo chr̃s in omnibus maiorē quam habuit ⁊ specialiorē societatē ac familiaritatē. sꝑ cum virginib⁹ habere potissime voluit iuxta illud Cañ. vj. Qui pascit̃ inter lilia scꝫ ꝟginitatis. Unde ⁊ mr̃em virginē eligere voluit virgineo lacte nutrire voluit: in sinu virgineo recūbere. Sed ⁊ discipuluꝫ virginē scꝫ Joannē familiarius dilexit: ⁊ in pectore suo reclinari euꝫ voluit in cena. Item p̃cursorē virginem habere maluit: s. Joannē baptistã. Juxta qꝫ crucē virginē mr̃em: ⁊ virginem discipulum astare voluit: sed ⁊ in sepulchro quasi ꝟgineo. i. in quo nondū quisꝗ positus fuerat locari voluit. Deniqꝫ a virgine Martha ministeriū sibi ⁊ hospitiū exhibitū plus placuit. Preterea in celo semꝑ ꝟgines in comitatu habere vult qui eū sequunt̃ quocūqꝫ ierit. Apo. xiiij. Sane g̃ iudicãdū ⁊ credendū est: ꝙ patrē putatiuū ⁊ nutriciū atqꝫ ministrū suū ⁊ sue matris spõsuum non nisi virginē habere voluit: vt virginū societatem ab instanti cõceptiõis vsqꝫ ad tp̃s sue manifestatiõis ⁊ p̃dicatiõis semꝑ habuerit ⁊ inter virgines ꝯuersatus fuerit.

Joseph vouit castitatē.

Capl̃m quintū

Quinta stella est priuilegiū singularissime dilectionis.

QUinta stella est priuilegiuꝫ singularissime dilectiõis: qꝛ inter Mariã ⁊ Joseph fuit amor sanctissim⁹ ⁊ singularissim⁹: ⁊ Maria post filiū maigis amauit Josep qꝫ aliū sctm̃: quia fuit spõsus ei⁹ ⁊ ei in oĩb⁹ necessitatib⁹ ꝓuidēs. Pie em̃ credit̃ ꝙ spiritussctūs ꝟginē Mariã ⁊ Joseph sctõ amore mutuo vniuit: ⁊ nisi iste amor a spūsctõ inter eos castus ⁊ sctūs p̃cessisset mr̃imoniū eoꝝ ꝯtractū non fuisset. Dilexit igit̃ ꝟgo Maria Joseph tãꝗ spõsum suū sanctissimū a deo sibi miraculose datū. Et ꝭm mgr̃m Ubertinū de Cassali. li. q̇ intitulat̃ Arbor vite crucifixi Jesu. Credendū est inquit: ꝙ btã ꝟgo q̇ in oĩbus a spūsctõ agebat̃: fuit ab eodē spūsctõ certificata de sanctitate Joseph ⁊ de diuina ꝓtectõe: ita ꝙ nõ dubitauit: immo certa fuit ꝙ Joseph nunꝗ vellet eã carnaliter amare vel ꝯcupiscere: sed purissimo amore ex diuina dilectiõe deuote sibi seruire: ⁊ ideo non mirꝫ si plene in Joseph ꝯiugiū ꝯsensit: vt veꝝ matrimoniū fuerit int̃ eos nunꝗ habendo respectū ad carnalē ꝯcupiscentiã vl̃ actū. Unde patet qꝛ singulari diuino amore ⁊ castissimo se mutuo dilexerunt.

Capl̃m sextum

Sexta stella sãctissime cõuersationis.

SExta stella dꝛ priuilegiū sanctissime ꝯuersationis. Ista em̃ est regula generalis qꝛ cū sancto sanctus eris: ⁊ cuꝫ ꝑuerso ꝑuerteris: teste psal̃. Uñ qui malã habent societatē in hoc mundo: male agūt: ⁊ econuerso: qui bonã bene. Erit em̃ ꝙ vn⁹ malus malã habet voluntatē ⁊ in societate bonorū si fuerit. vnus bonus suis exhortationibus ꝓhibet ⁊ retrahit illū ⁊ ecõuerso. Itaqꝫ cū Joseph habuerit sanctã societatem Marie: ᵭ qua Ambro. Uirgo fuit sanctior alijs: plena spiritusancto. Et ꝓpterea q̇d credis qᵭ agebat Joseph: qñ videbat spõsam suã in nocte surgentē ad orõnem: ⁊ plorantē ac deū collaudantē. An nõ credis ꝙ ad bene agendū inflãmaret̃? Arbitror ꝙ sepe orabat cū orante: ⁊ cum virgine pariter benedicebat deū. Cõsidera quantū erant deuota corū colloquia: ⁊ qñ Maria loquebat̃ de deo ille stupebat. ¶ Itē ꝯsidera quõ btã virgo om̃ia secreta mysteria diuine incarnatiõis ei pandebat: ⁊ pariter ꝯferebãt quõ chr̃s de ea natus ꝭm ꝓphetias deberet in mūdo viuere: ⁊ ꝓ hõibus pati ⁊ mori. ¶ Itē ꝯsidera quantū stetit cū Maria: qꝛ fere. xxx. annis. Licet em̃ de morte Joseph in scriptura non repit̃: sed ꝯstat qm̃ paꝝ ante baptismum christi mortuus fuerit. Nã qñ chr̃s disputabat in templo viuus erat. Tp̃e aūt passionis non fit mentio de eo. Cuꝫ g̃ tot annis steterit cū virgine in sancta ꝯuersatiõe: sequit̃ vtiqꝫ ꝙ magni meriti fuit ⁊ magne sanctitatis.

Capl̃m septimum

Septĩa stella meritorie acqsitõis auxiliationis

SEptima stella: est priuilegiū meritorie acquisitionis auxiliatiõis: qꝛ ipe meruit in oĩbus laboribus ⁊ in om̃i negocio ꝟginis Marie: ⁊ christi auxiliū p̃bere: vt ptꝫ qñ ꝟgo in Bethleē ad pariendū ascēdit: qñ in Egyptū aufugit. ⁊ ĩ exitu de egypto atqꝫ in q̃rēdo paruulū chr̃m ꝑditū. Lu. ij. Quis in oĩb⁹ his eã sociauit ei: ⁊ nisi Joseph: q̇ cū plorãte ꝟgine plorauit ⁊ cū dolēte doluit. Uñ Maria ait. Ego ⁊ pater tu⁹ dolentes querebamus te.

Capl̃m octauū

Octaua per maxime honoratiõis

OCtaua stella ꝑmaxie honoratiõis. Quere quē volueris post ꝟginē in terris cui chr̃s tãtū honorē exhibuit sicut Joseph: cui vt dꝛ Luce. ij. erat subdit⁹ descēdēs ĩ Nazareth. Ista aūt subiectio erat vt volūt doctores ꝙ illa diuinitas aliqñ familiarit̃ ministrabat Joseph: dabatqꝫ sibi tobaliã: seu manutergiū ad tergendū man⁹: aquã ad lauandū: sedile offerebat ad residendū: nec dubites ꝙ multa obsequia fecit de⁹ ipi: ergo ⁊c̃.

Capl̃m nonum

Nona p̃celse gratificatiõis.

NOna stella: est priuilegiū p̃celse gratificatiõis. Nam quis sanctoꝝ tantam gratiam ꝓmeruisse cernit̃ sicut Joseph si aduertimus rõnem electionis atqꝫ rationem meritorie sue seruitutis Nimirū si pensam⁹ rõnem electionis: vtiqꝫ ipe magnam gratiaꝫ habere debuit: quia quãdo aliquē deus eligit ad tantã gr̃am vt sit sibi tamfamiliaris: sicut patuit semper sibi dat maximas gratias. Et ꝓpterea eligendo ipm̃ Joseph ad tantū mysteriū quantas gratias sibi dedit cogita. ¶ Itē si pensam⁹ eius seruitutem: quis repitur q̇ tantū seruierit ꝟgini Marie atqꝫ chr̃o sicut Joseph. Modo chr̃s dixit Jo. xij. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eū pater me⁹. Quantū g̃ putas honoris ⁊ gratie de⁹ pater exhibuit ꝓ tanto seruitio Joseph. ¶ Itē si benedicta virgo est tã gratiosa ꝙ qui dicit ad ei⁹ reuerētiã vnuꝫ Aue Maria: facit sibi gratiam quantomagis credis quid fecerit Joseph: qui tanto tempore ⁊ in tantis eidem et filio seruiuit.

Capl̃m decimū

Decima stella dulcissime ꝯsolatõis

DEcima est priuilegiū dulcissime consolationis. Reuera nullus sanctoꝝ habuit vel hr̃e potuit tãtã ꝯsolationē de chr̃o sicut Joseph hic ĩ terris q̇ vidit oĩa q̇ ꝓphete p̃dicauerūt de ꝟgie ⁊ de ꝟbo incarnato. quē ⁊ portauit manibus ac tetigit: fide sensit. osculatus est: ⁊ multotiēs amplexatus est. Si ergo Abraam exultauit vt videret diē chr̃i. vidit ⁊ gauisus est Jo. viij. q̃nto magis Joseph gauisus est qui vidit et tetigit ꝑ expientiã. Deniqꝫ ꝯsolationē habuit. Petrus qñ vidit faciē ⁊ gl̃iam chr̃i in transfiguratiõe adeo vt efficeret̃ quasi fatu⁹ nesciens q̇d diceret. Dñe inquit bonū est nos hic esse. Matth. xvij. Consolationē habuit Joannes qñ dormiuit suꝑ pect⁹ Jesu. Oēs etiã apl̃i ꝯsolabant̃ qui mãducabãt ⁊ bibebant cū verbo vite. Magna vtiꝗ dulcedine tenebat̃ Magdalena qñ iuxta pedes Jesu sedens: audiebat verbū illius. Beat⁹ frãciscus dum semel oraret apparuit ei chr̃s q̃si crucifixus di. Francisce amice tolle crucē tuã ⁊ seq̃re me. Et mox pre maxia dulcedine ei⁹ affect⁹ fuit quasi fatuus ⁊ spiritu ebri⁹. Fratri Ruffino apparuit beata virgo cū filio in brachio tenēdo: ⁊ tantã cõsolatio-

nem habuit ipe frater Rufinꝰ ex illa visione ꝙ q̄ſi aïa exi
uit de corpe. Quid tunc Joſeph habuit ꝯſolatiōis q̄ tan⸗
to tpe habitauit cū chr̄o ⁊ virgine matre: comedit in vna
menſa: cum eis dulciſſima colloquia habuit multotiens ⁊
quotienſcūq; voluit. Et vt pie credo chr̄s ſepiſſime oſcu⸗
labat ipm Joſeph: ſicut ſolet facere filij puuli ſuis prībꝰ.
O igit Joſeph ſanctiſſime: o q̄nta fuit ꝯſolatio tua quan⸗
do chr̄m natū quē filiū dei crediditi in vlnis tenuiſti: qn̄
angeli cecinerunt Glr̄ia in excelſis. Et in multis alijs acti⸗
bus eius felicibus. Uere dicere poteras cū pſ̄. Conſola⸗
tiōes tue dn̄e letificauerūt aïam meā. O aïa mea q̇d face⸗
res ſi ſaltē ſemel oſculari a chr̄o mercreris.

Undecia an gelice viſita tionis

Caplm vndecimū

Undecia ſtella priuilegiū āgelice freq̄ntatōis ⁊ viſitatiōis. Non em̄ oibꝰ ſanctꝭ donatū eſt fre quēter angelos videre ⁊ alloqui. Joſeph autē ſepius hāc gr̄am ꝓmeruit: ſicut ptꝫ cū angelꝰ ei apparuit di. Noli timere accipe ꝯiugē tuā: ⁊ cū monuit vt in Egyptū iret. Itē cū poſt reuerſum angelꝰ ei apparuit monēs vt in ptes Galilee: ſcꝫ Nazareth diuerteret habitaturus. Pie etiā credo ꝙ multis alijs vicibus vidit angelos virginem benedictā viſitantes ⁊ ꝯſolātes: qꝛ vt dt Hiero. quotidie eā viſitabāt angeli: cibū ei ferentes:

Duodecima potiſſime ſuf fragationis.

Caplm duodecimū.

Duodecima ſtella eſt priuilegiū potiſſime impe⸗tratiōis ſeu ſuffragatiōis. Alij q̇ppe ſancti poſt bn̄dictā ꝟginē nō ita potiſſime habēt ⁊ pn̄t im⸗petrare nobis ſuffragia ſicut Joſeph ſāctiſſimꝰ. Rō: qꝛ alij ſancti ſolū depcatorie ſeu ſupplicatorie tanq̄ ſerui dei ꝓ ſuis meritis habēt impetrare ꝑ nobis. ſꝫ ſctūs Joſeph in celeſti regno q̇dāmō etiā auctoritatiue tanq̄ pater chr̄i putatiuꝰ et nutriciꝰ habet impetrare: qꝛ chr̄s habet eū honorare: iux̄ illud. Honora pr̄em tuū ⁊ matrē Exo. xx. Ex q̇ habet q̇dāmō ius p̄cipe poſſe chr̄o: nō tm̄ mō ſupplicare ſicut alij. Quiſq̇s ḡ ei deuote ſeruit q̇ſq̇s eiꝰ ſuffragia expoſcit: haud dubiuꝫ: qꝛ exaudiet in orōnibus apud chr̄m. Non em̄ eſt fas ei negare qd̄ petit ꝓpter paternū honorē. O igit aïa fidelis ex his vide q̄nte ſanctitatis ſit iſte Joſeph ⁊ quāti meriti corā deo vt deuotiꝰ mo⸗ueri ſtudeas erga ipm. O q̄ dulcis eius ſocietas fuit cum beata ꝟgine ⁊ chr̄o. O quanta nunc ī celo felicitas eiꝰ. O virorꝝ feliciſſime ⁊ ſanctiſſime Joſeph rogamus ora ꝓ nobis vna cū tua ſponſa virgine bn̄dicta apud chr̄m vt nos ꝑducat ad celeſte regnum Amen.

De ſūma pu ritate marie.

¶ Pars tertia libri octaui de ſumma puritate beate ⁊ glorioſe virginis Marie.



Nihil immundū in illā incur⸗rit: candor em̄ eſt lucis eterne: ⁊ ſpeculū ſine macula dei maieſtatꝭ. Hec verba ſcribunt originaliter: Sap̄. vij. ⁊ accipiunt ꝯuenientiſſime de glr̄ioſa virgine mr̄e dei. Tū qꝛ libri q̄ intitulant de ſapiētia ſpāliter exponunt de btā ꝟgine ⁊ que de ſapientia dicunt interp̄tant eccl̄ia q̄ſi de ꝟgine bn̄dicta dicant. Tū qꝛ oīs ſcriptura q̄ de chr̄o dr̄ pōt accipi ⁊ dici de btā virgine: excepta ea que de ꝑſonali vnione diuinitatis loquit et hoc ꝓpt nimiam vnitatē ⁊ plenā aſſimilationē virginis matris ad filiū: vt vult Magnus albertꝰ ſup Miſſus eſt. Et idcirco hec ſcriptura noſtri thematis ꝯueniētiſſime de beata virgine accipit q̄ ꝓprie de ſapiētia dei pr̄is. i. chr̄o ſcribit. In q̇bus q̇dē ꝟbis ſapiēs ſpūſctō loquente tripl̄r cōmendat puritatē beatiſſime ꝟginis Marie.

Primo

¶ Primo q̇dē ꝙ ſit ſumme mūdicie. immunis oīs peccati originalis: mortalis ⁊ venialis ſorde. Ideo dt. Nihil immūdū incurrit in illā. hoc quo ad pctm̄ mortale: ⁊ poſtea: ſpeculū in̄quit ſine macula: hoc quo ad pctm̄ veniale ⁊ etiā originale. Uere o aïa deuota ꝑmaxime tibi reddit laudabilis ⁊ venerabilis. ac amabilis ipa ſanctiſſima dei mr̄ q̄ in ſua puritate ac mun⸗dicia ꝟginali meruit ꝯcipe. filiū dei: ꝓpterea eccl̄ia canit. Sancta ⁊ īmaculata ꝟginitas q̇bꝰ te laudibꝰ efferā neſcio qꝛ quē celi cape nō poterāt tuo gremio ꝯtuliſti.

Scdo

¶ Scdo in ꝓmiſſo themate cōmendat ſapiens puritatē ꝟgis Marie ꝙ ſit ſublimis ⁊ ſumme excellentie ſupra puritatē oīs creature. Unde ſubdit. Candor eſt em̄ lucis eterne. i. diuine: ſcꝫ ꝑ participationē. Etem̄ vt dt Anſ. ipa tanta puritate nitebat ⁊ nitet ꝙ ſub deo nequit maior intelligi. O q̇d cogitare aut dignū dicere poſſumꝰ de te o piiſſima ꝟgo Re uera ſi te formā dei appellemꝰ: digna exiſtis: vt dt Hiero. Si te candorē eterne lucis nominē: ꝑ oïa cōprobaris

Tertio

¶ Tertio cōmēdat. ꝙ vicꝫ eiꝰ puritas ſit diuinalis munificentie ⁊ magnifice gratie: ꝓ ſingulari eiꝰ vicꝫ priuilegiatione ⁊ diuine maieſtatis operatione. Un̄ ſubdit. Speculū inq̇t dei maieſtatis. Nimirū in bn̄dicta ꝟgine tanq̄ in ſpeculo relucet ſumma gr̄a diuine bonitatis ⁊ maieſtatꝭ atq; ſingulariſſimū donū charitatis eius in incarnatiōe facta ex ea. ¶ Itaq; de puritate beatiſſime ꝟginis ad pn̄s acturi tria myſteria declarabimꝰ que ſubſequunt.

¶ Primū dr̄ myſteriū ꝯſiſtentie

¶ Scdm myſteriū p̄cellentie

¶ Tertiū myſteriū priuilegiate gr̄e

¶ Articulus primus. in quo cōſiſtit ſumma puritas beate Marie.

Caplm primum

In quo cōſi ſtat puritas btē ꝟginis

Primū myſterium cōſiſtētie. Ubi inueſtigādū eſt in quo conſiſtit puritas beate virginis Marie matris dei: ſeu quomō intelligenda ſit hec intentio puritatis eius: Ad quod ꝑtinus reſpōdet ſm ſentētias Alberti ſup Miſſus eſt: atq; Thome ſup. iij. ſniarꝝ. di. iij. ⁊ ꝯcorditer doctorꝝ noſtrorū. Q̄ hec eius puritas in tribus ꝯſiſtit.

¶ Primo in ꝯtrarij. i. peccati elōgatiōe

¶ Scdo in ſumme puri approximatiōe

¶ Tertio in vtriuſq; p̄dictorꝝ ꝯfirmatione

Prīo in peccati elonga tione

¶ Primo inquā in contrarij. i. peccati elongatiōe ⁊ diſtātia: qꝛ puritas intendit ꝑ receſſum a ꝯtrario: ſicut albius dr̄ qd̄ eſt nigro impmixtius: ⁊ lucidiꝰ dr̄ illud qd̄ eſt tenebris impmixtius. Sic ⁊ btā virgo dr̄ puriſſima: qꝛ pre omnibus poſt chr̄m ipa eſt impmixtius impuro. i. pctō. Iux̄ hoc q̄ſtio occurrit. Utrū btā ꝟgo fuerit tante puritatis: vt ab om̄i culpa fuerit totaliter immunis. Et arguitur ꝙ non: qꝛ. j. Joā. ij. hr̄. Si dixerimꝰ: qꝛ pctm̄ non habemus noſipos ſeducimꝰ ⁊ veritas in nobis non eſt. ¶ Itē Prouer. xx. Quis pōt dicere: mundū eſt cor meū: purus ſum a peccato. Itē Joan. xxv. Stelle non ſunt munde in ꝯſpectu eius: Et Ro. iij. Om̄es peccauerunt. ¶ Itē glo. ſup Ro. viij. dt. Impoſſibile eſt quātūlibet ſanctū aliq̄n non cadere: ſcꝫ venialiter: ergo videt ꝙ ipſa aliq̄n peccauerit venialit. ¶ Itē btā ꝟgo bona ꝯſciētia dicere poterat. Dimitte nobis debita nr̄a ⁊c̄. cū ſit cōis forma orādi om̄ibꝰ ſanctis collata: ḡ non fuit ſine culpa. Preterea Chry. ſup illud Jo. iij. Quid mihi ⁊ tibi mulier: dicit. ꝙ aliq̇d hūani paſſa fuit quaſi ꝓpter vanitatē voluerit chr̄m miraculuꝫ facere. ¶ Itē glo. ſup illud Lu. j. Spūſctūs ſupueniet dicit. Supueniēs ſpūſanctus in virginē: eam ab om̄i ſorde viciorꝝ caſtificauit. Magiſter etiam ſententiarū in. iij. di. iij. ca. j. ſic dicit. Mariā totā ſpūſanctus ſupueniēs a peccato ꝓrſus purgauit ⁊ a fomite peccati etiam liberauit: vl fomitē penitus euacuādo vt quibuſdā placet: vel extenuando ⁊ debilitādo. Hec ſupuētio aūt ſpūſancti fuit tpe ꝯceptiōis filij dei. ergo ſequit ꝙ an̄ ꝯceptionē aliq̄n peccauerit: a quo poſt in conceptiōe filij dei purgata fuerit. Cōtra Aug. in lib. de natura ⁊ gratia dicit. Excepta hac virgine de qua ꝓpter honorem dn̄i nullam ꝓrſus cum de pctis agit volo habere queſtionē. Inde em̄ ſcimus ꝙ ei plus gr̄e ſit collatū ad vincendum ex om̄i parte peccatū ꝙ meruit parere quem conſtat nullum habuiſſe peccatū. Hec ille.

Marie ī vtero mr̄no ꝯſecuta p̄ſeruationē ab omni peccato

¶ Pro reſpōſione: ergo ponit ꝯcluſio: ꝙ beata virgo ꝑ gr̄am ſanctificatiōis copioſam in vtero materno ꝯſecuta eſt p̄ſeruationē ab om̄i peccato: Et hec concluſio ſm dn̄m Bonauē. alioſq; ꝯcor. docto. ſuper. iij. di. iij. ꝓbat auctoritatibꝰ: rōnibꝰ ⁊ exemplis: ac ſimilitudinibus:

Primo auctoritatibꝰ

¶ Primo inquā auctoritatibus. Unde Gen̄. iij. Ipa ꝯteret caput tuū. Qd̄ beatus Bern̄. ⁊ Auguſt. exponēdo dicūt. Suggeſtio eſt caput diaboli. Nullo ergo ſuggeſtio habuit locū in virgine tam quo ad ſuggeſtionē pcti venialis q̄ mortalis a q̇bus totaliter immunis fuit. Itē Cantico. iiij. Tota pulchra es amica mea: tota pulchra ab originali ⁊ mortali: et macula non eſt in te. id eſt veniale peccatū. ¶ Itē pſ̄. xlv. Sāctificauit tabernaculū ſuū altiſſi⸗

mus: deus in medio eius nõ cõmouebit: scz p aliqd malũ peccati. Uñ Bern. ad Lugduñ. canonicos. Puto inqt q copiosius mun⁹ grẽ in eã descendit: q̃ eius non solũ sanctificaret ortũ. sed etiã deinceps ab omi pctõ custodiret immunẽ. Scdõ rõnib⁹. ¶ Prima rõ Alber. sup Missus est: qz qdcunqz pctm̃ etiã veniale nõ est grã: g̃ vbicũqz est aliqd pctm̃ quantũcunqz paruũ z veniale: ibi est aliqd vacuũ de grã. Sed btã vgo fuit plena grã: etiã añ ɔceptionẽ filij dei. Lu. j. Aue grã plena: g̃ nihil de pctõ fuit in ipa ¶ Scda rõ: qz vt volũt doctores sup. iij. dist. iij. pcipue Bonauen. Rich. z Tho. In prima sanctificatiõe vginis: scz in vtero sue mr̃is fomes in ea fuit ligatus vel extinct⁹ sic q ablata fuit inclinatio ad malũ vt nunq̃ peccaret: q̃uis flexibile liberũ arbitriũ haberet: sicut habuerũt angeli ante ɔfirmationẽ nec peccauerũt. Sed in scda sanctificatione: scz qñ chrm̃ ɔcepit fuit omino euacuatus z totaliter extinctus vt nõ posset peccare. ¶ Ubi nota q fomes vt ait Rich. vbi s. non aliud est in nobis q̃ habitualis inclinatio in appetitu sensitiuo tẽdẽs ad obiectũ inordinate ex pctõ primoz parentuz mediante nature corruptiõe causata. Dicit notãter habitualis inclinatio scz cõcupiscẽtie p eo: qz actualis ɔcupiscẽtia est mot⁹ peccati. Fomes ergo vltra carnis essentiã z sensitiui appetit⁹ ponit quandã corruptionẽ morbidam in carne radicatã que ascẽdit vsqz ad mẽtẽ: habetqz duplicẽ affectum. scz pnitatẽ ad malum: z difficultatẽ ad bonum: iuxta illud Rom. vij. Nõ em̃ qd volo bonũ hoc ago: quo ad scdm̃: sed qd odio malũ hoc facio: quo ad primũ. ¶ Per primã itaqz sanctificationem. scz in vtero materno bm̃ pdictos doctores. Maria habuit dei dono ligatũ vel sopitũ aut extinctũ mõ antedicto fomitẽ: qz tanta gratia pfectiõis est sibi tunc collata: q redundauit in ei⁹ sensualitatẽ adeo vt fomitẽ reprimeret: sic q in pctm̃ non inclinaret z a bono non retraheret: nec vllũ effectum vel incitamentũ haberet aliqñ. ¶ In secunda aũt sanctificatione in qua spũssanct⁹ descendit non tm̃ in mentẽ: sed etiam in carnẽ ex ea mirabiliter formando corpus chri sanctissimũ: tũc totaliter fomes fuit extirpatus z extinctus p collatã ɔfirmationis in bono grãm: vt nullo modo posset voluntas Marie flecti in pctm̃ etiã veniale: vt de hoc latius dicet cap. iij. huius. Uñ Maria nullum pctm̃ habuit. ¶ Sed aduertendũ q pdicta de fomite posita sunt hic bm̃ doctores eos qui tenuerũt Mariam ɔceptam fore in originalis peccati macula: z sic mundatam. Moderni aũt nostri doctores: dicentes beatam Mariam in ɔceptione non ɔtraxisse originale pctm̃: cum quibus ego teneo aliter sentiunt: q vicz fomes qui est effectus peccati originalis in carne Marie sanctificata: non fuit formaliter in effectu quo ad legem plis ppagatẽ: sed tm̃ causaliter quo ad legem ppagantiũ. Unde bm̃ Franciscum Maronis in prima sanctificatione Maria fuit in grã ɔfirmata. vt patuit li. iiij. z. v. ¶ Tertia rõ Bonauẽture: qz ɔgruũ fuit vt illa q̃ placuit altissimo intãtũ vt fieret digna ei⁹ sponsa z mr̃ filij dei vnigeniti: sic esset imaculata mẽte sicut z itemerata carne: q̃ foret aduocata pcõz glã z corona iustoz: spõsa dei. z toti⁹ trinitatis reclinatoriũ. ¶ Tertio ostendit hec ɔclusio silitudinib⁹ z exẽplis: qz sicut diuina puidentia in primo statu hõiez custodiuit ab omi nociuo: ita ipa diuina puidẽtia ɔgruẽtius matrẽ custodiuit immaculatã ab omi pctõ. ¶ Itẽ Joannes baptista ex sanctificatiõis grã habuit a deo ptegẽte vt nũq̃ peccaret mortalit z ne leui saltẽ macularet vitã famine posset: vt canit eccla. Uñ paucissima venialia fortassis cõmisit: g̃ dei mr̃ electa debuit habere eminẽtiorẽ grãm sanctificatiõis vt nũq̃ vel venialit peccauerit: immo etiã in alijs repssit illicitos mot⁹. Nec vnq̃ habuit qd ei⁹ ɔscientiam remorderet. Ad id refert Bonauẽ. vbi s. q audiuit narrare q ipa cuidã psone reuelauit q nõ repheãdebat eã cor suũ in omi vita sua. Et sic ptz. ¶ Pro solutiõe aũt argumentoz in ɔtrariũ pductoz ad illas auctoritates Joan. Prouer. Job. Rom. z Glo. rñdet bm̃ Alber. q oẽs ille scripture loquunt de cõi iure viatoz hoim. Istud autẽ priuilegiuz vgis btissime est de specialissima z ppria grã respectu oim viatoz q̃ derogat generali. ¶ Ad illd. Dimitte nobis debita zc. Dicendũ est bm̃ Bonauẽ. q in petione illa vgo Maria poterat petere remissionẽ debitoz nõ rõe sui: sed alioz mẽbroz chri quib⁹ poterat petẽ vt debita dimitterent: z bona ɔsciẽtia illã orõnẽ formare in psona eccle: non p se sed p alijs sanctis: sicut dicit Aug⁹. Ad illud Chrys. vt q aliqd hũani passa zc. Dicendũ bm̃ Alber. q ipa vgo aliqd hũani passa fuit: hoc verũ est ad hunc sensum. qz vt hõ hoib⁹ cõpassa fuit. Sz q aliqd vani passa fuerit: p oia falsum est. z ɔtra Aug. ¶ Ad vltimũ bm̃ doct. tenẽtes Mariã sine pctõ originali ɔceptã: patet solutio expressa li. iiij. pte. ij. ar. ij. vbi de sanctificatiõe z liberatiõe soluit. Sed bm̃ Bonauẽ: vbi s. respondet q differt dicere pctm̃ z dicere viciũ. Nam viciũ dicit culpe sequelam ex originali in nobis relictã. Peccatũ aũt dr duplr. Aliqñ culpa: sicut cõiter consueuit accipi. Aliquando vo non culpa dicit sed pena peccati: sicut Rom. vij. De pctõ dãnauit pctm̃. Dico g̃ q beata virgo dicit castificata vel mũdata a pctõ: nõ rõe alicuius culpe vel macule: sed solũ ratione pene. a qua mundata est in filij dei conceptione: vt illas penas sequentes ex peccato originali ipsa in filij dei parturitiõe nõ habuerit: quia concepit sine corruptione: z fuit grauida sine grauamine: ac peperit sine dolore. Unde patet responsio.

Capl'm secundum

Secundo dixi q hec puritas beate virginis cõsistit in summe puri approximatiõe. z p ɔseqñs nõ cõsistit in sola peccati elongatiõe. Uñ sit pro nũc ɔclusione q btã vgo dicit purissima nõ solũ ob hoc q ab impuro. i. a pctõ est elõgata: sed etiã qz ad summe puz. i. deũ est summe approximata. Hoc declarat bm̃ Alber. magnũ sup Missus est. c. clxxxiij. taliter: quia puritas sequit naturam luminis z luminosi: sicut videtur ad sensum: qm̃ illud qd plus participat de natura lucis plus habet puritatis: vt summa lux vel summe luminosum summe sit lucidũ z puz. Lux aũt est duplex: scz corpalis z spiritualis: vt dt Aug⁹. sup Geñ. ab literam. Et magis pprie dr lux spũalis q̃ corpalis: lux bm̃ hoc ergo duplex ẽ puritas: scz corpalis z spũalis. Sed qz maior puritas corporalis est bm̃ maiorem ɔuenientiã ad summã corpalem lucẽ: quãobrẽ videmus q aqua purior est q̃ terra: aer q̃ aqua: ignis q̃ aer: firmamentũ q̃ ignis: celũ aqueũ q̃ firmamentũ: z celũ empyreũ q̃ aquarum. Sic ergo erit maior puritas spũalis bm̃ maiorem conuenientiã ad summã lucem spũalem que deus est: qui lux est: in quo tenebre nõ sunt vlle. j. Joan. ca. j. Unde bm̃ hoc purior est anima sensitiua q̃ vegetatiua: rõnalis q̃ sensitiua: angelica rõnalis q̃ humana bm̃ naturam. Sed bm̃ grãm est aliter: qz aia hũana existens in grã purior est q̃ diabolus: licet bm̃ naturã diabolus cum sit angelice nature sit purior. Gratia nempe est quasi quoddã lumen creatum pcedẽs a luce increata. i. deo: put dicit Bern. in sermõe de charitate z grã chri. Ergo vbi est participatio maioris gratie: ibi maior est ad primã lucem approximatio z assimulatio. z p consequens maior bm̃ grãm puritas: sicut exemplũ in corpalibus. Licet em̃ bm̃ se cristallus sit purior aliquo vitro de materia minus puro facto: tamen istud vitrũ si fuerit irradiatũ a sole: lucidius est z purius bm̃ participatã radiositatẽ z lucẽ solis q̃ crystallus non irradiata a sole. Quia igitur in beatissima virgine respectu omniũ creaturarum aliarũ non vnitarũ fuit summe gratie participatio. g̃ approximatio ad primam lucẽ fuit in summo: z per ɔñs puritas in summo. Hec bm̃ Alber.

Capl'm tertium.

Tertio dixi q hec puritas beate virginis fuit in vtriusqz pdictoz. i. elongationis z approximationis ɔfirmatiõe. Propter quod ponitur tertia conclusio in ordine ad predictas supius: et est talis. Beata virgo Maria p sanctificationis copiosaz grãm adeo fuit ɔfirmata in bono penni vt nunq̃ posset in aliqd pctm̃ flecti: nec posset in ea diuina gratia deperire: aut minui: vel ab ea aliquo modo separi. Uñ beatã virginẽ Mariã peccare etiã venialiter vel minimo pctõ fuit impossibile; quanto magis mortali peccato. ¶ Probat hec ɔclusio triplici rõne: pluribus alijs ob breuitatẽ omissis: quarum rationũ fulcimenta accipiunt a domino Bonauentura. super. iij. dis. iij: et concordit Rich. atqz Tho. sup eo. li. iij. sniaz.

Scdo rationib⁹.

Fomes

Prima sanctificatio.

Notabile

Tertio ostẽdit silitudinibus.

Ad cõtrariã argumenta.

Ad tertiũ.

Scdo puritas beate virginis cõsistit in summe puri approximatiõe.

Tertio puritas elongationis et approximationis cõfirmatio.

¶ Prima est ratio redundationis
¶ Scda est ratio dignificatiōis
¶ Tertia est ratio pfecte gratificatiōis.

Prima rō redundatiōis.

¶ Prima ratio redundatiōis: qꝛ sicut honor parentū redundat in filios Prouer. xvij. Glia filioꝝ pr̄es eoꝝ. Ita ꝑ oppositū ignominia vel ɔfusio m̄ris redūdat in filium. Si ergo mat̄ dei vnq̄ peccasset vel peccare potuisset: aut grām dei ꝑdere potuisset: ignominia fuisset dei sui filij: ꝙ eius mater damnari potuisset: qḋ est absurdū. Quid eni ignominiosiꝰ q̄ reginam celi: m̄rem dei: diabolo potuisse subijci ꝑ culpam: ꝙ videt̄ ꝓpositū fore verū. ¶ Scda rō dignificatiōis: qꝛ dignior fuit mater christi effecta ex hoc ꝙ est m̄r dei: q̄ sit aliqs angelus in celo. Si ꝙ angeli boni sunt in gr̄a confirmati: multo magis m̄r dei. ꝓpter illḋ ij. Topico. Si ei cui minus videt̄ inesse inest: ⁊ ei cui magꝭ. ¶ Tertia rō pfectissime gratificatiōis que est specialius posita a Rich. vbi s. Nā ꝑ istā sanctificationē. scꝫ in cōceptiōe. vbi fuit btā virgo a deo gratificata. vt in ea esset perfectissima charitas: vtpote in m̄re dei dilectissima. Sed si cut pfectissimꝰ charitatis actus nō pōt esse cū inordinato ɔcupiscīe actu: ita nec pfectissimꝰ charitatꝭ habitꝰ cū habilitate ad ɔcupiscēdū. Uñ Aug. li. lxxxiij. q. xxxvj. dr. ꝙ nutrimentū charitatꝭ est iminutio cupiditatꝭ: ⁊ eiꝰ pfectio ē nulla cupiditas. Uñ sicut btā vgo post primā sctificationē non fuit ɔcupiscēs ꝑm actum: ita post secundā non fuit cōcupiscens ꝑm habitū. Proinde si post secundā sanctificationē de carne Marie fuisset aliquis purus hō formatus miraculose: ⁊ solis naturalibus relictus: ita fuisset integre nature sicut esset homo ex elemētis vel celis formatus: et suis naturalibꝰ relictus: saltē q̄tum ad illā integritatē cuius corruptio est inclinatiua ad pctm̄. Nā sicut celū ꝓpt̄ pfectionem forme impossibile est ad aliam formā mutari vel corrumpi: ita aliqualiter a simili beata virgo ex priuilegio pfectionis gr̄e non potuit mutari in aliud vel contrarum: scꝫ ad pctm̄ quodcunq̄. Et hoc decebat matrem dei: nec ɔgruebat vt dei m̄r esset ⁊ peccare posset. Hec Richar. Uñ ex dictis claret ꝙ in scda sanctificatiōe ⁊ diuina inhabitatione tanta fuit gr̄e plenitudo data virgini vt cōfirmaret̄ in bono: sic ꝙ nunq̄ flecti vel velle malū posset in quo non. auferet̄ potentia liberi arbitrij: sed ɔfirmatur: ⁊ defectus qui est posse flecti in malum excludit̄. Ad id facit Hiero. in sermo. de assumptione di. ꝙ tota plenitudo gratie que fuit in chr̄o venit in Mariā: ergo venit in eam non tm̄ gr̄a sanctificatiōis: sed etiam confirmatiōis in bono. Ideoq̄ Bonauen. vbi s. ɔcludendo subdit. ꝙ cū Maria sctm̄ sanctorum gestauit in vtero tunc sanctificata fuit ɔformiter filio suo: adeo ꝙ sicut impossibile fuit christū peccare: ita ⁊ impossibile foret m̄rem eiꝰ cadere. Et sicut impossibile fuit ꝓpter honorem chr̄i vt haberet alium filium: sic impossibile fuit vt vnq̄ carnis virginitas violaretur: in qua dei filius habitauerat. Et ita etiam impossibile fuit vt mentis sanctitas aliqua culpa macularetur. Ad cuius etiam testimonium valet ꝙ quidā iudei asserūt hoc mirū fuisse in vgie Maria: ꝙ cū esset pulcherria a nllo vn q̄ viro potuit ɔcupisci. Nec vilipēdēdū est istḋ infideliū: testimoniū: quia oportet etiam ab his qui foris sunt testimoniū habere. Hec Bonauen. De hoc infra latiꝰ. O igit̄ vere purissima. O indicibiliter sanctissima vgo Maria vere tu pulchra ꝑ puritatē: suauis per charitatem: ⁊ decora ꝑ virginalem castitatē. O deus meus. O Jesu magne dc us q̄mirabilis ⁊ gliosus es in sanctis: sed vere mirabilissimus ⁊ gliosissiꝰ in maiestate tua: in sanctissima genitrice tua: huius tam sanctissime tue matrꝭ ob merita petimꝰ dele nostra delicta.

Charitatis actus perfectissimus.

¶ Articulus secūdus: quomō puritas beate Marie ꝑcellit puritatem omnium creaturarum: tam angelicarum q̄ humanarum.

Caplm primum



Circa secundū mysteriū scilicet ꝑcellētie inuestigāda sūt tria. ¶ Primū est. Utrū btā virgo ꝑm statū vie nitebat tāta puritate ꝙ sub deo intelligi maior nequiret. ¶ Scdo. Utrum hanc puritatē accepit sil' vel successiue: et qñ eam assecuta est. ¶ Tertio: qualiter vel in quo eius puritas ꝑcellebat

..

sēm puritatē: tam hōim q̄ etiam angeloꝝ. ¶ Ad primū quesitū: vicꝫ. Utrū beata virgo in via nitebat ea puritate qua sub deo neqnit intelligi. Arguere potes ꝙ non: qꝛ anima chr̄i que creata fuit in statu vie maiori puritate nitebat q̄ gliosa virgo: ⁊ tamē sub deo erat puritas anime christi: ꝙ maior puritas pōt sub deo itelligi q̄ ea q̄ habuit virgo. ¶ Item ipa btā virgo in statu glie nitebat maiori puritate q̄ in statu vie: ⁊ tamen sub deo. ¶ Itē oēs sancti angeli ⁊ sancti patrie in sua puritate glie plꝰ vident̄ appropinquare puritate patrie q̄ quecūq̄ puritas sit vie. Illa em̄ sufficit ad hoc vt possint patriā lucem ꝑ speciē videre. Hec aūt non ita: ꝙ gliosa virgo nō nitebat tūc summa sub deo puritate. ¶ In ɔtrariū est Anſ. li. de ɔceptu virginali. ca. xviij. Nempe decens erat vt ea puritate qua sub deo maior nequit intelligi virgo illa niteret cui deus pater vnicū filiū quē de corde suo equalē sibi genitū tāq̄ seipm̄ diligebat ita dare disponebat vt naturalit̄ esset vnꝰ idemq̄ cōmunis dei patris ⁊ virginis filius: ⁊ quā ipe filiꝰ substantialiter sibi m̄rem eligebat: ⁊ ḋ qua spūssanctꝰ operaturus erat vt conciperetur ⁊ nasceret̄ ille de quo ipe ꝓcedebat. Hec Anſ. ¶ Rñsio ꝙ beata virgo etiam in statu vie ea puritate nitebat: quo maior sub deo intelligi nequibat Et ꝓbatur ꝑm Alber. sup Missus est. pluribus rōnibus e quibus aliquas hic adducemus alijs amore breuitatis ꝑtermissis. ¶ Prima rō summe donatiōis: qꝛ ad dationem summi doni sequit̄ collatio oīm donoꝝ inferiorū. Juxta illud apl̄i. Roma. viij. Qui ꝓprio filio suo non pepcit: sed ꝑ nobis oībus tradidit ⁊c. quō non cum ipo nobis oīa donauit. sed dñs beate virgini summū donū donauit cuius capax fuit pura creatura: scꝫ dei maternitatē. ꝙ ⁊ summā puritatem. Scda ratio sublimatiōis: quia ipa btā virgo erat sublimāda ⁊ exaltāda sup oēs choros angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ atq̄ sup oēm creaturā post chr̄m: quā sublimationē habuit in assumptiōe. Sed qꝛ vt ait Diony. li. de angeli. hierarch. supiores habēt ꝓprietates inferioꝝ cū excellētia. Uñ seraphin q̄ excellit charitate excellit oībꝰ donis oēs īferiores: ꝙ btā vgo cū excellit oēs etiā seraphin charitate: excellit oēs etiā puritate. ¶ Tertia rō impletionis: qꝛ btā virgo sup oēm creaturā impleta est spūsancto Lu. j. Spūssanctus supueniet. Glo. ꝙ nūq̄ in aliquē venit: superexcellēter veniet in te. Et iterū. Aue gratia plena ⁊c. Sed effectus spūssancti est purificare: Deniq̄ vt ait Berñ. est purissimum balsamum mundissimum vas requirens: ergo vbi maior gratia spiritussancti. ibi maior puritas esse debuit: ⁊ per cōsequens ipa summe pura fuit. Unde simplr̄ verum est ꝙ gliosa omnium dñā etiam in statu vie sup oēm creaturā ea puritate nitebat qua sub deo nequit maior intelligi. Ad illud ergo in ɔtrariū de aīa chr̄i. ¶ Dicendū. ꝙ btā virgo dicit̄ purissima immediate post puritatem christi Si dicas ꝙ Anſel. non dicit: post chr̄m sed post deū. Dico ꝙ chr̄s deꝰ est: ꝙ post chr̄m ipa purissima est: Uel aliter dicendū: ex quo obiectio est de aīa chr̄i. ꝙ hec puritas dicit̄ ꝑ elongationem vel recessum ab impuro vbi aptum natū esset inesse impurū. i. peccatū q̄ntū ex se. in aīa aūt christi: quia non fuit aptū natum inesse impurū: immo nullo mō ei potuit inesse impuritas aliq̄ etiā ex mō sue conceptiōis: quia supnaturaliter chr̄s de virgine ɔceptus est spūsctō opante. ergo non fit hic locutio respectu chr̄i ⁊ aīe eius. sed respectu aliarum creaturarū in quibus est aptitudo impuritatis ex se: sicut ⁊ in beata virgine aptitudo fuit quidem inesse aliquod impurum: quia ex modo sue conceptiōis habuit aptitudinem ɔtrahendi originale pctm̄: sed diuina gratia specialiq̄ priuilegio preseruata est ne ɔtraheret. De hoc li. iiij. latissime. dictū est. ¶ Ad scdm vicꝫ de statu patrie: similiter ⁊ Tertiū de angelis ⁊ sanctis in patria. Dicendum ꝑm Alber. vbi s. ꝙ in beatissima vgine ꝑm statum vie fuit gratia dei formior q̄ in angelis ⁊ sanctis in patria: ⁊ hoc q̄tum ab substantiam dico: non q̄tum ad actum qui est operatio gloriose visionis: fruitionis: ⁊ tentionis. sicut li. ix. parte. j. ar. ij. de charitate determinabitur. Nec obstat de puritate quam ipsa habet in statu glie: quia eandē puritatē habuit ipa in statu vie ꝑm substantiā: licet non ꝑm actū. Nec obstat ꝙ sua puritas in via non plene apprehendit ꝑ speciē lucē increatam: qꝛ hoc fecit status ⁊ subiecti conditio ⁊ contrarij cō

..

Utrū btā virgo in vita nitebat ea puritate: q̄ sub deo neq̄t intelligi maior

In ɔtrariū

Rñsio

Prima

Scda

Tertia ratio impletionis, spūssancti.

Rñsio

Ad scdm argumentū

functio et minor motoris attractio: vt dicet de charitate ei⁹. Et hoc ostendit p sile. Videm⁹ em q qnq maior lux minus illuminat: ⁊ minor lux magis illuminat p piunctionem cū aere obscuro vel claro. Vñ qnq magis illuminat luna in nocte aere puro q̃ sol in die aere obscuro: ⁊ tñ improportionabiliter maior est lux solis q̃ lune. A sili non videt inconueniēs si maior lux gr̃e in subiecto passibili cōiūcto corpi passibili ⁊ grosso min⁹ immutat ⁊ mouet actualiter q̃ minor lux gl̃ie in subiecto passibili ⁊ glioso. i. angelis ⁊ sanctis: Patet igit q ipa summa puritate nitebat. qua maior sub deo nequit intelligi.

Capl̃m secundū

Qñ ergo hāc accepit puritatē in sūmo

Quarta pmissa questio est scd̃a. Quando accepit btā virgo hanc puritatē in summo: ⁊ Utruz sil' vel successiue. Ex q̃ em̄ Ans. dicit hui⁹ puritatis esse cām: q vicz debuit esse mater dei: sed q: effectus nō prius est in re q̃ in sua causa: g̃ tunc cū facta est mater dei debuit ea puritate nitere qua maior sub deo nequit intelligi: ⁊ sic pri⁹ nō nitebat ea puritate. Et isto mō Ans. dictū accipiunt hi qui tenent Mariā fuisse pceptā in peccato originali: ⁊ post mundatā. Sed quia in hoc seqr doctores nostros: pcipue Franciscū mayro. ideo dr q licet etiā Maria ante christi pceptionē habuit sub chr̃o puritatē summā quo ad remotionē ptrarij. i. peccati originalis: qa puritas ipa intēdit p recessuz a ptrario: vt de hoc patuit li. iiij. pte. j. ar. iij. §. x. ⁊ in fine p verba Tho. de aquino: verūtamē puritas Marie augmentū sumit ⁊ incremētum successione quo ad approximationē ⁊ pueniētiā maiorem ad summā lucē q̃ deus est. j. Joan. j. Et hoc s̃m Alber. vbi supra quattuor gradibus.

Primo ¶ Primo em̄ purificata fuit Maria p sanctificationē i vtero sue m̃ris. Tūc em̄ s̃m nostros doctores fuit pseruāte gr̃a di specialit purificata: nō de pctō q̄d infuit. sed q̄d infuisset nisi pseruata fuisset.

Scd̃o ¶ Scd̃o fuit puritas aucta in ea p virtutū exercitationē qñ cepit opari s̃m virtutes. Juxta illud Actuū. xv. de fidelibus scriptū. Fide purificans corda eor. ⁊ tūc accepit actualē pfectionē virtutū.

Tertio ¶ Tertio puritas aucta fuit in supuentiōe sp̄ussancti: iuxta illud Lu. j. Sp̄usscts

Quarto supueniet i te ⁊c. ⁊ tūc accepit pfectiōez donor. ¶ Quarto purificata est in filij pceptōe qñ est cōpleta eius illuminatio ⁊ pfecta purificatio in pceptiōe ipius eterne lucis: ⁊ tūc accepit pfectionē fructuū ⁊ beatitudinū. Vñ pria eius purificatio est p gr̃am cooperantē ad gr̃am sacramentalem aliqliter pformē. Scd̃o p opationē virtualē: q: post modū cū opari cepit infantia trāsacta opabat etiam s̃m ỽtutes. Deniq pstat quia in pfectionib⁹ gratuitis ad operandū dona sunt supiora ỽtutib⁹ ⁊ beatitudines supiores sunt donis. ¶ Tertia g̃ eius purificatio est p gr̃az donorū atq pfectionē eor. Quarta beatitudinū. De pria es⁹ puritate Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea: q: ab omi peccato aliena. Vñ subdit. ⁊ macula nō est in te. De scd̃a Sap. iiij. Quā pulchra es casta generatio: scz ỽginal' cōceptiōis cū charitate que est forma oīm ỽtutū qm̄ ⁊ apd̄ deū nota est: scz noticia approbatiōis p humilitatē: iux illud Lu. j. Respexit dñs hūilitatē ancille sue: ⁊ apd̄ hōies: scz p imitationē ỽtuose opatiōis. De tertia puritate subdit Esa. xj. Requiescet sup eā sp̄us dñi: sp̄us sapientie ⁊ intellec⁹. De quarta Ezech. xliij. Maiestas dñi ingressa est templū p viam porte que respicit ad orientē. Et sequitur Et repleta est gloria domini. Item Esa. iiij. Locum maiestatis mee glorificabo.

Capl̃m tertium

Qualit puritas btē ỽginis precellebat puritatē tā angelorū q̃ hoim.

Tertio hoc in articulo inuestigandū est in q̃ vel qualiter puritas beate virginis pcellebat puritatem omniū taz angelor. q̃ hominū. Ad huius rei euidentiā s̃m nostrū doctorem Petruz aureo. in suo compēdio: ⁊ concorditer btm̄ Tho. iiij. scripto sentētiarū. q. j. ar. ij. ⁊. iij. pte summe. q. xxvij. ar. xvj. ¶ Nota q̃ beata virgo quadruplicem habuit puritatem scz sanctificatiōis materno invtero: innocentie: castitatis

Prima virginee: ⁊ superuentionis spiritussancti in pceptu. ¶ Prima puritate: scilicet sanctificatiōis in matris ventre excellebat per confirmationem puritatis Ade q̃ habuit ante peccatū in statu innocentie: quia beata virgo cōfirmata erat in bono. Adam ỽo non. Excellebat etiam in ea puritatem angelor: qui licet sint confirmati in bono: tñ nec crescere pñt in pmio substantiali: nec decrescere: sed beata virgo pficere potuit in merito ⁊ nō deficere. Scd̃a

¶ Scd̃a puritate scz innocentie excessit oēm puritatē rationalis nature: quia btā virgo vixit sine omi peccato: ⁊ inqtātū m̃r dei ellecta peccare nō potuit: quod nulli est pcessum vl' donatū alteri. Tertia

¶ Tertia puritate: scz castitatis virginee ipa excessit hōies ⁊ angelos. Homines quidē: quia primū exemplar fuit huius integritatis: vt nec primā silem nec habere visa sit sequentē. Angelos etiā: quia s̃m Hiero. hoc retinuit p virtutē castitatis quod in angelis est necessitas tis nature. Quarta

¶ Quarto in puritate ⁊ spiritusancti superuentioner psentia dei omia creata excessit ex quo mat dei esse meruit. Quis ergo mente capere sufficiat quantū ipa pre omnib⁹ nitidissima ⁊ summa puritate post deuz refulgeat O virgo gloriosissima super omes sanctos ⁊ angelos purissima. O sanctarum sanctissima. O omnium creaturarū dña cū non sufficiamus enarrare tua magnalia: hoc enim flagitamus pce humillima quatinus per tue puritatis merita sctissima deleas sordiū nostrar crimina: ⁊ duc ad tui pdulcissimi nati regni felicia.

¶ Articulus. iij. qualibus priuilegijs puritas btē Marie pre alijs extat gliosa: ⁊ sunt duodecim.

Duodecim priuilegia quibus puritas btē ỽginis maria

Circa tertiū mysterium. vicz priuilegiate seu prerogatiue gratie. ¶ Notandū q iuxta numerū. xij. stellarū in corona capitis beate virginis Apocal. xij. figurata possumus describere. xij. priuilegia seu gratias ⁊ prerogatiua sue puritatis quibus pre omnibus creatis extat ipa gloriosa. Et poterunt diuidi in tres quaternarios: quorum Primus se tenet ex parte dei. Secūdus ex parte sui. Terti⁹ ex pte aliorum: vt patet intuenti.

¶ Primū priuilegiū: q: eius puritas fuit deo gratissima
¶ Scd̃m: q: fuit filio dei familiarissima
¶ Tertiū: q: fuit diuino splēdore radiosissima
¶ Quartū: q: fuit dei maternitate dignissima
¶ Quintū: q: fuit totalis ⁊ plenissima
¶ Sextū: q: fuit tranquillissima
¶ Septimū: q: fuit pstantissima
¶ Octauū: q: fuit miraculosissima
¶ Nouū: q: fuit etiā in alijs efficacissima
¶ Decimū: q: fuit pre alijs pfectuosissima
¶ Undecimū: q: erat mundo fructuosissima
¶ Duodecimū: q: extitit oībus reuerendissima.

Primū priuilegiū: q: fuit deo gratissima.

Primū itaq priuilegium tanq̃ prima stella puritatis btē virginis est: q: eius puritas fuit deo gratissima ⁊ amātissima. Unde Sap. viij. Hanc adamaui ⁊ exquisiui sp̄osam mihi eā assumere et amator factus sum forme illius ⁊c. Tantū quippe amauit deus puritatem btē virginis vt eam tota trinitas pater: filius ⁊ sp̄usscts inhabitauerit tāq̃ in predulectissimo tabernaculo: tam miromodo q in nulla alia creatura sic voluerit habitare. Unde ipa virgo beata dicere potest. Qui creauit me: requieuit in tabernaculo meo. Eccli quarto. Licet ergo deus dilexerit angelicam puritatē ⁊ in eis habitauerit: magis tñ dilexit ỽginis Marie puritatē in q̃ sic habitauit: vt ex eius carnis mundissime seu sanguinis purissimi portione sibijpi inseparabiliter vniret carnem purissimam assumptam: ⁊ in omnibus creatis adorandā preexaltaret. Idcirco angelus eam salutando dixit. Aue. i. sine ve in quo notauit eius puritatem: ⁊ quantū pptera deus eam diligat subdit. Gratia plena dñs tecū. q. d. quia es purissima sine omi ve: ideo deo es gratiosissima et totaliter dilecta: adeo: q domin⁹ tecum p inhabitationē tui vteri ⁊ carnis assumptionem.

Scd̃a: q: fuit filio dei familiarissima

¶ Secundum priuilegium quia eius puritas extitit filio dei familiarissima. Nunq̃ em̄ alicui creature concessum est: nec concedetur etiā angelis vt sic familiaris foret filio dei: id est christo sicut puritas btē virginis: vt vicz tam frequēter: tam familiariter christū amplexaretur: oscularetur: manibus contrectaret ⁊ vlnis portaret: lactaret: nutriret et educaret: quemadmodum beata virgo. Vñ dicere poterat illud Cātico. vj. Dilectus meus. i. chr̄s mihi: ⁊ ego illi: qui pascit. scz familiariter ⁊ delitiosissime inter lilia: scz puritatis mee. Hinc

Tertio. q: diuine ſplēdore radioſiſſima.

Sap. vij. Generoſitatē illius ſcz beate ꝟginis glificat: cōtuberniū habēs dei: ſcz pre oībus creatis. ¶ Tertiū priuilegiū: quia fuit diuino ſplēdore radioſiſſima. Nimirum ipa ex ſumma approximatiōe ad puriſſimā lucē diuinā fuit ita radioſa ⁊ plena toto diuino lumine: ↄcupiſcēdo illū qui eſt ſplēdor paterne glie ꝙ nulla fuerit in ea habilitas ad tenebras vel impuritatē aliquā: ſed radiaret ⁊ ꝑfulgeret pre oīb⁹ puris creaturis ſplēdore diuino. Uñ Ezech. xliij. Ecce glia dei iſrl' igrediebat̃ ꝑ portā orietalē. i. ꝑ beatā virginē. ⁊ terra. i. caro btē virginis ſplēdebat a maieſtate eius. i. chriſti. De hoc eius ſplēdore dictū eſt latius: li. ij. ꝑte. ij. arti. iij. circa quartū eius gradū.

Quarto. q: dei maternitate digniſſima.

¶ Quartum priuilegiū puritatis ei⁹: q: extitit dei maternitate digniſſima. Maxima quippe glia btē virginis eſt: ꝙ nulla alia creatura fuerit tāte puritatis: vt foret idonea eſſe mr̃ dei quēadmodū ipa. Idcirco angel⁹ dixit ei: Ne timeas Maria: inueniſti gratiam apud deum. Que verba Albert⁹ ſuper Miſſus eſt. c. ccl. tractans dicit. Ne times Maria rei magnitudinem: tui paruitatem: ſermonis falſitatem: promiſſi ꝓtractionē: ꝟginee puritatis diminutionē. Ne timeas inꝙ q: inueniſti: nō rapuiſti vt prim⁹ angel⁹: nō ꝑdidiſti vt parēs primus: ſed inueniſti: q: q̃ſiuiſti vt ꝟgo prudētiſſima ⁊ mr̃ mūdiſſima. Inueniſti inquā grām apud deū excellētiſſimā vt in tui puritate idonea fores tui ⁊ omniū creatoris mr̃ digniſſima.

Quintuz: q: totalis ⁊ pleniſſima.

¶ Quintū priuilegiū: q: ei⁹ puritas fuit totalis ⁊ pleniſſima. Plenū q̃ppe dr̃ cuiusnulla pars vacua eſt. Nulla aūt pars Marie fuit a puritate vacua: ꝫ ſicut gr̃a plena: ita fuit ⁊ puritate pleniſſima. Propterea Cañ. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō eſt in te. Tota pulchra: q: tota pura tam in ortu ꝙ̄ in filij dei ↄceptiōe: ⁊ tota ſua vita tota pura q: corꝑe. ⁊ aīa puriſſima. Nimirū in ſuo ortu fuit pura ab originali pctō: et in tota vita ſua non fuit in ea macula alicui⁹ peccati. Deniꝙ in ↄceptiōe filij dei ⁊ in partu fuit mūdiſſima: q: ꝟgo ↄcepit ⁊ virgo peꝑit ſumma cū puritate ⁊ ſine omi ſorde: qđ nulli alteri matrū eſt ↄceſſum. Hinc Leo papa in ſmone de natiuitate dñi dicit. Ab hac natiuitate deeſt illđ qđ de oībus legit̃. Nemo mūdus a ſorde: nec infans cui⁹ eſt vni⁹ diei vita ſuꝑ terrā. Nihil in iſtā ſingularē natiuitatē de carnis ↄcupiſcētia tranſit: nil de peccati lege manauit. Hec ille.

Maria fuit pura nō ſolū q ad aīam ſz etiā quo ad corpus.

¶ Preterea ipa virgo fuit tota pura non ſolum quo ad aīam: ſed etiā qūo ad corpus: q: fuit in natura puriori ⁊ cōplexione meliori optime vicz ſanguineoſitatꝫ: vt pote de cui⁹ puriſſimo ſanguie formari debebat caro chriſti virtute ſpūſſancti. Ut eñ volunt doctores circa diſ. iij. tertij libri ſententiarū: beata virgo adhuc in vtero matris adeo fuit ſanctificata et mundata ꝙ ab illo tꝑe ſemꝑ vſꝙ ad aſſumptionē ꝑſiſteret in puritate nature ⁊ innocentia vite: ⁊ ꝓ capacitate in oīm virtutū plenitudine ſine omni macula optime ⁊ ordinatiſſime diſpoſita in naturalib⁹ ita ꝙ nulla ꝓles mulieribus vnꝙ magis appropinquaſſe videt̃ ad ſtatū innocentie Ade ſicut ipa. Ipa etiaz creditur fore exempta ab omi illa maledictiōe Eue. Geñ. iij. Multiplicabo erumnas tuas ⁊ ↄceptus tuos. In dolore paries filios. Uñ nec erumnas muliebres: aut immundiciarū earum infirmitates aliqñ paſſa eſt: nec in ↄceptu aut partu eius aliqđ immundū fuit: nec obſtetricib⁹ indiguit: vt teſtatur Hiero.

Hiſtoria.

¶ Proinde ſctūs Epiphani⁹ hiſtoriographus ſcribit de ipa btā virgine: ꝙ etiam i infantia vt mos eſt alijs infantibus vagiēdo parētes non moleſtauit: ſed fuit nimiū quieta: patiens ⁊ tacita: ⁊ mūdiſſima inquit fuit plus ꝙ̄ credi pōt. Nunꝙ eñ aliquid fedi in ea viſum eſt. ⁊ cū inuoluebat̃ in cuius iuxta morē pueroꝝ nunꝙ ſe maculauit: ſed adulti ſemꝑ mō ſe mūde ↄſeruauit. Hec Epiphanius.

Sextū priuilegiū: q: trāquilliſſima

¶ Sextū priuilegiū: q: eius puritas fuit tranqlliſſima: quia nunꝙ fomes eā incitabat vel tentabat ad aliqđ malū: nec a bono retrahebat: vt ſupra patuit: quia in prima ſanctificatiōe: ſcz in vtero (vt vult dñs Bonauē. ⁊ cōcordāt oēs alij doct. ſuꝑ. iij. di. iij.) in ipa fuit fomes ligatus: ⁊ omis eius motus illicitus fuit repreſſus: ne vnꝙ inclinaret ad pctm̄ vel retraheret a bono. Et tandem in ſecunda ſanctificatione: ſcz cum filiū concepit fuit in ea totaliter fomes extinctus.

Septimū: q: ↄſtātiſſima.

¶ Septimū priuilegiū: q: ei⁹ puritas fuit conſtantiſſima vel ſtabiliſſima: qm̄ tanta gratia fuit beate virgini infuſa vt potentiā liberi arbitrij ei⁹ non ſolum impleret: ſed etiā ↄfirmaret in bonū: adeo vt nunꝙ de cetero in aliqđ veniale vel mortale pctm̄ flecti poſſet: ſicut ſupra patuit. Exceſſit ergo puritas beate virgīs aliorū ſanctificatoꝝ puritatē. Tū quia aliorū ſanctificatio non comprimebat in eis oēs motus illicitos. Tū q: flecti poterat in eis potentia liberi arbitrij: etſi non ad mortale: tamen ad aliqđ veniale.

Octauū: q: miraculoſiſſima

¶ Octauū priuilegiū: quia puritas beate virginis fuit miraculoſiſſima. Nā ei⁹ puritas multis ⁊ maximis miraculis eſt ꝑfecta ⁊ ſublimata ſupra oēm creaturarū puritatē. Grāde nimirū fuit miraculum vt mater eſſet ⁊ virgo puriſſima. Item vt de puriſſimo ſanguine ſpūſancto oꝑante in inſtanti ꝑfectū virū cōciperet ſm omia corpis lineamēta: cuius aīa plena foret ſpūſancto ⁊ omi ſciētia ⁊ virtute. Hoc eſt Here. vaticinio predictū. Nouū faciet dñs ſuꝑ terrā: femina circūdabit virum. Uere hoc nouū: quia a ſeculo inauditū miraculum. ¶ Item grande miraculū ꝙ in puriſſimo vtero deū clauderet quem celi caꝑe non poterant: ⁊ ꝙ puriſſimo ſanguine ipm nouem menſibus aleret: ⁊ tandem puriſſimo lacte vbere virgineo de celo pleno eundē natum lactaret angeloꝝ regem. Ipm puriſſime genitū: puriſſimis manib⁹ accipet: ⁊ puriſſimis brachijs portaret: ac puriſſimo amplexu foueret ⁊ oſcularet̃. O qnis enarrare ſufficiat quanta ⁊ ꝙ̄ incomp̄rehenſibilia ac multiplicia fuere miracuſa q̇bus puritas beate virginis extitit conſecrata ⁊ ſublimata penſa mens deuota quantum vales.

Nonū: q: efficaſiſſima.

¶ Nonum priuilegium quia puritas beate virginis fuit etiā in alijs efficaciſſima. Tantam quippe habuit efficaciaz puritas beate virginis ex ſpecialiſſima gr̃a ſanctificatiōis ꝙ non tm̄ in ſe: verum etiam in alijs aſpiciētibus eam extinguebat oēm motum carnalē. vt volunt doct̃. ſuꝑ. iij. ſententiarū di. iij. Propt̃ hoc Bonauē. vt patuit ſupra dicit: ꝙ etiā infideles iudei aſſerunt: ꝙ cū beata virgo fuit corꝑe pulcherrima: a nullo tamen vnꝙ potuit ↄcupiſci. Unde nec Ioſeph eam aliquando carnaliter ↄcupiſcere potuit. Amplius tanta fuit efficacia puritatis btē virginis ꝙ non ſolum extiuguebat motus illicitos in alijs, ſed inſuper influebat etiam in alios puritatis gr̃am. Nam ad eius ſalntationis vocem infuſa eſt gratia in ſanctaz Elizabeth: ⁊ purificatus eſt mox Ioan. baptiſta in eius vtero Luce. j. ca. Unde merito de ea dicit Pš. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Decimuz: q: profectuoſiſſima

¶ Decimum priuilegiū: q: puritas beate ꝟginis fuit pre oībus alijs puritatibus creaturarum ꝓfectuoſiſſima: quia quolibet motu liberi arbitrij ad agendum vel patiendum merebatur: ⁊ ſic ſemꝑ creſcebat ⁊ ꝓficiebat in merito ⁊ premio. vnde in hoc excedebat oīm puritatē hoīm ⁊ angeloꝝ. Hominū quidē: quia in alijs ſaltē aliqñ ꝑ peccatū veniale poterat puritas obſcurari. Angeloruz aūt: q: illa non pōt creſcere in merito vel premio eſſentiali: ſed beate virginis nunꝙ offuſcabat̃ nec ꝑ alicui⁹ peccati maculā poterat denigrari ⁊ tamē cōtinue creſcebat ꝑ merituz. Merito ergo de ipa dicit̃ illud Prouer. vl. Multe filie ↄgregauerūt diuitias: tu ſuꝑgreſſa es vniuerſas.

Undecimuz q: mūdo fructuoſiſſima

¶ Undecimum priuilegiuz: quia puritas beate ꝟginis extitit toti mundo fructuoſiſſima ⁊ angelis ⁊ hōibus. Nulli⁹ quippe angeli vel ſancti: aut creature cuiuſcūꝙ puritas tantum fructum attulit mundo ſicut Marie puritas: ex qua proceſſit p̄cium noſtre redēptiōis. i. caro ⁊ ſanguis chr̄i quo redēpti ſumus Iuxta illud. j. Petri j. Non corruptibilibus auro vel argento: ſed p̄cioſo ſanguine ⁊c̄. Ex hac etiam ꝓceſſit panis ⁊ potus refectionis: cibus q̇z angeloꝝ ⁊ oīm ſanctoꝝ: id eſt corp⁹ ⁊ ſanguis in ſacramēto. De quo Ioā. vj: Hic eſt panis viuus qui đ celo deſcēdit. qui mādūcat ex hoc pane viuet in eternum. et Sap. xvj. Panem angeloꝝ māducauit homo. ¶ Itē ex puritate beate Marie ꝓceſſit pax reconciliationis ⁊ celice reparationis fructus. Chr̄s enim eſt pax noſtra qui fecit vtraꝙ. i. celeſtia et terreſtria vnum: teſte aplo. Propterea canit eccl̄ia. Bñdicta filia tu a dño: q: per te fructum vite cōicauimus.

Duodecimū reuerendiſſima.

¶ Duodecimū priuilegium q: btē virginis puritas eſt ꝑ oībus reuerendiſſima. Eam eñ veneratus eſt ⁊ deus: q: deſcēdit cum ea in Nazareth: ⁊ erat ſubditus ei: ſcz in debitis honoribus et obſequijs. Luce. ij. c. Deniꝙ eius puritatē venerabant̃ angeli. Nam ⁊ Gabriel archangel⁹ genuflexo eam ſalutauit: dicēs. Aue gratia

plena. Preterea tota eccl̄ia et tota summa patria adorat
adoratiōe hyꝑdulie. In laudē quoqꝫ ⁊ gl̄iam eiꝰ oēs san-
cti angeli canūt illud Judieū. xv. Tu gl̄ia Hierl̄m: tu leti
cia isrl̄: tu honorificentia ppl̄i nostri. eo ꝙ castitatē ama-
ueris: ⁊ ideo eris bn̄dicta in eternū. Hec ibi. Merito ergo
⁊ nos charissimi in gl̄iam ⁊ laudē dei om̄ipotētis tā puris
simā ⁊ gl̄iosissimā ꝟginē adoramꝰ merito ipius suffragia
inuocamꝰ. Merito deuotis laudibus efferimꝰ quā deus
tante puritatis honore ꝑtulit oībus. ⁊ tantis priuilegijs
ꝑfecit dignissimā ⁊ ꝑelectā cunctis creaturaꝝ generibus:
vt foret mater dei: dn̄a mundi: regina angeloruꝫ ⁊ media
trix dei ⁊ hoīm. O vere mundissimam virginē. O vere di
gnissimā dei matrē. O deꝰ meus qn̄ erit vt videamꝰ in ce
lo eius gl̄iam. O Jesu ꝑdilectissime ꝟginis Marie nate
dulcissime. da q̄sumꝰ nobis gr̄am vt imitādo tue sanctissi
me mr̄is castimoniā: digni simus ꝑuenire ad tuam gl̄iam
Miraculū Amen. Miraculū. ¶ De puritate btē virginis pōt mi-
raculū applicari qđ refert Uincen. in spec. historiali. lib.
viij. ca. ciiij. di. Pictor quidā in partibꝰ Flādrie: btē virgi
nis puritati deuotus: quotienscūqꝫ depingebat imaginē
virginis beatissime: ob eiꝰ puritatē ⁊ gl̄iositatē pulcherri
me depingebat: ⁊ diaboli imaginē sub pedibus eiꝰ turpis-
simo vultu (vt decet turpitudinis amatorem) figurabat.
Juxta illud Gen̄. ix. Ipa ꝯteret caput tuū. Cui diabolus
in visione noctis apparuit: dicens cū ira. Cur me ita irri-
tas. Pictor r̄n̄dit. Bene hoc ago: qꝛ sꝑ te passus sum oīm
que feci maloꝝ incentorē: ⁊ adhuc turpiū cogitationum
moliris insidias. Hoc fortassis dixit: qꝛ possibile ꝙ turpes
cogitatiōes passus contra puritatē beate virginis: sicut ⁊
mā. id est. incorruptibilitatē luminositatē eternitatē: et hmōi. Item ascēdendo a terra videmus q aqua purior ⁊ luminosior est terra: ⁊ aer aqua: atq3 aer magis propinquus solis lumini magis reddit luminosus q̄ remotus: qr teste Aristo. Omne agens fortius agit in ppinquū q̄ in remotū. ¶ Itē declarat̄ secūdo in rōnabilibus rebus: qr hō cum sit aial rōnale magis approximat deo ⁊ mag participat ppᵃrietatē diuinā. scz mãsuetudinē: amorositatē ⁊ pietatē ⁊ hmōi q̄ brutū aial: dicēte: Aristo. li. Polit. q hō est aial naturalr̄ mãsuetū: amicabile ⁊ sociale: ⁊ angelus adhuc magis q̄ hō. Itē hō iustus magis q̄ pctōr et impius: et sancti in celo magis q̄ viatores. Itaq3 ex q̄ btā virgo summe fuit pxima deo in p̄senti p grām: ⁊ nunc in patria est sup oīa mediatrix post christū deo p gloriā: iuxᵗ illud ps̄. Astitit regina a dextris tuis. i. in potissimis bonis glie. Ideo sicut deᵘ est erga nos sūme misericors et bonus: cui ppriū est misereri sp et parcere atq3 amare: qr deus charitas est. j. Joā. iiij. Ita beatissima vgo summe participat has ppᵃrietates vt sit sup oēm purā creaturā pijssima: misericordissima et charitate plena. Proinde Bern̄. dicit. Per te accessum habemᵘ ad deū o btā virgo interuētrix grē: genitrix vite: mater salutis eterne: copiosa charitas tua nostrorū operit multitudinē pctōx. Idē in ser. In lectione dicit. Quid dicā inqt de fonte pietatis: nōne q̄ pomū in manu sua tenet dimidia diei hora: reliq diei parte pomi seruabit odorē. Quantū igit̄ viscera illa pietate affecta sunt: in q̄bus diuina pietas nouē mensibᵘ requieuit. Hec ille. Ecce igit̄ claret ex dictis rōnibᵘ q beatissima dei mater maiori charitate nos diligit q̄ oēs angeli vel sancti ac quicūq3 hoies quantūcūq3 diligere possent. Nō sic certe pater vel mater filiū: nō sic frater fratrē aut sororē: nō sic amicus amicū: nō sic om̄is creatura diligere pōt quantū ipsa nos in deo ⁊ ƀm deū diligit. Uere g̃ durissimū est cor hoim impiox qui p tanto amore nolūt ipām reamare p deuotōis spūalis affectū ⁊ cultū. ¶ Secūdo circa hoc primū mysteriū q̄stio occurrit. Utrū ipsa beata virgo magis diligat aliquē hominē q̄ alterū: an om̄es equaliter amet. Ad qd̄ breuiter rn̄det̄ q nō om̄es equaliter diligit: sed vnū magis altero: qd̄ ostendit̄.

[Marginal notes: In rōnabilibus rebus. — Questio Utrū maria magis diligat aliquem hoiem q̄ alterum.]

¶ Primo rōne diuine ɔformitatis.
¶ Secundo rōne equitatis.
¶ Tertio rōne similis virtuositatis.

¶ Primo rōne diuine ɔformitatis. Tanto quippe charitas in hoie est ordinatissima ⁊ sanctissima quanto diuine voluntati ⁊ charitati est ɔformior: sed qr deus nō diligit om̄es hoies equaliter: qr magis diligit eos q̄ sunt membra vnigeniti filij sui: vt dicit̄ in. iij. sentētiarū: dist. xxxij. Nec ex hoc sequit̄ q in deo sit mutabilitas dilectiōis ƀm magis et minus: qr vt habet̄ a magr̄o ibidē: licet diuina dilectio ƀm essentiā nō recipit mag ⁊ minᵘ: tn̄ ƀm efficiētiā inquantū aliquos ad maiora: alios vo ad minora diligit: dicit̄ magis ⁊ minᵘ diligere. Aliquos aūt q̄bus penam vult inferre dicit̄ odire vt pctōres. Un̄ Eccli. xij. Altissimus odio habet peccatores. Un̄ ƀm Bonauen̄. dist. qua supra: tertij libri. Dilectio dei est potius effectus q̄ affectus. Nam ⁊ Aristo. ix. Ethicox ait. q dilectio amicitie fundat̄ sup beniuolentia. Concludit̄ ergo q sicut deᵘ aliq̄bus maiora bona vult ⁊ sic magis diligit: sic ⁊ btā dei genitrix q̄ sup om̄es cōformis est diuine voluntati aliq̄s qui vicz sunt membra filij sui ⁊ de spū filij sui viuūt in grā: amplius diligit: ⁊ q̄s deᵘ odit ⁊ ipsa odit: vt dicere possit cū Ps̄. Nōne q̄ oderūt te dn̄e oderā: ⁊ sup inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderā illos: inimici facti sunt mihi. ¶ Secūdo ostendit̄ rōne equitatis ⁊ iusticie: qr in beatissima virgine est charitas ordinatissima. vn̄ Can̄. ij. Ordinauit in me charitatē. scz ipse spūsctūs. Ordo aūt rectus charitatis ex equitate ⁊ iusticia requirit vt meliores ⁊ deo primi in virtute: p̄diligant̄ remotioribᵘ ⁊ peioribus: vt vult sctūs Tho. ij. ij. q. xxvj. ꝑ tō. Hinc de pe. dist. ij. §. Intelligo. dicit̄ puersa esse dilectio q̄ nō seruat legitimū modū ⁊ ordinē dilectionis ɔstitutū: vt q̄ diligunt nō diligenda: vel magis diligūt minus diligēda. ¶ Tertia rō cōsilis virtuositatis. Nam sile diligit sibi sile. viij. Ethi. ⁊ om̄e aial diligit sibi sile Eccli. xiij. Quāto g̃ q̄s ē p vtutē deo ⁊ btē vgini silior tāto ⁊ diligibilior. Un̄. vij. Ethi. Hoies inqt dij dicunt̄ fieri ppᵗ virtutis excellētiā: prauus aūt hō deterior est bestia. Hec ibi. O itaq3 pctōr ɔuertere ⁊ virtutibᵘ deo assimilari stude: vt deᵘ te diligat et sanctissima eiᵘ mr̄ ac oēs scti affectuosius p te intercedant ⁊ foueant ac ptegāt: ament ⁊ tibi ɔgaudeāt.

[Marginal notes: Primo rōne diuine ɔformitatis. — Scd̄o ōnditur rōne equitatis ⁊ iusticie — Tertia cōsimilis virtuositatis.]

¶ Secūdo querit̄ circa hoc primū mysteriū: q̄les hoies beata virgo p ceteris amplius diligat: aut q̄liter q̄s possit facere vt ab ea magis ac magis diligat̄. Ad qd̄ dico q sicut colligere possumᵘ ⁊ elicere ex p̄assumpti thematis nr̄i auctoritate q̄ttuor sūt genera hoim q̄ speciali affectu a beata virgine diligunt̄: ⁊ tanq̄ in filios amātissimos ab ipsa adoptant̄. ¶ Primū genus est eox q̄ castitatis habent affectionē. Un̄ dic̄. Ego inqt mr̄ pulchre dilectōis. Casta quippe dilectio dicit̄ pulchra dilectio: sicut carnalis dilectio p cōtrariū dicit̄ turpis amor. Un̄ Sap̄. iiij. O q̄ pulchra est casta generatio cū claritate: imortalis em̄ est memoria illiᵘ: qm̄ apd̄ deū nota est ⁊ apd̄ hoies. scz p amoris noticiā. Nam ipsa cū sit vgo castissima nō nisi castos diligit: qr sile simili applaudet: ƀm Bonauen̄. ¶ Secundū genus est eox q̄ diuinū habent timorē. Un̄ subdit̄ in dicta auctoritate: et timoris. Qui g̃ timēt offendere deū: ⁊ a pctō ɔuertunt̄ timore filiali: hi a btā virgine specialiᵘ diligunt̄: atq3 a chr̄o eius filio ⁊ sctis. Un̄ Eccli. xxv. ca. Btūs hō cui donatū est habere timorem dei. Timor em̄ dei initiū dilectionis eius. Et iterū ca. xv. Qui timet deū faciet bona: ⁊ q̄ cōtinēs est iusticie apph̄endet eā ⁊ obuiabit illi quasi mater honorificata. Qui igit̄ in pctō ɔseuerant nec dei p̄cepta obseruāt: hi sunt btē virgini detestabiles tanq̄ maledicti: iuxta illud ps̄. Maledicti q̄ declinant a mādatis tuis. ¶ Tertiū genus est eox q̄ vere fidei habēt agnitionē. Un̄ in auctoritate subdit̄: ⁊ agnitionis: qr sicut sine fide impossile est (teste aplo Hebre. xi. ca.) placere deo: ita ⁊ btē virgini. Hinc Eccli. xxv. Fidei initiū agglutinandū est ei. Claret g̃ q heretici: scismatici et quicunq3 male sentiūt de articulis fidei: aut q̄ fidē verā nō habent de vginitate Marie: nō amant̄ ab ea: sed detestabiles sunt tanq̄ inimici: siliter q̄ diuinationibᵘ intendunt: qr vt habet̄. xxvj. q. j. Epi. fidē nō habēt diuinationibus ⁊ magicis artibus intēdentes. ¶ Quartū genᵘ est eox qui erga ipām habēt spei deuotionē. Un̄ subdit̄. Et sctē spei. Nam q̄ ipām specialiᵘ amāt ⁊ spem in ipsa ponētes: in patronā specialē eam deuotius inuocāt: tales ipa specialius reamat: iuxta illud Prouer. viij. Ego diligentes me diligo. Qd̄ patet in exēplo ex legēda festi Marie de Niue in Joāne patricio ⁊ i multis alijs miraculis. De quibᵘ in li. vi. plurima scribent̄. O itaq3 aīa fidelis pensa q̄suaue: q̄utile: q̄necessariū saluti: ac q̄securū sit diligere ⁊ diligi a btā dei mr̄e: ⁊ toto tuo posse ad id tende: vide q̄indicibili charitate ipsa nos diligat: ⁊ tanq̄ mr̄ pijssima ac charitate plenissima nos saluari cupiat. Pro tanta igit̄ charitate eidem grās refunde: ipām deuoto seruitio cole: castitatē tene: ⁊ deū time: fidē habe: ac spem totam in ipsam pone: sciendo te tanto plus ab ea diligi: quanto in his conaris perfici: ⁊ p consequēs in celesti regno cum ipsa beatificari ⁊ amplius premiari.

[Marginal notes: Virgo p̄ ceteris diligat — Primū. — Secundū — Tertiū — Quartū]

¶ Articulus. ij. de maternali habitudine Marie: quia scz licet ipsa dicit̄ mater omniū: ⁊ per ɔsequens maternā habet charitatē: erga homines ⁊ etiā angelos.

Circa secundū mysteriū principale. scz maternalis habitudinis tria quero. ¶ Primo: vtrū beata virgo dici possit merito mater oim christianox ⁊ electox. ¶ Scd̄o: vtrū ipa gloriosissima virgo dicat̄ merito mr̄ non solū hoim: sed etiā sanctox angelox. Tertio: vtrū eius materna dilectio sit maior ad homies q̄ angelos: an ecōuerso. ¶ Ad primū q̄situ rn̄det̄ ƀm magnū Alber. sup Missus est. c. clxxxviij. q sic. Et ōndit̄ Primo auctoritate. Scd̄o rōne. Tertio exemplo et silitudine. ¶ Primo inquā auctoritate Nam Luc. ij. habet̄. Peperit filium suū primogenitū: ergo habuit scd̄o genitū: nō quidē corpaliter: vt bene ɔstat: ergo spūaliter: sed generatio spūalis vna est oim christianox et electox: ergo ipsa mater oim spūaliū. Itē Hebre. ij. apl's dicit: q christus nō ɔfundit̄ eos. scz christianos fratres vocare. Ipse em̄ est primogenitus in multis fratri-

[Marginal notes: Utrū btā virgo dici possit mater oim christianox et electox — Primo.]

bus: ergo sicut christus est frater oim christianoꝝ: ita et eius mater Maria est oim mater. Vñ Ans. Si chrs oim frater: cur nō ipa genuit oim mater. Itē Sap. vij. scriptū est. Quē oim bonoꝝ mater est. ¶ Secūdo ostēdit rōne. Nam canit eccla di. Maria mater grē mr miscdie. Sed p grām oēs chriani habēt gratuitū esse: 7 habebūt in futuro gl'iosum esse: ḡ ipsa est mr oim electorū. ¶ Tertio ostendit exēplo 7 silitudine. Nam mr respectu filij habet pprietatē genituræ: curæ 7 prioritatis: btā ꝟgo mr est: ḡ oim chrianoꝝ. Genitura: qꝛ vnū hoiem chrm genuit p quē oēs chrianos regenerauit. Et hoc est qd dr. Peperit inqt filiū suū primogenitū. Itē ipsa est mater cura: qꝛ in chro nobis genuit quicqd ad hāc vitā vel futurā ad salutē nobis necessariū fuit: 7 curā in celo sollicitā gerit nre aduocationis tanq̄ mater miscdie adoptata: sicut canit eccla. Ipsa etiā est mater prioritate: qꝛ p̄electa 7 primogenita ante omnē creaturā Eccli. xxiiij. Hinc dñs Jesus in cruce pēdens dixit Joāni. Ecce mater tua. Joan. xix. et btē virgini. Ecce filius tuus. Joānes q̄ppe interptatur grā vel in quo est grā: 7 ideo ibi typū tenuit oim existentiū in grā hoim: q̄s dñs oēs et singulos suę matri tanq̄ adoptatos filios recōmēdatos esse voluit. Vñ tota vniuersaliter eccla canit ad beatā virginē loquēdo. Mōstra te esse matrē: sumat p te p̄ces qui p nobis natus tulit esse tuus. Et mellifluus Berñ. ostēdit q̄les christiani dicant verius beate Marie filij: vel q̄bus signis agnosci hoc valeat: sup euāgeliū Stabat iuxta crucē 7c. ita di. Multis ḡ fratres cognoscere. scʒ p signa Marie verū filiū: ille est q̄ p̄ter hoc q̄ seipm virginis obsequio mācipauit: deū ex toto corde diligit: q̄ ex ipsa natus est 7 in se voluptatē carnis abdicauit. scʒ castitati deseruiendo: necnō ad p̄ximū vt pōt miscdie opa extendit. Certe de isto dicit christus ad Mariam. Ecce filius tuus. Hec Berñ. ¶ Ad secundū quesitū r̄ndet ſm cun. Alber. vbi ō. q̄ btā virgo Maria dei genitrix inclyta merito dicit mater non solū hominū sed etiā angeloꝝ sanctoꝝ 7 in patria beatoꝝ atq̄ omniū creaturarū dei. triplici potissime rōne.

¶ Primo rōne causalis originationis.
¶ Secundo rōne eternalis p̄destinationis.
¶ Tertio rōne supnalis illustrationis.

¶ Primo inquā rōne causalis originis: qꝛ ipa est mr dei: sed deus est pater: causa: et origo oim creatoꝝ: ḡ ipsa est mater oim. Nā quicqd est causa p se 7 origo causæ: est etiā origo 7 causa causati: per autorē de causis: sed qm mr dei est p se causa 7 origo filij: 7 filius est p se causa 7 origo oim angeloꝝ sctoꝝ ac creaturarū: ḡ ipa est mr oim. ¶ Scdo rōne eternalis p̄destinationis. Ipsa eñ ab eterno 7 ante secula p̄destinata est vt esset principiū ex q̄ recreādū fuit oē creatū. Vñ de ipsa appropriate legit illud Prouer. viij. Dñs possedit me in initio viarū suarū anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Et infra. Cū ipso erā cūcta cōponēs 7c. Vñ qꝛ ipsa p̄ordinata 7 p̄uisa est in mente diuina: creatus est orbis 7 angelica natura ac tota mūdi machina: ḡ ipsa merito dicit mater omniū etiam angeloꝝ et creaturarū. ¶ Tertio rōne supnalis illustratiōis: quia in gl'ia supna oēs angeli 7 sancti accipiūt illuminationē 7 pfectiorem beatitudinē a dño Jesu in quē desiderāt angeli p̄spicere j. Pet. j. et p quē oia restaurant siue q̄ in celis siue que in terris Col. j. Sed qꝛ dñs Jesus in gl'ia dei patris est in carne assumpta ex beata ꝟgine in qua quidē incarnatiōe diuina oēs angeli atq̄ sancti beatificatos se gaudent fore eterna beatitudine: 7 sic quoddam esse glorie recipiūt oēs a btā virgine: ḡ et ipsoꝝ est mr in esse glīe superne. Vñ Berñ. Merito o dña in te respiciūt ocli vniuerse creature in q̄ et ex q̄ benignissima manus dei qcq̄d creauerat recreauit. Ad te quippe o dña sicut ad mediū respiciunt: 7 qui habitāt in celo 7 qui in inferno: 7 q̄ nos p̄cesserūt 7 nūc sunt 7 nos qui sumus 7 qui sequuntur: qui in celis sunt vt resartiant: q̄ in inferno. i. purgatorio vt eripiant: qui p̄cesserūt 7 nūc sunt vt fideles inueniant: et qui sequunt vt glorificent. Hec ille. ¶ Ad tertiū quesitū: qꝛ dictū est q̄ est mr nō solū hoim sed etiā angeloꝝ. Ergo restat q̄stio Utrū magis diligat homines q̄ angelos vel ecōuerso. ¶ Ad qd r̄ndet q̄ sicut deus: ita et dei mr magis diligit hoiem q̄ angelū: qꝛ ad maiora 7 plura bona diligit hō a deo q̄ angelus: tam in bonis grē q̄ glīe: vt deducit dñs Bonauē. sup. iij. di. xxxij. Nā Hebre. ij. scriptū est. Nusq̄ angelos apphēdit sed semē Abrae scʒ in bnficio incarnationis 7 misericordioris repationis 7 redēptiōis. Uerū 7 in grā ac glīa quosdā hoies angelis supiores fecit: 7 humanā naturā angelicis spiritibus in vtroq̄ sexu supposuit in celo: vt patet in chro 7 eius mre: ḡ p̄sequens est vt sicut deus: ita 7 eius mr q̄ cōformissima est p oia diuine volūtati plus diligat hoies q̄ angelos. Qd quidē luce clarius p̄firmet triplici rōne. ¶ Primo rōne primioris cognationis: qꝛ hō p̄rimius attinet ei q̄ angelus: cū chrs Jesus eius filius hoies adoptauerit in fratres Joā. xx. Uade 7 dic fratribus meis qꝛ p̄cedā vos in galileā. Atq̄ in amicos charissimos. Joā. xv. Jā nō dicā vos seruos sed amicos Sed nusq̄ legit q̄ chrs angelos fratres 7 amicos noiauerit: sed tm̄mō seruos 7 ministros: ḡ 7c. Hinc dicit Berñ. Jam me spernere nō poterit chrs deus 7 sctissima scʒ mr eius: os: caro 7 frater meus. ¶ Scdo rōne amplioris dignificationis: qꝛ hō p grām diuine incarnationis amplius est dignificatus 7 exaltatus q̄ angelus. Quid eñ sublimius 7 dignius q̄ q̄ natura hūana vnita est deo in vnitate psone: vt scʒ sit homo deus 7 deus hō: qꝛ ꝟbū caro factū est Joā. j. qd nō est p̄stitū angelice nature: imo oēs angeli adorāt humanā naturā in chro adoratiōe latrie p̄pter verbi vnionē: nunq̄ aūt exhibet angelo adoratio latrie ab hoie vel aliq̄ creatura ḡ 7 btā ꝟgo amplius reueret 7 diligit hoies q̄ angelos: imo sicut seipam: iuxta illud Mat. xxij. Diliges p̄ximū tuū sicut teipm. ¶ Tertio rōne duplicis glorificatiōis: qꝛ angelus habet simplicē gloriam essentialē in celo: hō ꝟo duplicē glīe stolā p̄secutus est: 7 duplici oculo pfruet visione celestis glīe: qꝛ in aīa pfruet visione diuinitatis sicut 7 angelus: 7 insuper corpali oculo videbit faciē christi in quā desiderāt angeli p̄spicere. j. Pe. j. Silr 7 gloriosissimā matrē dei videbimus in corpore gloriosissimo 7 anima sanctissima: 7 in vtroq̄ ac ſm vtrūq̄ videbimur ab ipsa. Et qm in celo quilibet sanctus tantū gaudet de bono alterius sicut de proprio: vt dicit Grego. Quis ergo mensurare poterit quanta charitate ipa dei pijssima mr de nostro bono gaudeat: quāto amore erga nos ferueat quos optime nouit tāpreciosissimo filij sui sanguine fore redēptos et intantū a deo dilectos et tanta gloria sublimādos. O aīa fidelis: o cor christianū vtinā semp in mēte haberes 7 pensares quantū te dñs Jesus amauerit qui p te incarnari: pati 7 mori voluit: et quāta charitate eius sanctissima mater tuā salutē optauit que 7 tantū sacrificiū. i. sanguinē chri p te offerri desideranter sustinuit: imo nō tm eius p̄dulcissimū natū: sed et suam animā p̄priā in cōpassionis dolore vulneratā p te obtulit deo sub cruce. O christiane pensa q̄care es redēptus: q̄ maxime a christo 7 eius mre es dilectus: et stude gratias agere: stude chro ac eius mri deseruire. disce miser p tanto amore amorē: nō odiū rependere: vt valeas cum vtroq̄ in celo conregnare.

¶ Articulus. iij. q̄ beata Maria certitudinaliter nos diligat ostendit ex. xij. signis dilectionis.

Circa tertiū mysteriū scʒ effectualis certitudinis videndū nobis restat quibus effectibus et operibus charitatis ac signis dilectionis ipsa btā virgo certos nos reddiderit de sua summa 7 materna charitate seu affectuositate: quia vt ait Grego. in hom. xxiij. Probatio dilectionis est exhibitio opis. Notare ḡ possumus hic iuxta numerū. xij. stellarū in corona capitis bndicte virginis Apocal. xij. descripta effectus 7 signa. xij. charitatis maxime erga genus humanū exhibita p eandē q̄bus certificamur de eius dilectiōe: et hos effectus vel signa charitatis in tribus quaternarijs diuidemus: vt patebit intuenti p̄cessum figure.

¶ Primus effectus materne adoptionis
¶ Secundus studiose educationis.
¶ Tertius prouide cautionis.
¶ Quartus auide p̄motionis.
¶ Quintus pijssime miserationis.
¶ Sextus sollicite subuentionis.
¶ Septimus dolorose amissionis.

Marginalia: Secūdo; Tertio; Marie veri filij; Maria dicit mater angeloꝝ et in patria beatoꝝ; Primo; Secūdo; Tertio; Questiō vtꝝ Maria magis diligat hoies q̄ angelos; Primo; Secūdo; Tertio rōne duplicis glorificationis; Maria certitudialiter nos diligat ex duodeci signis dilectiōis cōprobatur.

¶ Octauus amoꝛoſe reconciliationis.
¶ Nonus pꝛopꝛie expoſitionis.
¶ Decimus ꝓcioſe redemptionis.
¶ Undecimus celice hereditationis.
¶ Duodecimus ſedule interceſſionis.

Primum ſi- gnū ſiue effe ctus adopti onis gratia. A

P Rimus itaqꝫ effectus ⁊ pꝛimū ſignū charitatis
btē virginis eſt materne adoptionis opus ſeu
gr̄a. Diuiſionē breuiꝰ cape iuxta lr̄as A.b.c.d.
ſignatas iuxta auctoꝛitates ꝓpoſtere. A
¶ Quia nēpe ipſa eſt mater nr̄a adoptata: quā adoptio
nem fecit dn̄s Jeſus ſummus ſacerdos cū pepēdit in cru-
ce et ait ad matrem. Mulier ecce filius tuus. Quo verbo
om̄es fideles ſibi tanqꝫ filios adoptiuos recōmendauit:
vt.ſ̄.patuit: ꝓpter qđ oīno nos teneť diligere: nec pōt
nos odire dūmō nos obicē ſue gr̄e nō ponamus: qđ oñ-
Primo dit. ¶ Pꝛimo ex foꝛtitudine gr̄e. qꝛ nouimus ꝙ oīs ma-
ter naturaliter diligit filios etiā in feris ⁊ irrōnalibꝰ aīa-
libus: ſed qꝛ multo foꝛtioꝛ eſt gr̄a qꝫ natura: ğ ex plenitu-
dine gr̄e nō valet ſe cōtinere quin cogatur nos diligere.
Uñ Oꝛige. in q̊dam ſer. Scio inq̇t ꝙ ſi btā virgo pulſata
fuerit neceſſitati nunqꝫ deerit: miſericoꝛs em̄ eſt et plena
gratia: et ideo continere ſe non poterit quin miſereať in-
Secūdo uocanti. Hec ille. ¶ Secūdo oſtendiť ex obligatione re-
cōmendationis diuine. Nam quare dn̄s Jeſus verus deꝰ
voluit et decreuit tā aptiſſimo tp̄e. ſcꝫ ſue paſſiōis in cru-
ce cum maximā charitatē erga nos exhibuit: nos ſue ma
tri recōmendare: niſi vt ex loco opeꝛꝫ et tp̄e ipſam recō-
mendationē coꝛdi eius ꝓfundius ⁊ ardentius indagaret:
et etiā vt quādo iuſto iudicio ira dei in nos ad puniendū
et damnandū deberet exardeſcere: ip̄a dei piiſſima mater
memoꝛ loci ⁊ tempoꝛis ac charitatis chꝛiſti in cruce exhi-
bite: ꝓ nobis affectuoſius interpellādo mediaret acſi do
minus Jeſus videreť dixiſſe in cruce. Mulier ecce filius
tuus. Ecce inquā vide oculis et cōſidera mente qualia et
quāta ꝓ hominibus patioꝛ. Ecce quot vulneribus inci-
ſus ſanguinē ꝓ eis abundantiſſime effundo. Ecce quanta
charitate acerbiſſimā moꝛtē tolero. Ecce ſpinea coꝛona
et caput perfoꝛatū. Ecce coꝛpus totaliter flagellatum ⁊
cruoꝛe perfuſum. Ecce claui ⁊ lancea: fel: acetum et om̄is
paſſio mea. Hec igitur cōſiderando. O mater dilecta. O
mulier virgo electa: habe ⁊ tu ip̄os peccatoꝛes ad te ꝯuer
ſos tanqꝫ filios ꝑ me tibi recōmendatos: vt eos foueas:
eoꝝ ſalutem ꝓcures: ⁊ eos piiſſima tua interceſſione ſal-
ues. Hinc Anſ. exclamās dicit. O beata fiducia. O tutū
refugiū: mater dei eſt mater noſtra: ambo filij Marie fue-
runt moꝛtui in paſſiōe: vnus crucis acerbitate: alter men-
tis infidelitate: et ideo viſcera Marie plena fuerūt amari-
B tudine. Hec ille. B ¶ Secūdus affectꝰ ſtudioſe edu
Scđs effe- ctus ſtudio- ſe educatōis cationis. Nimirū maternus amoꝛ facit vnāquāqꝫ matrē
nimis ſtudioſe educare: lactare: et nutrire filiū ſuū: adeo
ꝙ ſicut cernimus plorantē filiū conſolari ſtudeat: nec cō-
tinere ſe valet quinetiā in nocte ad ploꝛatū filij aſſurgat
et ei lac ꝓpꝛium poꝛrigat: quod quidem lac de ſui ſangui-
nis fonte generať et manat ſm ph̄ōs. vnde mater ꝓpꝛio
lacte tanqꝫ ſanguine filiū educat. Inſuꝑ panem maſticā-
do mater filio eſibilē reddit vt eum enutriat. Talem per
om̄ia charitatē nobis beata virgo Maria ſpūaliter mini-
ſtrat et exhibet. Nam ipſa nos peccatoꝛes flentes. ſcꝫ ꝓ
peccatis: et in nocte vicioſe tenebꝛoſitatis ad eam cōuer-
ſos parata eſt conſolari per gr̄e dulcedinē ac deuotionis
infuſionē. Eſa vlť. Quomō ſi blandiať mater filio ita cō-
ſolaboꝛ vos. Item ipſa panē vite eterne. i. coꝛpus ⁊ ſan-
guinem chꝛiſti filij dei nobis eſibilem reddidit in ſacramē
to: et hunc panem angeloꝝ de ꝓpꝛio ſua ⁊ puriſſimo ſan-
guine generatū: ac virgineo ſuo lacte enutritū nobis pe-
perit et pꝛebuit: vt nos alat: ⁊ educare ad eternā vitā va
leat. Unde Joā. vj. Ego ſum panis vite qui de celo deſcē
di. Si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternū. O
igitur beata viſcera Marie virginis que genuerūt nobis
hunc cibum patrie celeſtis. O beata eius vbera virginea
que lactauerūt chꝛiſtū vt ipſum panem angeloꝝ habea-
C mus quotidie eterne vite alimentū. C ¶ Tertiꝰ ef-
Tertius effe ctꝰ pꝛouide. cautionis. fectus ꝓuide cautionis. Maternus q̇ppe amoꝛ affectuo-
ſius ꝓpꝛium habet ꝓuidere vt caueat ſollicite pericula et
queqꝫ mala ſui filij: adeo vt ſeſe ꝓ natis matres exponāt
moꝛtis periculis: ſicut videmus certa experientia in bꝛu-
tis et beſtijs: auibus ac animalibꝰ alijs. Etem̄ cerua tem-
poꝛe venationis confugit ad pullū ⁊ interponit ſe canibꝰ
ne amittat filium: ſic ſimie: ſic leones: ſic gryphes: ſic celi
aues: imo et homines. Pꝛopterea ſapiens Salomō cum
ad eum veniſſent due mulieres meretrices litigando pꝛo
filio: vna dicente ꝙ hic viuus filius eſſet ſuus: altera ecō-
trario ꝙ nō inquit: ſed filius meus viuus hic eſt: tuus aūt
moꝛtuus eſt. Uoluit rex ipſe per hoc pꝛobare cuius eſſet
filius ille viuus: ſique illarū nō poſſet velle moꝛtē ſeu ma-
lum filij ſui. vnde ait rex. Diuidite infantē viuum in duas
partes ⁊ date dimidiā ꝑtē vni: et dimidiā alteri. Et mox
mulier cuius erat filius quia cōmota ſunt viſcera eius ſu-
per filio: dixit ad regem. Obſecro domine date illi infan-
tem viuū ⁊ nolite interficere eum. Ecōtrario altera dicē-
te. Nec mihi nec tibi: ſed diuidať: ſententiā tulit rex. Date
huic infantē viuuū ⁊ non occidať: hec eſt em̄ mater eius.
iij. Regū. iij. Hunc certe affectū dilectionis erga nos be-
ata virgo oſtendit et exhibet cum ſollicite cauere ſtudet
ſua interceſſione coꝛā iudice deo ne pericula moꝛtis eter-
ne incurramus: ne ſententia damnationis data pereamꝰ.
Unde canit eccleſia. Sub tuū pꝛeſidiū cōfugimus ſancta
dei genitrix: noſtras dep̄cationes ne deſpicias in neceſſi-
tatibus: ſed a periculis cūctis libera nos ſemꝑ virgo glo
rioſa et benedicta. Nam pꝛofecto ſicut quādo pater vult
coꝛrigere et flagellare filiū: accurrit filius ſub pallio ma-
tris: mater quoqꝫ ſe interponit ⁊ ꝓtegit eum a flagellis.
Sic beata virgo facit nobis quādo deus pater ꝓpť pec-
cata vult nos caſtigare penis: ꝓpterea oꝛando Ignaciꝰ
in ep̄l'a ad beatā virginē dicit. Nunc claude me in gremio
pietatis: tu mater ſumme deitatꝫ: vera mater ſaluatoꝛis:
mater optata peccatoꝛis. Hec ille. Hinc in quibuſdā pi-
cturis ſolet ſub pallio imaginis benedicte virginis depin
gi multitudo populi chꝛiſtiani diuerſi generꝫ ꝓpter huiꝰ
ſignificationē. D Deſiderationis. ¶ Quartus effe- D
ctus auide ꝓmotiōis. Maternus nempe affectus auidus Quartꝰ effe- ctꝰ auidi ꝓ- motionis
eſt ⁊ animoſus ad filij ſui ꝓmotionē: vñ multū gaudet cū
videt filium ꝓcreari in regem vel militem aut pꝛincipē.
Qđ clareſcere poteſt in exēplo de matre filioꝝ Zebedei.
Matth. xx. q̄ a chꝛiſto optabat ⁊ petebat vt filij ſui in re-
gno eius ſederent vnus ad dexterā ⁊ alius ad ſiniſtram.
¶ Hunc talem effectū charitatis habuit beata virgo et
exhibet erga nos: quia ſummo deſiderio optat et pꝛo no
bis laboꝛat vt adipiſci valeamus coꝛonā regie dignitatꝫ
patrie celeſtis que talis eſt ſublimitatis et tam ineffabilis
gloꝛioſitatis: vt ſicut dicit ap̄ls. j. Coꝝ. ij. nec oculus vi-
dit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hominis aſcendit que ꝓ-
parauit deus diligentibus ſe. Unde de ipſa gloꝛioſiſſima
dei matre ſcribiť Eccl'i. xv. Obuiabit illi. ſcꝫ homini quaſi
mater honoꝛificata: ⁊ exaltabit illū apud ꝓximos ſuos:
et ſtola gloꝛie veſtiet illum: iocunditatē et exultationem
theſaurizabit ſuꝑ eum: ⁊ nomine eterno hereditabit illū.
Hec ibi. ¶ Quintū charitatis ſignū eſt piiſſime miſerati- Quintū ſi- gnū piiſſime miſerationis.
onis: qꝛ em̄ mater quāto pietate plena: tanto charitate
affectuoſa: eo ꝙ pietas ex fonte eſt charitatis dulciflue.
Sed beata virgo mater eſt miſericoꝛdie et regina clemē-
tie: vt canit eccleſia. Unde ipſa plena eſt miſcđia et chari-
tate ad homines tripliciter.
¶ Pꝛimo ex natura.
¶ Secūdo ex gratia.
¶ Tertio ex obligatione diuina.
¶ Pꝛimo ex natura: qꝛ ſicut eius aīa a deo eſt diſpoſita
et oꝛdinata vt ſit ei diuinitus inſita pietas ⁊ miſericoꝛdia
ac charitas plena Job. xxxj. Ab infantia mea mecū cre-
uit miſeratio: et de vtero matris mee egreſſa eſt mecum.
¶ Secūdo ex gratia: qꝛ vbi plena eſt gr̄a ſpūſſcti: eſt ple
na dilectio ⁊ pietas que attribuunť ſpirituiſancto: iuxta il
lud ap̄li. Charitas dei diffuſa eſt in coꝛdibus noſtris per
ſpiritūſctm̄ ⁊c̄. Ipſa aūt virgo plena ſpūſancto ab ange-
lo nūciať Luc. j. ¶ Tertio deniqꝫ ex obligatiōe diuina q̄
deus ab eterno ipſam ad hoc p̄elegit ⁊ p̄oꝛdinare ac pꝛe-
parare voluit: vt vicꝫ ſit tāplena charitate ꝙ ex eius mi-
ſericoꝛdia ac pietate toti mundo ⁊ cuilibet ad eam confu-
gienti homini ſubueniat. Unde ꝓphetatū fuit de ea Eſa.
xvj. Pꝛeparabiť in miſcđia ſoliū dei. id eſt. virgo Maria.

¶ Sextum signum est sollicite subuentionis. qm̄ ipsa tā-
q̄ꝫ mater amorosissima om̄ibus inuocātibꝰ subuenit: adeo
ꝙ a principio vsq̄ꝫ ad finē seculi nunq̄ꝫ aliquis hominū cu
iuscūq̄ꝫ status ad eam deuote recurrentiū vt debet essepo
tuit quin ei beata virgo mox succurrerit tāq̄ꝫ mater pieta
te et charitate plena que se continere pre amore neq̄t: q̄n
filio nō misereaᷓ. iuxta illud Esa. xlix. Nunq̄d potest ob-
liuisci mater vt nō misereaᷓ filio vteri sui q̄si di. non. Et
per cōsequens vt ait Ambrosius li. prefatio. Jam inquit
non poterit nos odisse deus dum inuocata fuerit deuote
mater eius. Et Bern̄. ait. Nō est fas te o domina posse de
serere qui spem ponit in te. Jdem in sermone qui incipit.
Jn lectione. dicit sic. O maxime pia: o multum admirabi
lis Maria: tu nec nominari potes quin accendas: nec co-
Septimū si- gitari quin recrees affectus diligentium te: nec inuocari
gnū doloro- quin exaudias ⁊ subuenias. Hec Bern̄. F Facilis ex-
se amissiōis auditionis. ¶ Septimum signum dolorose amissionis.
Nam ⁊ ip̄a cum dolore requisiuit filium ꝑditum. Luce. ij.
sicut et alie matres. Hunc similem affectum charitatis er
ga nos exhibet: qm̄ multum cōdolet de amissione anime
nostre per peccatum mortale. Unde ip̄a sub cruce filij sui
patientis ⁊ deflentis peccata nostra astans: pariter defle
uit: condoluit: ⁊ compassa extitit. Jmmo quod mirum et
memoria dignum est: sicut ip̄e christus eius filius plꝰ do-
luit in cruce super nostra ingratitudine et offensione q̄ꝫ su
per ꝓprie passionis acerbitate ⁊ dolore: sicuti vult Bern̄.
in libro medita. ita ⁊ beata virgo plus doluit super nostrꝭ
culpis ⁊ peccatis q̄ꝫ super filij proprij corporalibus penis
atq̄ꝫ suis ꝓprijs doloribus internis. Hic erat ille gladius
acerbissimi doloris quo vulneratum ⁊ ꝑtransitū erat cor
virginis iuxta prophetiam Symeonis Luce. ij. ¶ Deni-
q̄ꝫ ip̄a ex pietate nimia: plus doluit in hac vita de peccato
rum hominū miseria q̄ꝫ quicunq̄ꝫ peccatorum dolere po-
tuerunt de propria miseria vel pena. Quod testatur Hie-
rony. in ep̄la ad Eustoch. di. Nullum in hac vita adeo pe
ne torserunt proprie sicut Mariam miserie aliene: ꝙ si in
vita hac: multo magis ⁊ in patria quasi condolet de no-
stro malo ⁊ morte spirituali. quia vt dicitur. j. Corin. xiij.
Charitas non excidit in patria quinpotius consummata
est. Unde ip̄a in Canticis de se dicit. Uulnerata charitate
ego sum. Or si obijcias. Jn p̄ri[illegible]a non potest esse dolor:
vel tristicia. Respondeo ꝙ ibi intelligo dolorem non sen
sibilem vel affectionis: sed volūtatis: qua om̄ino vult san
ctus in prima vt hō non peccaret ⁊ non periret. Tali do-
lore ergo compatiens nobis ex charitate beata virgo dū
videt nos mortuos in peccatis orat pro nobis apud fili-
um vt resuscitemur. Hinc ip̄a figurata extitit per illā mu-
lierem plorantem: cuiꝰ filius vnicus efferebatur defunctꝰ:
quam videns dominus Jesus: misericordia motus resu-
scitauit filium eius: ⁊ dedit eum matri sue. Lu. vij. Sic cō-
passio ⁊ preces beate Marie apud christum impetrant no
bis resuscitationem a peccatis. Jdcirco Ansel. ait. O be-
Octauum si nedicta Maria: tu peccatorem toti mundo despectū ⁊ ad
gnū amoro- te conuersum materno: affectu amplecteris: nec ip̄m dese-
se reconcilia ris quousq̄ꝫ deus per te placatus ipsum sue gratie refor-
tionis mabit. Hec ille. G Gratiose placationis. ¶ Octauū
signum amorose reconciliatiōis: quia ipsa veluti pijssima
mater non sinit hominem ad se conuersum stare in diuine
ire vltrice sententia: sed reconciliabit in dei amorem ⁊ gra
tiam atq̄ꝫ clementissimam misericordiam: ⁊ auertet dei irā
⁊ vindictam. Unde Bernardus in sermone quodā de bea
ta virgine. ait. Ecce coram tremendo iudice peccatores
assistimus: ⁊ cuius manus terribilis gladiuꝫ ire sue vibrat
super nos: ⁊ quis auertet eam nisi tu dei amantissima ma
ter: ꝑ quaꝫ primam suscepimus graciam ⁊ misericordiam
Jdem mater. O felix Maria: tu mater regꝭ: tu mr̄ exulis:
tu mater rei: tu mr̄ iudicꝭ: tu mr̄ dei ⁊ hōis: cum sis mater
vtriusq̄ꝫ: discordiā inter tuos filios sustinere neq̄s. O be-
nedicta Maria quantum tibi debemus per quā talem fra
Nonū signū E trem. i. dei filiū habemꝰ. Quas tibi laudes ⁊ gratias age
ꝓprie expo- mus cum per te ⁊ ex te omni bono valemus. Hec Bern̄.
sitionis E Expositionis. ¶ Nonū signum ꝓprie expositiōis
Jn quibusdam nempe matribus comperitur tantus affe-
ctus dilectōis: vt seip̄as exponūt morti ꝓ filijs vt eoꝝ vi
tam saluent seu viuificent: Patet in pelicano de q̄ dt Jsi-
do. li. Ethymoᷓ. ꝙ rostro se vulnerat vt sanguine suo pul
li asꝑsi viuificenᷓ. Talē charitatē exhibuit beata ꝟgo no
bis q̄ maior esse nō potuit. iuxta illud Joan. xv. Maiorē
charitatem nemo habet: vt animā suam ponat quis pro-
amicis suis. Nam ipsa beata virgo non vnam tm̄modo:
sed duplicem animā pro nobis exposuit: quia vicꝫ ꝓpriā
aīam posuit cū obtulit cōpassioni. Luce. ij. Tuam ipsius
aīam gladius doloris pertransibit. Et insuper aīam filij
et ip̄m filium ꝓ ꝓximo. id est pro nobis posuit: quē ⁊ plus
q̄ꝫ propriam animam dilexit: et sic effectum dilectionis
duplicauit. K Care redemptionis. ¶ Decium siguum K
preciose redemptionis. Solent pie matres omnem the- Decimū pre-
zaurum quem habere possunt dare pro filij redemptione ciose redem-
si fuerit in captiuitate mortale positus. Talem charita- ptionis
tem exhibuit nobis beata virgo: quia pro nostra redem-
ptione ex captiuitate diabolica. dedit omnē ꝑciosissimuꝫ
thezaurū quem habuit: ⁊ quem supra totum mundū ama
uit. vicꝫ corpus: sanguinem: ⁊ animam filij sui. Nō potest
ergo nos repudiare quos tam caro precio noscitur emis-
se. Jdeo dicit apl's. Empti estis precio magno: glorifica-
te ⁊ portate deum in corpore vestro. Hinc Bern̄. O diues
in om̄es ⁊ super omnes Maria: de cuius beata carne mo-
dica pars assumptionis: totius mundi suffecit soluere de-
bita. H Hereditationis. ¶ Undecimum signum celi- Undecimuꝫ
ce hereditationis ⁊ fructificatiouis. Jp̄a quippe non so- signuꝫ celice
lum amat nos materna dilectione que est maxima natu- h'editatiōis.
raliter pre alijs affectibꝰ: vt vult Aristo. viij. ⁊. ix. li. Eth.
vbi queritur. Utrum matres plus diligāt filios q̄ꝫ p̄res:
⁊ vtrum matres plus diligant filios q̄ꝫ econuerso. Et cō-
cludit: ꝙ matres diligunt tenerius q̄ꝫ patres: et etiam q̄ꝫ
econuerso filij diligant matres. Maior ergo dilectio est
materna: ⁊ tali diligit nos beata virgo Maria. Jmmo in
super ip̄a sua maternitate celesti patria nos hereditauit:
quia ꝭm dictum Bern̄. in sermo. super euangelio. Stabat
autem iuxta crucem Jesu ⁊c̄. ex beate virginis Marie ma
ternitate hereditatis celestis fructum multiplicem acqui
siuimus. Per hanc eius maternitatem enim habemus no
bilissimum fratrem christum: misericordissimum quoq̄ꝫ pa
trem deum: ⁊ hereditatem regni celorum. thezaurum ha-
bemus omnem gratiam Marie ⁊ sinum misericordie eius
apertum in omni necessitate. Unde dicit Bern̄. ibidem. O
verbū om̄i acceptione dignū: scꝫ verbū dn̄i Jesu: di. Ecce
mater tua. Si Maria est mater tua o homo: ergo Jesus
est frater tuus: ergo pater eius pater tuus: ergo regnum
eius hereditas tua: ergo gratia Marie est thezaurus tu-
us: matres enim thezaurizant filijs: ergo omnis necessi-
tas tua ad cor eius ascendit: commota em̄ sunt viscera eiꝰ
super filio suo. Accipe ergo eam in tuam. Hec Bernardꝰ
¶ Unde claret: ꝙ beata virgo data est nobis in matreꝫ:
propterea vt etiam qui damnationē demeremur ꝭm dei
iusticiam: saluari possimus confugiendo ad beate Marie
misericordiā. Quod testatur Chryꝭ. de prerogatiua Ma
rie ita di. Jdeo tu maᷓ dei preordinata fueras ab eterno:
vt quem deus per suam non posset saluare merissimā iu-
sticiam. tu per tuam saluares pietatem ⁊ misericordiā dei
infinitam. Hec ille. L Liberationis. ¶ Ad id fatiūt L
plurima miracula libro de miraculis beate virginis: e q̄- Miracula
bus vnū hic inserere dignū duxi quod ⁊ ferᷓ in legēda cō-
muni scti Laurētij martyris: vicꝫ Or quidam iudex Ste
phanus nōie erat Rome: qui munera libenter accipiens
multorū iudicia subuertebat: hic tres domos ecclesie san
cti Laurentij et vnum hortum sancte Agnetis violenter
abstulit: ⁊ ablata iniuste possedit. Accidit vt moreretur et
ad iudicium dei duceretur: cuius brachium sanctus Lau-
rentius durissime strinxit ⁊ dolor eū nimius inuasit. San
cta quoq̄ꝫ Agnes faciem ab eo auertit. Tunc iudex sentē-
tiam protulit di. Qm̄ aliena rapuit ⁊ veritatem vendidit
munera accipiens. in locū Jude ꝓditoris tradatur. Ecce
aūt btā virgine ⁊ sancto Proiecto quem Stephanꝰ in vi
ta valde dilexerat ꝓ eo orantibꝰ: ꝯcessum est vt eius aīa
ad corpꝰ rediret: ⁊. xxx. diebus penitētiā ageret. Accepit
insuꝑ in mandatis a btā virgine vt psalmū. Beati īmacu
lati: in via sua singulis diebus diceret. Cunq̄ꝫ ad cor-
pus redisset: brachiū eius ita erat adustū ⁊ liuidū acsi hec
in corpore passus esset quo advixit. Male ergo ablata re

ſtituēs ⁊ penitētiā agens: die xxx. migrauit ad dñm. Ecce igiť patet ꝙ hic q̄ ſm dei iuſtitiā erat dānandus: ꝑ miſericordiā beate virginis eſt liberatꝰ. I ¶ Interceſſionis.

Duodecimū ſignū ſedule interceſſiōis

¶ Duodecimū ſignū ſedule interceſſionis. Nam ipſa ardētiſſima charitate nō ceſſat intercedere ꝓ nobis apud patrē ⁊ filiū vt cōſeqn̄ť pctōres veniā: iuſti gratiā: ⁊ q̄cꝫ hominū miſericordiā. Unde deuotus Bern̄. inqt. O homo ſecurū acceſſū habes ad deū: vbi habes matrē ante filiū. filiū an̄ patrē. filius oſtēdit patri latus ⁊ vulnera. mater oſtēdit filio pectus ⁊ vbera. nulla ḡ poterit ibi eſſe repulſa vbi tot ɔcurrūt charitatꝫ inſignia. Hec ille. ¶ Sꝫ dices. Dolere nō poſſū de peccatis: aligatus ſum in eis: coartor ɔſuetudine mala. Quid fatiā? Noli deſperare peccator: vade ad virginem. Audi Bern̄. quid iterū dicat? Si criminū immanitate turbatus: ſi iudicij horrore pterritꝰ: ſi barathro deſperatiōis aſtrictus. Mariam cogita. Mariam inuoca: non recedat a corde: non recedat ab ore. Nā ipſam cogitans non erras: ipſam rogās non deſperas: ipſa te tenente non corruis: ipſa ꝓtegente non metuis: ipſa duce non fatigaris: ipſa ꝓpitia ꝑuenies. Hec ille. Recurramꝰ ergo ɔfidenter ad ꝟginē tanq̄ ad gratioſiſſimā: amoroſiſſimā matrē vt ipſa intercedēte ɔſequamur grām in p̄ſenti: ⁊ gliam in ſecula ſeculoꝝ. Amē. ¶ Ultimū adde: Mortis in hora ſuſceptiōis: vt canit eccl'ia.

¶ Incipit liber Decimus: de Aſſumptione beate Marie.



Decimꝰ liber: de myſterio glorioſiſſime aſſumptōis beatiſſime ꝟginis Marie agens ɔtinet plures principales ptes: q̄ꝝ. Prima eſt de trāſitu eiꝰ ſctiſſimo ⁊ glioſiſſima corpis ⁊ aīe aſſumptiōe. ¶ Scda de eiꝰ p̄cellēti ſublimatōe: feliciſſimaq̄ꝫ inthronizatiōe. ¶ Tertia ps ſub alio ꝓceſſu de eiꝰ dignifica exaltatiōe ⁊ coronatione. ¶ Quarta erit incidentaliter de euāgelio quod legitur in ſolennitate huis aſſumptionis. ¶ Quinta erit ſub ꝓceſſu hiſtorico de modo huius aſſumptionis.

¶ Pars prima de trāſitu ſeu morte btē Marie: ⁊ eiꝰ corporis ac anime ꝑfecta aſſumptiōe glioſa.

De trāſitu ſeu morte Marie



Que eſt iſta que aſcēdit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilecto ſuo. Uerba hec ſcribunť originaliter Cañ: ca. vij. et poſſunt accipi tanq̄ ſint verba ſanctorum angelorū: qui admirantes ſuꝑ tam glioſiſſima aſſumptione beate virginis ⁊ admirādo canētes in laudē eiuſdem benedicte ꝟgis depromebāt in hac aſſumptiōe. Que eſt inquiunt iſta: ſcꝫ ꝟgo ſuꝑbeatiſſima q̄ aſcēdit ꝑ aſſumptionē glioſiſſimā ð deſerto. i. mūdo iſto inferiori: q̄ nōie deſerti ſignificať: vt dr Bern̄. q₂ deſertꝰ ⁊ derelictꝰ eſt a deo ⁊ angel': ꝓpterea q₂ totꝰ eſt poſitus in maligno. j. Jo. iij. ⁊ plenꝰ multꝫ miſerijs: vtpote ergaſtulū exulatꝰ ⁊ carceris: delitijs glie affluēs ⁊ innixa ſuꝑ dilecto ſuo. i. filio chřo Jeſu ꝑ ſingularis amoris ⁊ fruitionis familiaritatē. ¶ Sꝫ ſi petas. Un̄ oriebať iſta admiratio angeloꝝ de btē ꝟginis aſſumptione? Dicimꝰ reuera qm̄ ex tribꝰ: ſm ꝙ tria ſunt precipua q̄ ſunt in hōibꝰ admiratiōis cauſa: vt notat Frā. mayro. ex ꝟbis beati Aug. ¶ Prio: qn̄ res eſt magna. ¶ Scdo: qn̄ res eſt noua ⁊ inſolita. ¶ Tertio: qn̄ rei cauſa eſt occulta. Nimirū qn̄ res geſta eſt magna: merito eſt admirāda: vt claret de diluuio tpe Noe Gen̄. vij. ꝙ q₂ fuit tā magnum vt totā terrā inundaret ⁊ ſuꝑabūdaret: valde fuit admirādū. Silr in maris rubri diuiſione: ⁊ iordanis retrorſum cōuerſione. Preterea quādo res eſt noua et inſolita: vt claret de manna qn̄ prima die pluit dominꝰ ſuꝑ terrā. vnde admirantes filij iſrael dixerūt. Mohu: id eſt quid eſt hoc? Deniq̄ꝫ qn̄ cauſa rei eſt occulta: vt patet in eclipſi tempore mortis chři. Nā licet frequēter eclipſis acciderit: tn̄ q₂ illiꝰ eclipſis. ſcꝫ tpe mortꝫ chři facte cām philoſophi athenieſes inuenire nō potuerūt: plurimi ſunt admirati: ſic̄ refert btūs Dionyſꝰ in epl'a q̄dā: immo vt ferť ip̄e Diony. huius eclipſis cām ignorās cū ꝓtunc nondum in chriſtū crediſſet: diſcipulis ſuis dixit hec verba. Aut deus nature vim patitur. aut tota mundi machina deſtruiť. ¶ Ad

Queſtio de admiratiōe Marie

Eclipſis in morte chři

ꝓpoſitū: q₂ in aſſumptione glioſe virginis hec oīa concurrebant. Nam res ita fuit magna ⁊ magnificētiſſime facta: quia tunc maiora dona ſunt data beate virgini q̄̄ vnq̄ꝫ alicui pure creature: vtpote ꝙ ipſa dei mater electa ſuꝑ totā celeſtē curiā ſit exaltata: atq̄ꝫ oībus creatis p̄poſita ⁊ regina p̄fecta: in ſummis bonis glie collocata. Juxta illud etiā pſ. Elegit eā deus ⁊ p̄elegit eam: in tabernaculo ſuo habi. facit eam. ¶ Item hec aſſumptio fuit noua ⁊ inſolita: eo ꝙ nunq̄ꝫ viderant angeli vnam purā creaturam femineā ſuꝑ oēs angelos ſanctos ⁊ celicos ad dexterā filij dei collocari: ſicut hodie viderunt ipſam: iuxta illud iij. Reg. ij. Poſitus eſt thronꝰ matri regi que ſedit ad dexterā eius. Deniq̄ꝫ cauſa huius erat occulta: quia de incōprehēſibili abyſſo diuine ſapiētie ordinata: necdū oībus angelis reuelata. Et ideo multū admirātes angeli cecinerunt di. Que eſt iſta que aſcēdit ⁊c̄. In q̄bus verbis commendāt ⁊ admiranť in beata virgine. Primo ſanctitatꝫ excellētiā: ibi. Que eſt iſta ⁊c̄. Scdo felicitatis ſuꝑabundantiā: ibi. delitijs affluens. Tertio dignitatis ⁊ honoris p̄eminentiā: ibi. Innixa ſuꝑ dilecto ſuo. Unde hic elucidabimus tria myſteria ad iſtā ꝟginis glioſiſſimā aſſumptionē ꝑtinentia: alia alibi declarādo.

¶ Primū myſteriū de eius ſanctiſſima morte
¶ Scdm de gratiarū eius honore
¶ Tertiū de eiꝰ feliciſſima corpis ⁊ aīe glificatione.

¶ Articulus primus: de ſanctiſſime mortis trāſitu ipſius beate virginis Marie. Ubi tria declarātur: videlicet quō cognouerit mortis horā ⁊ ſe preparauerit: ac vtꝝ teneba tur mori.

Primo de morte beate virginis: de qua dicit Damaſcenꝰ ꝙ non eſt dicenda mors ꝓprie. Dicit quippe in ſermōe ſic. Sacra tua obdormitio a nullo eſt appellanda mors: quia nō abſorbuit: nec dolorē intulit: ſed quia improprie vnum hic ꝓ reliquo accipiť: ꝓprie tamē dr trāſitus vel trāſmigratio ⁊ ꝓpriiſſime aſſumptio. De qua ſic nominando: propter ſimplices oritur queſtio.

¶ Prima de eius p̄cognitione
¶ Secunda de eius p̄paratione
¶ Tertia de eius obligatione

Queſtio de p̄cognitione ſue mortis

¶ Primo igiť de p̄cognitione ſue mortis queriť. Utrū btā ꝟgo p̄ſciuit ſuā mortē certitudinaliter. Nam de cōi lege homines ſunt incerti de mortis tempore ⁊ loco ⁊ modo atq̄ꝫ etiam ſtatu: quia neſciunt ſi in ſtatu gratie vel extra ſint morituri. ¶ Unde Eccleſiaſtici nono. Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut aues laqueo: et piſces hamo: ſic homines capientur in tempore malo. Unde Beda ſuper Matth. Certū eſt ꝙ morieris: incertum eſt quando: aut quomodo: aut vbi: quia vbiq̄ꝫ te mors expectat: tu quoq̄ꝫ ſi ſapiens fueris: vbiq̄ꝫ eam paratus expectabis. Hec ille. Et Seneca ad Lucillum dicit. Incertum eſt quo loco te mors expectat: tu illam in omni loco expecta: in omni loco eque time. Hec ille. ¶ Ad queſitum reſpondetur ſm magnum Albertum. ſuper Miſſus eſt. ca. clxxiij. ꝙ beata virgo certiſſimā precognitionem habuit de ſua morte: ⁊ hoc clareſcit triplici ratione. ¶ Primo arguendo a minori: quia multis ſanctis hoc conceſſum eſt: vt patet de Petro qui p̄ſciuit ꝙ velox eſſet depoſitio tabernaculi ſui. Item de Joanne: de ſancto Martino: et multis alijs: ergo multo magis beata virgo omniū domina pre ſciuit ſui obitus diem: per illam maximam topicam. Si ei cui minus videtur ineſſe ineſt: ⁊ ei cui magis. Secundo ratione cauſalis meriti. Nam que eſt cauſa quare aliquibus reuelatur dies obitꝰ? ſi dignitas ſanctitatis: ipſa eſt vtiq̄ꝫ digniſſima: ſi charitas: ipſa eſt charitate pleniſſima: ſi deſiderium: ipſa ſumme cupiebat diſſolui: et eſſe cum chriſto. His q̄ppe cauſis meretur q̄s: vt reueleť ei dies obitꝰ. Et quecūq̄ꝫ alia cauſa pōt aſſignari: illa in btā ꝟgīe eſt excellētiſſime p̄ alijs: ḡ ⁊c̄. ¶ Tertio rō optati: q₂ oīs hō libenter optat ⁊ vult p̄ſcire diē obitꝰ ſui. Un̄ ꝓuer. xiij. Spes q̄ differť affligit aīam: ḡ ipſa incertitudo tpis pene finiende huiꝰ miſerie: ⁊ glie ɔſequēde anxioſa eſt anime. Un̄ ipſa beata ꝟgo ſicut ⁊ alij optauit p̄ſcire mortē: ſed quicq̄d optauit ſcire: filiꝰ ei reuelauit. niſi aliqua ratio impediret: iſtud

Ratio

nulla ratio impediuit vt patuit: ergo ipa hāc grām acce⸗
pit: ꝙ vicꝫ suā mortē determinate pſciuit. Et huic senten⸗
tie ꝯcordat historia assumptionis: vbi habeť ꝙ ante eius
mortē angelus palmā sibi de paradiso afferens apparu⸗
it: ꝛ ei diē obit⁹ pdixit: de qua habeť vltima pte hui⁹ libri.

Questio de ꝑpatõe ad mortem p sacramenta.

¶ Scđo querit̃ de ꝑpatõe. Utrū scꝫ btā virgo prepara⸗
uerit se ad mortē p sacramentoꝝ susceptionem? Ad qđ ꝓ
tinus rn̄detur ꝙ sic. ꝛ assignant̃ plures rõnes quas etiam
notat Alber. vbi s̃. c. lxxi. ¶ Prima ratio ꝓpter sui hūi⸗
liationem. ¶ Secunda ꝓpter p̃cepti impletionē. qꝛ ipsa
oīa p̃cepta euangelica ꝛ consilia perfectissime tenuit. sꝫ
christus multis in locis ꝛ passibus euangelicis precepit ꝛ
consuluit hoībus vt se prepararent ad mortē di. Estote pa⸗
rati: qꝛ qua hora non putatis fili⁹ hominis veniet: scꝫ ad
mortis iudiciū: vt patet Matth. xxiiij. ac Luce. xij. ergo
ipa hec impleuit. ¶ Tertia ꝓpter nostraꝫ instructionem:
vt qui sanctus est sanctificetur adhuc. Apocal̃. xxij. ꝛ qui
peccator est ꝓuocetur ad expiationem p sacramēta. Has
ꝛ plures alias rõnes habes supra li. vij. pte. j. ar. ij. ca. ij.
Sed qm̄ vt đt Aug. li. de visitatione infirmoꝝ quem scri
psit ad nepotē suū: tria sunt sacramēta p que debet q̄libet
homo potissime preparare se ad mortem: vicꝫ sacramentū
penitētie: ꝛ sacramētū eucharistie: qđ est viaticum nostre
salutis: vt patet dist. l. c. His ꝟo. ꝛ. c. Penitentes. Nec nō
ꝛ sacramentū vnctionis extreme. ¶ Idcirco hic restat in
uestigandū. Utrū beata virgo circa mortē suscepit hec sa
cramēta preparatoria? ¶ Primo q̇dē de sacramēto penitē
tie si q̄ris. Dico ꝙ cū ipa in sua vita accepit hoc sacramē⸗
tū sicut patuit li. vij. pte. j. ar. ij. ca. iij. vbi ꝛ habeť: ꝙ ipsa
in vita sua sacramēta accepit: ꝛ ꝙ ꝯtrita ꝛ cõfessa est. nõ q̇⸗
dem peccata: quia nullū habuit: sed ꝙ nõ fuerit digna tā⸗
tis beneficijs sua virtute. Similiter eucharistiam: vt pa⸗

Questio de sacramento vnctionis

tet ibidē in vita frequētauit: sequitur ergo magis in mor
tis articulo ꝙ ista tunc sacramenta suscepit. ¶ Sed de sa⸗
cramento vnctionis extreme dubitat̃ vtrū susceperit? Et
videť ꝙ non: qꝛ sacr̃m vnctionis non cõfert̃ nisi infirmā⸗
tib⁹. Jaco. v. Infirmat̃ q̇s ex vobis: inducat p̃sbyteros
ecclie ꝛ orent sup eo: vngentes oleo in nõie dn̄i. Sed bea⸗
ta virgo nõ p infirmitatē fuit mortua: ergo inungi nõ de⸗
buit. In ꝯtrariū arguit̃ per illud Jaco. ij. Si quis totam
legem seruauerit offendit autem in vno. factus est omniū
reus: g̊ ipa sicut ꝛ ceteri tenebatur ad totam legem. Sed
extrema vnctio fuit de lege a domino instituta ꝛ ecclesia.
Un̄ ꝛ in Mar. legit̃ ꝙ apl̃i circuībant castella oleo curan⸗
tes infirmos: ergo tenebatur virgo beata ad extremam
vnctionē: ꝛ per ꝯsequens suscepit eam. Ideo dicendū ꝭm
Alber. vbi s̃. ꝙ beata virgo etsi non indiguerit: tñ sacr̃m
vnctionis accepit: in qua complete victorie p̃terite ꝛ ple⸗
ne glorie future suscepit signationem. Nec obstat. ꝙ ipsa
non indiguit ꝓ venialium remissionem ꝛ infirmitatis alle
uiatione: eo ꝙ ipa nec venialia habuit: nec infirmata exti
tit: ꝓ quibus causis vnctionis sacr̃m extitit ordinatū: qm̄
ꝓ venialiū remissione ꝛ infirmitatis alleuiatione ipa vir⸗
go accepit totius doloris mortis (quod maius erat) re⸗
missionem: atqꝫ totius anime ꝛ corporis glorificationem
Unde licet ipa potuit vt hoc sacr̃m non reciperet: exempta
p priuilegiū qđ ꝯfert dn̄s his quos sine īfirmitate ꝛ mor⸗
tis dolore dignat̃ euacuare: qui vt videtur nõ tenent̃ ad
vnctionem extremā cum oleo ꝓ infirmantibus instituto:
tñ videť verisil̃e ꝙ beata ꝟgo isti priuilegio ꝓpť hūilita⸗
tem abrenūciauerit: sicut ꝛ alia priuilegia sua dum viueret
occultauit. Et sacr̃m illud pro peccatoribus institutū hu⸗
militer suscepit: vt humilitatē quā per totam vitā suā te⸗
nuerat: etiam in extremo vite articulo cõsummaret. Hec
Alber. ¶ Tertia principalis questio de mortis obligati⸗

Q°. Utrum Maria debuit mori necessario.

one. Utrū beata virgo debuit mori necessario: ꝛ obligata
fuerit mort̃ legi sicut ꝛ ceteri hominū? Et argui potest ꝙ
non congruebat nec debebat mori: quia non obligabat̃:
quia mors debetur ꝛ inflicta est ꝓ peccato originali: ipsa
aūt virgo est p̃seruata a pctõ originali: vt solēnes astru⸗
unt doctores nostri: ꝛ pie credendū statuit eccl̃ia in conci
lio Basilieñ. Si ergo caruit oīni peccato: caruit etiā me⸗
rito mortis. ergo iniusticia ei facta est cū est mors sibi in⸗
flicta. qm̄ dicente Aug. in. ij. sen. di. iiij. Deus non pri⁹ est
vltor q̄ꝫ quis sit peccator. ¶ Itē homo in statu innocen
tie si ꝑstitisset: viuus fuisset trāslatus ad gl̃iam sine morte
ergo mater dei que fuit summe ꝓxima statui innocētie de
buit hoc priuilegium habuisse: vt viua fuisset translata.
¶ Itē de Joanne euangelista plurimi tenent ꝙ sit viuus
ꝛ translatus: ergo ipa hoc priuilegium magis debuit h̄re.

Rn̄sio

¶ Ad quesitū igit̃ respondet̃ per tres veritates seu con⸗
clusiones. ¶ Prima est: ꝙ mater dei congruenter debuit
mori. Ratio: ne christo maior videret̃: ꝛ vt heresis quorū
dam confutaret̃ qui asserebant ipam non hominē esse sed
angelū: ꝛ vt esset materia exercēde virtutis: qꝛ mr̃ dei ꝭm
Fran. Ma. p patiētiā penalitatū hui⁹ mundi atqꝫ mortis
susceptionē merita cumulauit ad perfectionē gratie. Si⸗
cut eīm Job fuerunt pene permisse ꝛ inflicte ad exercendā
eius patientiā: ita virgini ad perficiendā gratiam. Uirt⁹
nempe in infirmitate perficit̃: vt ait apostol⁹. ij. Coꝛ. xij.

Secunda ꝯclusio

¶ Scđa ꝯclusio. Licet mater dei fuerit preseruata p san⸗
ctificatiõis grām a peccati original̃ macula tamen a pec⸗
cati originalis pena non fuit totaliter liberata: vnde susti
nuit mortem ꝛ alias penalitates huis miserie. Ratio ꝭm
Fran. mayro. qꝛ grā sanctificationis nõ obuiat pene: sed
tm̄mõ culpe: quod patuit. Nā Joannes baptista fuit san⸗
ctificatus ꝛ a peccato originali plene purgatus: et tamen
a pena peccati originalis non extitit liberatus: immo et
mortem acerbi doloris in decollatione passus. Similiter
et anima pueri in baptismo abluitur a peccati macula: et
non liberatur a pena seu miseria. Sed ꝛ christus domin⁹
sine vllo reatu fuit: ꝛ tamen penalitates sustinuit: licet vo⸗
luntarie. Non mirum ergo ꝙ beata virgo ab omni pecca
to aliena penas huius miserie ꝛ mortem ipsam subire de⸗
buit.

Tertia cõclusio.

¶ Tertia conclusio: ꝙ mater dei ex debito modi na
turalis ortus sui obligata fuit ꝛ debuit mori non obstāte
grā p̃seruatiõis a peccato originali. Ratio: qꝛ licet diuīa
gratia preseruauit preueniendo anime infectionem in be
ata virgine: non tamen ista gratia preuenit carnis fedi⸗
tatem: qꝛ naturaliter ꝭm modum propagatiõis humane
ab Adam per concubitū concepta est. Et ideo ratiõe isti⸗
us naturalis originis ꝛ ꝓpter carnis naturalem feditatē
ex primis parētibus contractam iuste in ea remanserunt:
oēs illas penalitates quas in hac vita passa est. ꝛ per ꝯn̄s
etiā ipa mors seu mortis obligatio.

Corrolaria veritas

¶ Ex premissis infer
tur corrolaria veritas: ꝙ vicꝫ btā ꝟgo aliter est mortua
mortē aliter suscepit q̄ꝫ dn̄s chr̃s. Ratio: qꝛ chr̃s mortem
sicut ꝛ alias penalitates voluntarie assumpsit pro redem
ptione humani gener̃ ꝛ salute: nec ex origine naturali cõ⸗
traxit: qꝛ supnaturaliter de virgine est ꝯceptus: sed beata
virgo mortis extitit debitrix ex naturalis originis ꝯtra⸗
ctiõe ab Adam. ¶ Un̄ ad obiecta patet rn̄sio. Ad primū
patet p scđam ꝯclusionem ꝛ tertiā. Ad scđm ꝟo obiectū:
ꝙ ipa nõ debuit priuilegiata in hoc esse: patet per primā
conclusionem. Licet quippe ipa fuerit proxima statui in⸗
nocentie: nihilominus ipa in hoc statu miserie non debu⸗
it hoc priuilegium habere: vt viua transferret̃ ꝓpter ra⸗
tiones circa dictaꝫ conclusionem primā p̃tactas. Nec il⸗
lud de Joanne euangelista obstat: qm̄ etiamsi illa opinio
ponat̃ ꝙ viuus sit translatus: nõ est q̇d hoc singulare: qꝛ
credit̃ fore ꝭm illā opinionē moriturus in fine mūdi. Un̄
non dixit Jesus: quia non morit̃: sed: sic euꝫ volo manere
donec veniā. Joan. xx. O vere ergo virginē sanctissimaꝫ
Mariam omni veneratione dignam. O dei matrem di⸗
gnissimam: que et in vita sanctissima et omni gratia ple⸗
na: atqꝫ in morte extitit omni honore debito priuilegio
quoqꝫ predotata.

¶ Articulus. ij. quales gratias deus exhibuit beate Ma
rie matri in sua morte: quia vicꝫ voluit eā mori sine dolo
re: merore: ꝛ timore.

Hõies comunit̃ patiū tur in morte triplicem an gustiam


Irca secundū mysterium de
gratiarum honore: quibus beata virgo est in
sua morte vel transitu honorata: ꝛ singulariter
priuilegiata: est aduertendū ꝙ hõies cõmuniter pati h̄nt
in morte: triplicem precipue anxietatem vel angustiam.
¶ Primo amarissimū dolorem. ¶ Secūdo tristissimum
merorem. ¶ Tertio terribilissimū timorem. Propterea
dicit Haymo super Apocal̃. ꝙ nulla maior acerbitas cu⸗
iuscūqꝫ amaritudinis q̄ꝫ mors ipa hominis: ꝛ precipue in

pctō moriētis. Nā reuera tūc insurgit homini dolor amarissimꝰ qui cogit aīaꝫ separi a corꝑe qui penetrat ⁊ scindit cor: oīa mēbra viribꝰ destituit: ⁊ oēs sensus a sua viuacitate euacuat ⁊ dissoluit. teste Solino in li. reꝝ. ¶ Itē tūc in aīa tristissimꝰ meror exorit̄ ꝑpt̄ cogitatiōes ⁊ tentatiōes infestātes: qꝛ vidit se priuari vita quam naturale est cuilibet appetere: vt đt Aristo. ij. de aīa. Aduertit q̄ꝫ oīa bona huiꝰ mūdi se relicturū corpꝰ abominabilr̄ corrūpi vermibusqꝫ ī escā dari ⁊ in nll'o se posse in tot doloribꝰ iuuari. Hinc Eccli. xlj. O mors q̄ꝫ amara ē mēoria tua hoī pacē habēti in substātia sua. Profecto dicēte Arist. iij. Ethico. Terribilissimū oīm mors est. Deniqꝫ tunc erit hoī timor maximꝰ. Vñ Greg. in hom: đt. Nunc cogitādū valde est quantū nobis erit terribil' hora nr̄e resolutiōis ⁊ mortis: quis pauor mentis cū añ nos erit oīm maloꝝ memoria: ꝯtra nos demonū armabit̄ malicia: retro nos priuatio felicitatis trāsacte mūdialis: supra nos formido tremendi iudicis. Hec illc: O q̄lis ille timor ⁊ tremor qñ aderit nefandoꝝ spirituū multitudo aīam rap̄e volentiū: q̄rū species horrēdissima. Nā vt đt Beda sup illo ꝟbo Thob. v. Occurrit Thobie piscis. Dño inquit passo in cruce affuit diabolꝰ insidiādo siq̄d forte in eo iuris sui inueniret. Si ğ chr̄o affuit moriēti: ⁊ multis silr̄ alijs sanctis in morte affuisse legit̄: vt sctō Martino: sancte Helizabeth ⁊c̄. a fortiori credendū est ꝙ cuilibet hoī assistit insidiādo. O deꝰ quantꝰ tunc erit timor? quanta tribulatio cū de oībus factis ⁊ culpis ac delictis est ratio reddenda ac sentētia irreuocabilis accipiēda. Ve tunc ⁊ ve pctōri ꝯtra quem instat sentētia eterne dānatiōis ferenda. Propterea de his q̄ resuscitati sūt: vt đ Lazaro quē deꝰ resuscitauit: ⁊ de alijs cō similit̄ refert̄ ꝙ postea nunq̄ꝫ riserūt in hoc mūdo: sed fleuerūt quasi ꝯtinue. ¶ Unde refert Cirillus patriarcha in epl'a ad Aug. de miracul' sancti Hieroñ. ꝙ cū tres mortui fuissent iuxta tumulū sancti Hiero. resuscitati: q̄ꝫdiu vixerūt postea sine intermissione flebāt: ⁊ vnū eoꝝ alijs p̄sentibus Cirillus interrogauit cur tamdire lachrymas incessanter emitteret? At ille respondit. Si inquit que sum expertus Cirille non ignorares tibi semꝑ inesset causa fletꝰ Illo requirēte rñdit. Anima inquit mea resoluta est a corpore tamgrauiter ⁊ acerbe ꝙ mens non capit hūana: nec ego nisi certa exꝑiētia didicissem credere valuissem: quia oīs angustia ⁊ dolor quē extimaret hō nihil reputatur respectu illius angustie. Et iterū. Tanta inquit adueniente mortis hora nefandoꝝ spirituū affuit multitudo vt omīno dinūerari non possent: quoꝝ species tal' erat ꝙ ea nil horribilius: nil ꝑniciosius cogitari pōt. Potius em̄ quilibet hōim flāmis ardētibꝰ arsuꝝ se exponeret quā formarū eoꝝ visione in ictu oculi potiri: qui ad me veniēdo: oīa quecūqꝫ ꝯtra deū ꝑpetraui ad memoriā reuocabāt: suadēdo vt de dei miscđia non sperarē. Heu cur non aduertunt mortales quibꝰ hoc eueniet qđ tunc mihi: vt nō peccarēt Si ğ cām mei fletus interrogas: timor penarū est: q̄ peccatoribꝰ iuste dant̄. Qua de re non mireris si plāgo: cum potiꝰ si nō plangerē vehementer admirari deberes. Hec ⁊ plura idē ꝓsecutꝰ est ¶ Ad ꝓpositū ğ redeūdo ꝯtra hāc triplicē anxietatē in morte hōim deus cōtulit beate virgini ī sua morte triplicē maximam gr̄am quibus eam honorificauit priuilegio speciali

Resuscitati nunq̄ꝫ visi ridere

Deꝰ contulit btē ꝟgini in sua morte triplicē gr̄am.

¶ Prima gratia ꝙ ip̄am mori voluit sine dolore cū suauissima dulcoratiōe

¶ Scđa. ꝙ ip̄am mori voluit sine merore cum letissima ꝯsolatione

¶ Tertia. ꝙ ip̄am mori voluit sine timore: cuꝫ certissima assecuratione.

Prīo qꝛ sine dolore mortua.

¶ Prima itaqꝫ gr̄a collata btē ꝟgini in sua morte est ꝙ sine dolore: immo cū suauissimo dulcore spūs moreret̄: vt sicut a corruptiōe fuit extranea: ita ⁊ a dolore mortis sit aliena. Et hoc ꝓbat̄ ꝟm Alber. sup Missus est ca. clxxv. qꝛ cū hoc priuilegiū ꝯcessum sit Ioāni euāgeliste: vt testatur Hiero. in ꝓlo. sup Ioā. multo magis ğ debuit cōcedi btē ꝟgini. ampliꝰ. qm̄ scriptū est Nañ. iij. Deꝰ non punit bis in idip̄m: sed btā ꝟgo in filij sui passione ꝑcussa est gladio doloris tāti vt esset ꝓ summo martyrio: ⁊ maiorē sustineret dolorē q̄ꝫ fuit dolor mortis in quocūqꝫ martyre: ğ cū tūc exoluit dolorē mortis: nō debuit iterato in hora mortis dolorē hr̄e. Hinc Damasce. Ip̄a inquit beata beatarū que sup naturaꝫ dominationū exaltata est: dolores quos effugit pariens ⁊ etiam moriens: hos in christi passione sustinuit compatiens. ¶ Sed diceres. Quomō potuit fieri vt in mortis sepatione non habuerit dolorē: cū naturaliter anima inclinet̄ ad vnionem corꝑis: et qꝛ eius anima fuit nobilissima ⁊ nobilissimo eius corpori coniuncta. Unde sicut maior erat in eorum coniunctiōe delectatio carnalis: ita ⁊ in eorum separatione maior videt̄ fuisse dolor: quemadmoduꝫ ⁊ in christi morte acerbissimus fuit dolor: iuxta illud Threñ. iij. O vos omnes qui transitis per viam attendite ⁊ videte si est dolor similis sicut dolor meus. Rñdet̄ ꝟm Alber. vbi s̄. ꝙ ip̄a pre amoris magnitudine ⁊ ꝯtemplationis suauitate in qua tunc fuit non sensit dolorem in separatione. Nam maiores motus impediunt minores ꝟm phm̄. Sicut autem natura mouet ⁊ inclinat animaꝫ ad corpus: ita charitas multo fortius mouet ⁊ inclinat animā ad christum: iuxta illud apostoli. Cupio dissolui ⁊ esse cum christo. Poterat ergo ille dulcor amoris ⁊ suauitas ꝯtemplationis omnem dolorē absorbere q̄ al's ex discrassia corporis solet euenire. Exēplū de Moyse ⁊ Helia: qui. xl. diebus ieiunantes non senserūt defectū famis ⁊ sitis pre ꝯtemplationis diuine dulcedine. Itē de sancto Laurentio ⁊ Tiburtio ⁊ alijs pluribus martyribꝰ: qui grauissima tormenta tanq̄ꝫ dulces epulas habuerunt pre amoris christi magnitudine. Unde Aug. Omnia immania: dulcia ⁊ leuia: ac ꝓpe nll'a facit amor. O felix amor christi q̄ꝫ dulcit̄ illaqueas. q̄ꝫ suauiter ꝑmis ⁊c̄. Ex his accipe quattuor puncta. ¶ Primum: ꝙ beata virgo nō decessit infirmitate: nec doloris pressa necessitate vt ceteri solent obire. ¶ Scđm ꝙ mens beate virginis in ip̄a hora mortis fuit suspensa in ꝯtemplatione suauissima: ⁊ amore chr̄i dulcissimo: ⁊ paulatim interim eiꝰ complexio deficiebat vsqꝫ q̄ tandē sine dolore ꝑcepto non interrupta ꝯtemplatiōe sanctissima eius anima corpꝰ desereret. ¶ Tertiū ꝙ ip̄a nō in lecto decumbens vt ceteri: sed flexis genibus eleuatis ad deum manibꝰ creditur migrasse. Sicut simile etiam de beato Paulo primo heremita legitur. ¶ Quartum punctū: ꝙ chr̄s dominꝰ debuit suscipe ⁊ hr̄e maximos dolores in ꝑte sensitiua ꝓpter hoc vt satisfaceret ꝓ pctis hūani generis ⁊ redimeret ip̄m: iuxta illud. j. Pet. ij. Qui peccata nostra. i. penas satisfactorias ꝓ peccatis nostris: ip̄e ꝑtulit in corꝑe suo. Sed qm̄ beata virgo non ꝓ redēptione generis humani est mortua: ideo non oportuit vt ip̄a dolores mortis pateretur: immo per speciale priuilegiū ꝓpter incorruptionē debuit esse a dolore mortis aliena. ¶ Scđam gr̄am ꝯtra alioꝝ hominum tristiciā ⁊ merorem habuit virgo: quia voluit deꝰ ip̄am mori sine omni merore cum letissima ꝯsolatiōe etiā externa. Nā habuit cōsolationē in hora mortis sue multiplicem. quia tā ab aplis qui oēs affuerūt in eiꝰ transitu: vt testat̄ Dionysius in epl'a: q̄ꝫ etiā a sanctis angelis eam ꝯsolantibꝰ ⁊ assistentibꝰ. Si em̄ aliquibꝰ sctis credunt̄ ⁊ legunt̄ angeli in hora mortis consolationē exhibuisse: vt patet de sanctis Nicolao. Martino. Francisco ⁊c̄. Multo magis id creditur de beata virgine: immo insuꝑ habuit ꝯsolationem a domino Iesu ip̄am dulciter ad celum inuitante: ⁊ tota celesti curia obuiante sibi ad suscipiendū honorifice: quod deꝰ vult facere ip̄i ex speciali priuilegio ⁊ gratia: vt volūt plurimi doctores ⁊ communiter tenet ecclesia. Unde Hierony. in sermone de assump. đt. Legimꝰ q̄ꝫ sepe ad funera sepulturasqꝫ sanctorum angelos aduenisse ⁊ obsequia prestitisse: nec non ⁊ animas eorum vsqꝫ ad celum cum hymnis et laudibus extulisse: ⁊ eosdem multo lumine splenduisse. Ibidem q̄ꝫ miri odoris fragrātiam persensisse. Si igitur talia ⁊ tāta circa defunctos deus dignatꝰ est exhibere: quāto magis eius genitrici in die obitus sui credendum est celoruꝫ militia obuiam aduenisse: eamqꝫ ingēti lumine circumfulsisse: et vsqꝫ ad thronum glorie cum laudibus et canticis perduxisse. Quis illud cogitare sufficiat q̄ꝫ gloriose hodie regina mundi processerit: quanto deuotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum ꝓdierit multitudo: q̄ꝫ placito vultu: q̄ꝫ serena facie: q̄ꝫ diuinis amplexibus a filio sit suscepta: et super omnem creaturam exaltata. Hec Hierony. Propterea non immerito satis cōgru

Questio

Primum punctū.

Secundū punctū.

Tertium punctū

Quartum punctū.

Scđa ꝯsolatio Marie qꝛ mortua sine merore ⁊ tristicia

Celū empireum euacuatum

enter ꝛ vere quibusdam asseritur ꝙ celū empyreū sic eua-
cuatum bis: ꝛ adhuc tertia vice euacuandū. ¶ Primo in
christi ascensione qñ omnes angeli ei obuiauerūt. ¶ Se-
cundo in beate virginis assumptiōe. ¶ Tertio euacuādū
erit in extremi iudicij tpe: qñ oēs angeli ꝛ sancti veniēt de
celo vna cū chr̄o ad iudicium. Sed forte vis scire qualib⁹
meritis ipa beata virgo ꝛ alij quidam sancti meruerūt in
hora mortꝭ habuisse celestem consolationem. ¶ Ad hoc
ergo dicere possumus ꝙ hoc specialius habet fieri princi
palr̄ ex imperscrutabili iudicio ꝛ mira dispensatione pie-
tatis ꝛ gratie diuine: tamen plustrando sanctorum vitas
comperimus precipue tria per que sancti id ꝓmeruerunt
vt in hora mortis celestem ꝯsolationem angelicam vel di-
uinam haberent. Nam quidā sancti hoc meruerunt ꝑ fer-
uentē christi dilectionē: vt patet de Petro aplo. Joanne
euāgelista: sctis Laurētio ꝛ Uincētio. Alij hoc meruerūt
ꝑ castitatis nitide obseruationē: vt pꝫ de sanctis: cathari
na. Clara Margareta: ꝛ alijs plurib⁹ ꝟginib⁹. Alij meruerunt ꝑ miscđie ꝛ pietatis exhibitionē. vt ptꝫ de sanctꝭ He
lizabeth. Martha ꝛ Magdalena ꝛc̄. Sed qm̄ beata virgo
Maria has omēs virtutes excellentissime habuit: ḡ sum-
me consolari meruit. ¶ Propterea legunt alij ꝓmeruisse
in morte celestem consolationem: per alicuius vel aliquo
rum sanctorum aut sanctarum patrocinationē: quibus in
hac vita deuota seruitia exhibuerunt: qḋ certe potissime
sup oēs sanctos btā virgo Maria pōt ꝛ solet erga sibi de
uotos facere: vt patet in multꝭ eius miraculis. Unde ipa
specialissime ab ecclesia inuocatur vt in hora mortis sub-
uenire dignet Maria inqt mr̄ grē mat miscđie: tu nos ab
hoste protege: in hora mortꝭ suscipe. Ergo vtilissimū est
beatam virginem Mariam in patronam eligere cuilibet
homini ꝛ ei deuotius famulari: atqꝫ in hora mortis seipm̄
eidem hūiliter cōmēdare. ¶ Tertia principalis gratia
collata beate virgini in sua morte: est ꝙ ipa mortua est si
ne omi timore cū certissima assecuratiōe. Nimirū aliq ho
minū in morte timent: naturaliter ipam mortem exhorre
scentes. Sic etiam sancti hoīes timēt naturaliter. Alij ꝟo
timorem habent propter mala que fecerunt. Alij aūt pro
pter demonum maliciam: atqꝫ alij propter incertitudinē:
quia nescit homo vtrū amore vel odio dignus sit: vt dr̄.
Eccl's. ix. ꝛ ideo timent dei iudiciū. Sed in beata virgine
nullum horum locum habuit Nam mortem ipam nō hor
rescebat. quia charitate ꝛ desiderio sui filij feruens ꝛ gra-
tie suauitate plena cupiebat dissolui ꝛ esse cum christo. vñ
ꝛ orabat vt ad eum ꝑueniret quantoti⁹: sicut patet ex ei⁹
transitus ꝛ assumptionis historia. ¶ Item ipa nunqꝫ se
peccasse nouerat etiam venialiter: ꝛ ideo de aliquo malo
non timuit. Preterea iudicij sententiam non timuit: quia
amore dignā tanqꝫ dei matrem purissimam ꝛ dilectissimā
quam impossibile foret damnari: nouit necessario saluan-
dam ꝛ super omnia exaltandam. Deniqꝫ ipa a filio impe-
trauit ꝛ obtinuit vt anima eius de corpore exiens nullum
spiritū teterrimū videret: nullaqꝫ sathane potestas ei oc-
curreret: vt ptꝫ ex historia assumptionis. ¶ Qz si di. Ta
men anima separata a corpore statim naturaliter habet
videre demones ꝛ etiam angelos: sicut nos naturaliter in
hoc mundo aperto oculo videmus lucem ꝛ colorem: quō
ergo verum est ꝙ ipa non viderit demones? Rñderi pōt
ꝙ licet cōiter ꝫm doc. anima eius sepata (sicut ꝛ alie aīe)
post sepationē ipi⁹ ꝛ assumptionē: sicut ꝛ mō videt demo
nes ꝛ spūs sine corpore existentes: tamen speciali priuile-
gio hoc ei donatū credere possumus a suo filio ꝙ in eius
exitus hora angeli affuerunt qui demones insidiātes nō
ꝑmiserūt assistere ipi beate Marie: vt vicꝫ exterrentē de-
monū teterrimā faciem ꝓtunc non videret. Et sic claret
qm̄ btā virgo sine omni timore cum maxima securitate ꝛ
omīmoda ꝯsolatione externa ꝛ interna obierit. O qꝫ fe-
lix ꝛ benedict⁹ fuit iste trāsitus. O deus meus si tūc affu-
issem qnta deuotiōe: qꝫ hūili supplicatōe: quantaꝝ lachry
marū irrigatōe meipm̄ tam dignissime tam sanctissime dñe
recōmēdassem: vt apud filiū in celica glīa memor mei pec
catoris fore dignata fuisset. O aīa fidelis ꝑpende digni-
tatē ꝛ sctitatē bñdicte ꝟginis: ꝛ ipi te tota deuotione cō-
mitte: ipam pete: ipam frequētius inuoca: vt ppt filij sui
amorē dignet tibi grām ꝛ glīam impetrare.

Questio

Tertia gratia quia mortua fuit sine omni timore

Maria nullū spm̄ teterrimū vidit in morte sua

Dubium

¶ Articulus tertius: ꝙ beata Maria in glīoso corpe sil'
ꝛ anima est assumpta in celū. Ad quod assignant duode-
cim rationes.



Ertium mysteriū de glorio
sa beate virginis assumptione ꝛ eius felicissima
corpis ꝛ aīe glorificatiōe: de qua plerīqꝫ dubi-
tant vtrū vicꝫ btā ꝟgo sit corpe ꝛ aīa in celū ꝛ plenissime
glīficata queadmodum dñs Jesus: maxime qꝛ btūs Hie
ro. in ser. de assumptione istud non astruit: sed sub dubio
relinqnit. Uerum tamen pie creditur ab omi ecclesia et a
doctoribus. Nā Aug. in ser. Quia ꝓfundissime: hoc asse-
rit plib⁹ rōnibus ꝙ ipa btā virgo sicut ꝛ chr̄s sit resuscita
ta ꝛ corpe sil' ꝛ aīa glīficata ꝛ assumpta in glīa ꝯsummata.
Huius aūt fidem cōfirmando. xij. rōnes ad numerū. xij.
stellarum in corona beate virginis possumus accipe. qb⁹
btissima ꝟgo Maria glīatur se corpe ꝛ aīa assumpta in ce
lum tanqꝫ. xij. stellis radiātibus ad ꝓbandū. Ut ꝟo deuo
tius ꝑpter simpliciores qui magis incitant ad deuotio-
nē ꝑ simplicē historie narratiōis modum qꝫ ꝑ argumen-
toꝝ ꝛ rōnū subtiles apices ꝓcedamus: pie ꝛ deuote ꝯtem
plari possum⁹ ꝙ hac ipa die assumptionis Marie de⁹ vo-
lens ꝑ oīa honorare beatam virginē magnū ꝯsiliū statu-
it ꝫm hūane imaginatiōis modū. Coram qnoqꝫ omibus
angelis ꝛ sctis ꝓposuit di. Ecce adest tp̄s quo aīa genitri
cis filij dei soluta a corpore premium vite eterne acceptu
ra in celesti solio est collocanda. Quid igit grē ꝛ honorꝭ
vobis videt vt mee nunc ꝯferat genitrici ꝛ eius sacratissi
mo corpi: in cui⁹ vtero corpus a spūsancto formatum et
aīam assumpsi: nouem mēsibus requieui tāqꝫ in taberna-
culo dignissimo: tādē ipa me pepit virgo: ꝛ ꝟgineo lacte
vbere de celo pleno aluit: ꝛ castissimo suo amplexu fouit:
deuotissime ministrauit: ꝛ in cruce mihi morieti asticit ꝛ cō-
passa extitit ꝛc̄. Tūc oēs sancti ꝛ angeli ꝓcidēdo ꝛ deū col
laudādo dicere ceperūt. Magnus dñs ꝛ magna virt⁹ ei⁹
ꝛ sapie ei⁹ nō est nūer⁹. ps. cxlvj. ꝛ illud. Sap. ix. Tecum
dñe sapiētia que nouit opa tua: que ꝛ affuit cū orbē terra
rū faceres: ꝛ sciebat quid placitū esset corā ocul' tuis. Ipa
igit tua sapiētia infinita ꝛ immensa decernat ꝛ diffiniat: qꝛ
iustū videt seruis tuis ꝛ dignū vt ipa tua mater omni ho-
nore ꝛ laude dignissima corpore ꝛ aīa glorificata ꝛ a de-
xtris tuis collocata tecū regnet in secula. Sicut ḡ ab eter
no ops deus decreuit ꝛ voluit eam corpe simul ꝛ anima
assumere glīficatā: sic etiā voluit vt qlibet ordo celestꝭ pa
trie eā adoraret: honoraretqꝫ: certā rōnem ponēdo qua-
si stellā in corona glīose ꝟginis ꝓbantē ꝛ declarantē ei⁹ di
gnam glīam assumptionis.

Beata Maria assumpta in glīoso corpore in celū.

Quilibet ordo celestꝭ patrie honorauit beatā virginē ponendo vnā stellam in corona sua

¶ Primo ergo angeli posuerunt primam stellam que est
ratio ꝑfectionis

¶ Secundo primi parentes posuerūt secundā que est ra
tio exemptiōis

¶ Tertio sancti patriarche posuerūt tertiā: q̄ est ratio re
dundatiōis

¶ Quarto sancti prophete quartam: que est ratio ꝓnun-
ciationis

¶ Quinto discipuli quintā: que est ratio ministratiōis

¶ Sexto martyres sextā: que est ratio appreciatiōis

¶ Septimo ꝯfessores septimā: que est ratio commensu-
rationis

¶ Octauo ꝟgines octauā: que est ratio incorruptonis

¶ Nono oēs electi nonā: q̄ est ratio ꝑelectionis

¶ Decimo: spūsanttus decimam. que est ratio superim-
pletionis

¶ Undecimo: dei fili⁹ vndecimā: q̄ est ratio vnionis

¶ Duodecimo: dei patris potentia duodecimam: que est
ratio ꝑmagnificatiōis

¶ Un̄ in figura hui⁹ legitur Apoca. iiij. ca. ꝙ. xxiiij. senio
res ꝑ quos omēs sancti designant adorabant viuentem
in secula seculoꝝ. i. chr̄m: ꝛ mittebant coronas suas ante
thronū. i. beatā virginē: in qua chr̄s vt i throno reqeuit
laudātes ꝛ dicētes. Dign⁹ es dñe de⁹ noster accipe glīam
ꝛ honorē: qꝛ tu creasti oīa: ꝛ ꝑpter voluntatē tuā erant et
creata sūt. Hec ibi. ¶ Prio ergo angeli honorauerūt eā
di. ꝙ digna est corpe ꝛ aīa assumi in celum rōne ꝑfectiōis
tali. qꝛ dei mr̄ sicut est ꝑfectissime sanctitutꝭ sup oēs ange-

Prio angel

los ⁊ sanctos improportionabilit̃ que est tãte puritatꝭ vt
maior sub deo nequeat intelligi: teste beato Anſ. ita ꝑfe-
ctissimã beatitudinẽ debet habere sup oẽs angelos: ſꝫ qꝛ
angeli tãꝑfectã beatitudinẽ habent ꝙ non retardant̃ a
glĩa ⁊ ꝑfectione sue beatitudinis: ergo nec aĩa btẽ ꝟginis
debuit retardari a ꝑfectione beatitudinis. Sed si aĩa be-
ate ꝟginis sine corpe fuisset assumpta; ex q̊ vnaq̃ꝗ aĩa na
turalem habet inclinationẽ ad ꝓpriũ corpus. non quidẽ
ꝓpter corpus de ꝑ se, sed ꝓpter integritatẽ hõis ⁊ ꝑfectio
nem beatitudinis vtriusq̧ partis: ꝭm Fran. Mayro. atq̧
Rich. sup. iiij. dist. xliij. seq̃ret̃ ꝙ aĩa btẽ ꝟginis sicut ⁊ alio
rũ sctõꝝ retardata esset a ꝑfectiõe btĩtudinis ⁊ nõdũ ad-
epta suũ plenũ desideriũ: ſcꝫ in btĩtudine corpis sui: ⁊ per
ꝯñs min⁹ ꝑfectã btĩtudinẽ hr̃et ꝙ̃ angeli: qđ est incõue-
niẽs: qꝛ ipã vt canit ecc̃lia exaltata est sup choros angelo
rũ ad celestia regna. Et ꝯfirmat̃ ꝑ illud Aug. xiij. de trini.
Perfecte inq̃t btũs est q̃ habet q̃cq̃d vult: sed ipi⁹ aĩa na-
turał̃r vult btĩtudinẽ sui corpis: g̊ ⁊c̃. ¶ Scđo primi pa-

Scđo primi parẽtes

rẽtes gñis humani: ſcꝫ Adã ⁊ Eua accedẽtes: adoratoq̧
deo dixerunt. Ops. adorãde: tremẽde: colẽde: bñdict⁹ tu
⁊ bñdicta mr̃ tua: vere ipã digna est corpe ⁊ aĩa glorifica-
ri: etiã scđa rõne: ſcꝫ exemptõis q̃ nos eã honoram⁹ ⁊ lau
dam⁹: ⁊ ẽ tal̃: qꝛ dei mr̃ est exẽpta a maledictiõe Eue quã
de⁹ tulit ꝯtra eã ꝓpt̃ pctĩ. imo oĩs maledictio Eue ĩ bñ-
dictionẽ mutat̃ Marie: vt đt Aug. in ser. de ntitate ꝟgis
Nã vt ptꝫ Geñ. iij. dixit ds mł̃ieri Eue. Multiplicabo erũ
nas tuas ⁊ ꝯcept⁹ tuos: in dolore paries filios: ⁊ sub viri
ptãte eris ⁊ ipe dñabit̃ tibi. Hec ibi. Sed ab his btã ꝟgo
exẽpta fuit: qꝛ fuit ꝟgo mundissima q̃ ꝯcepit sine pudore:
portauit sine ḡuamine: pepit sine dolore: ⁊ fuit ab oĩ erũ-
na mulierũ aliena: iuxta illud Cant̃. iiij. Tota pulchra es
amica mea ⁊ macula nõ est in te quia nec corpał̃ nec spũał̃
macula fuit in ea. Ipã deniq̧ nõ fuit viro subiecta: qꝛ dña
oĩm viroꝝ ⁊ mł̃ieꝝ: ⁊ ipã est q̃ ꝯtriuit caput serpẽtꝭ: g̊ iustũ
⁊ ꝯgruũ est vt etiã sit exẽpta ab illa gñali maledictõe: pul
uis es ⁊ in puluerẽ reuerteris. Cõcludẽs g̊ Adã: dixit. Di-
gnũ est dñe ds vt sicut tu me ⁊ spõsam meã Euã in ꝑadiso
terrestri posueras: ⁊ ĩ statu innocẽtie optimo: ita ꝙ si mã-
data tua seruassem⁹: nũq̃ incinerati fuissem⁹. ¶ Itẽ btã

Tertio sãcti patriarche

ꝟgo tua mr̃ q̃ oĩa mãdata tua ꝑfectissime obseruauit: hãc
sibi ꝓstitã habeat grãm vt vna tecũ in celesti ꝑadiso col-
locet̃ ab omi incineratiõe ꝓseruata. ¶ Tertio scti pr̃iar-
che honorãdo eã posuerũt tertiã rationẽ ſcꝫ redũdãtis
q̊ꝝ quidẽ ſcꝫ patriarchaꝝ gloria ⁊ gaudiũ est ex multorũ
filiorũ in vera fide chr̃i ⁊ vnius dei cultu educatiõe ⁊ sal-
uatiõe; vt dicit Ber. in q̊dã sermone. Unde honorauerũt
⁊ laudauerũt beatã ꝟginẽ ratione redũdationis tali. qꝛ
gloria matris redũdare in filiũ. Nã gloria hõis est ex ho
nore parentũ Eccłi. iij. Uñ q̃cquid honoris impendit̃ ma
tri dei: ipsi deo exhibet̃ qui ex ea natus est. Ut g̊ domin⁹
iesus in sua matre laudetur tãq̃ in throno glorie sue: dig-
nũ est vt sũme glorie honorẽ qui habet̃ in celo sibi ꝓstet
nec tam ꝓciosus thesaurus corporis eius ꝑmittat̃ in ter-
ra: sed sũmo honore celstis glorie exaltet̃ vt dei thala-
mus. A filio q̊q̧ mater dignissima oĩbus sanctis ⁊ ange-
lis in gloria celestis honorꝭ ꝓficiat̃. Proinde Aug. in ser-
mone de assumptione đt. Thronũ dei thalamũ dñi: chr̃i
tabernaculũ: dignũ est ibi esse vbi christus est. tã preciosũ

Quarto sancti ꝓphete

thesaurũ digni⁹ est celo ꝭuare ꝙ̃ terra. Hec ille. ¶ Quar
to sancti ꝓphete honorãdo posuerũt q̃rtam rationẽ ſcꝫ
ꝓnũciationis. qꝛ ꝓphete spiritusctõ sũt locuti ꝓnũcian-
do futura de christo ⁊ matre eius. dignũ est ergo vt fide-
les inueniant̃ per oĩa Sed qꝛ multoꝝ ꝓphetaꝝ oracula
⁊ ꝓnũciationes huic ꝯcordãt assũptioni corporali. Unde
Dauid ait. Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deau-
rato. Nam aurũ nõ corrũpit̃ nec putrescit. sic ⁊c̃. Item
Cañ. ij. Surge ꝓpera amica mea ⁊c̃. Ecce eius resuscita-
tio. Itẽ. Eccłi. xxiiij. Qui creauit me requieuit in taber.
⁊c̃. Et infra. In ciuitate sanctifi. id est in patria simił̃r re-
quieui. Itẽ Ioan. in Apoca. xij. describit eã mulierẽ ami
ctam sole, qđ vtiq̧ nõ ꝯuenit anime sepate. Ideoq̧ mox
inter ꝓphetas Dauid cepit psallere; ⁊ in honore virginis
dicere. Surge dñe in requiem tuam: tu et arca sanctifica-
tionis tue id est corpus beate virginis. Moyses q̊q̧ ait
Memento domine q̃m cum mihi precepisti arcã tibi face-
re q̃ dicta tibi est arca federis dñi: ꝑ quam figurata est dei
mater: precepisti vt de lignis tm̃ sethim fieret: q̊ꝝ natura
talis est ꝙ nõ putrescũt nec a vermibus rodũtur. sunt em̃
imputribilia ⁊ incõbustibilia. g̊ corpus beate Marie dig-
nũ est nõ ꝑmittere putrescere: sed glorificari plenissime.

Quinto discipuli beati

¶ Quinto discipuli beati inter q̊s ⁊ Stephanus honorã
do eã: posuerũt quĩtã rationẽ ſcꝫ ministrationis Nã disci
pulis ꝓmittens ⁊ loquẽs dominus iesus in terris: dixit
Qui mihi ministrat me sequat̃. ⁊ vbi ego sum: illic et mini
ster meus erit Ioã. xij. Sed qꝛ dei mater ꝓ omnib⁹ chr̃o
in carne sua ministrauit. Primo in vtero purissimũ sang-
uinẽ. Secũdo ipõ nato lac virgineũ. Tertio in tota eius
vita multipliciter fouẽdo: et in passione ꝯdolendo. g̊ dig
nũ est vt vbi christ⁹ illic ⁊ hec eius ministra ⁊ mater id est
in celo collocet̃. ¶ Sexto martyres honorauerũt sexta

Sexto martyres

ratione ſcꝫ appciatiõis tali. Scriptũ est ꝑ Ps. de sanctis
ꝓcipue martyribus. Preciosa in ꝯspectu dñi mors sãctoꝝ
eius. Si ergo mors sanctoꝝ ꝓciosa. g̊ mors matris dĩ de
bet esse ꝓciosissima: qꝛ ipã sup omnes dignissima ⁊ sãctissi-
ma Nõ aũt esset ꝓciosissima eius mors nisi in aĩa ⁊ corpe

Septio confessores

viueret glorificata. vt ꝓbat Aug. ser. quo supra. ¶ Se-
ptimo ꝯfessores honorauerũt est septima ratiõe ſcꝫ cõme
surationis tali. quia scriptũ est ꝓcipue de confessoribus
Quacũq̧ mensura mensi fueritis remetiet̃ vobis. Luce.
vj. ⁊ iterũ. Reddet vnicuiq̧ ꝭm opera sua. Math. xvj. Sꝫ
qꝛ ipã beata virgo opata ⁊ mensa est sup mensurã hoim
q̃tũ ad merituꝫ et gratie plenitudinẽ. Et quia plenitudi-
ni meriti ⁊ gratie correspõdere debet plenitudo premij et
glorie qꝛ gratiã ⁊ gloriã dabit dñs: teste ps. Debuit ergo

Octauo sancte virgines

digne sibi remctire ꝭm plenitudinẽ glorie ad quã ꝑtinet
glorificatio in corpe. ¶ Octauo sctẽ virgines honora-
uerũt eã octaua ratione ſcꝫ incorruptionis tali. quia dig-
nũ est vt ex q̊ ipã fuit virgo integerrima: nõ debuit sequi
eam putredinis corruptio: sed iuxta filiũ proxima collo-
catio. iuxta illđ Sapi. vj Incorruptio proximũ facit deo
Unde ⁊ in corporibus sanctorũ ꝑ reliquijs expositis vi-
demus mẽbra ꝟginea ⁊ a peccato innoxia ꝓseruata fore a
putrefactione. vt ptꝫ in multis ad expientiã. Et ideo om-
nes sancte virgines cecinerũt in laudem beate virginis di
centes illud Sapiẽ. iij. Hec est q̃ nesciuit thorũ in delicto
habebit fructũ in respectione animaꝝ sãctaꝝ Hinc Aug.
in ser. quo s̃. Letare inquit maria leticia inenarrabili cor-
pore et anima in ꝓprio filio: cũ ꝓprio filio: per ꝓpriũ fili-
um. nec sequi debet corruptionis erumna quam nulla secu

Nono oẽs gñalit̃ electi

ta est tantũ filium pariendo integritatis corruptio. Hec
Aug. ¶ Nono omnes generaliter electi cõmunes et reli-
que accedentes honorauerũt eam congrua ratione. ſcꝫ
preelectionis. vnde cecinerũt illud ecclesie canticum. Ele
git eam deus et preelegit eam: in tabernaculo suo habita
re facit eam. Dignum g̊ est ꝙ si alij electi et sancti ac eorũ
corpora multipliciter honorantur in terris deo disponẽ-
te: multo magis corpus matris dei honorificet̃ in celis
Nimirũ quorundã sanctoꝝ corpora adhuc in terris ser-
uantur integra. multoruꝫ etiã reliquie corpoꝝ illustrant̃
miraculoꝝ gloria. quorundã sepulchra angelicis manib⁹
vt Clemẽtis ⁊ Catharine legimus ꝑparate; alioꝝ deniq̧
mausolea auro ⁊ gemmis exornata: atq̧ fideliũ crebra vi
sitatione cernimus magnificata. g̊ cũ corp⁹ marie sit ma-
ioris dignitatis oĩbus: ꝓ alijs debuit honorari. sed vide-
mus ꝙ nõ in terris: g̊ in celo, ⁊ ꝑ ꝯñs corpore est assũpta
al̃s videret̃ filius maternũ honorẽ cõtempsisse· qđ est ab

Decimo spiritussanctus

surdũ. ¶ Decimo deus spũssanct⁹ honorãdo eam. posuit
decimam rationem scilicet superimpletionis talem. Bea-
ta dei mater super omnes plena gratia est salutata: cui et
angelus dixit. Spiritussanctus superueniet in te. id est su-
per omnes alios amplius veniet in te. et virtus altissimi
obumbrabit tibi. Lu. j. Et hoc non tm̃ quo ad aĩam eius:
sed etiã q̃ ad sacrũ corp⁹ ei⁹: ergo ipã supplena debuit esse
grã corpe sił̃ ⁊ aĩa. Uere plena erat facies Marie grã: q̃
grã corpe sił̃ ⁊ aĩa. Uere plena erat facies Marie grã: q̃
⁊ radiabat adeo vt etiam in alijs ad solum intuitum oẽm
ꝯcupiscentiã extingueret. Uere ⁊ caput plenum erat gra-
tia ꝑ iugẽ ꝯtemplationẽ diuinã ⁊ saporem celestiũ. Item
os ⁊ labia: iuxta illud psał̃. Diffusa est gratia in labijs tu-
is. Adeo plena erat gratia vt ad quodlibet eius ꝟbũ cer-
tũ legatur in euangelio miraculũ subsecutum: ⁊ ad vnam

salutationē eius repleta est gratia Helizabeth ⁊ Joānes
in materno vtero: ⁊ ad eius quinqꝫ ꝟba. scꝫ Fiat mihi ſm
ꝟbū tuū: dei filius descēdit de celo ⁊c̄. Item aures plene
erant gratia: que meruerūt audire ꝟba nō solū angelica:
sed ⁊ dulcissima verba chr̄i Jesu filij dei. Itē man⁹ plene
erant gratia: q̄ ꝯtrectare meruerūt corpus dn̄i Jesu. Et
silr̄ pectus ⁊ vbera que lactauerunt dei filiū: ⁊ sic de alijs
ꝯsequēdo: ꝙ dignuꝫ est vt eius sacratissimi corꝑis mēbra
sint plena in celo gl̄ia. sicut ⁊ in terra plena fuerūt spūsan
Undecio d̄i fili⁹ dn̄s Jesus chr̄s cto ⁊ eius gr̄a: q̄ vt dicit Hugo de sancto Uict. Plenitu-
do gl̄ie cōmensurat̄ plenitudini gr̄e. ¶ Undecio dei fili⁹
dn̄s Jesus honorādo eā posuit vndecimā rōem. vicꝫ vni-
onis talē. Illud corpus qd̄ vnitū est diuine nature in me
inquit. i. in chr̄o non debuit putrefieri sed resuscitari ⁊ glo
rificari iuxta illud ps̄. Non dabis sanctū tuū videre cor-
ruptionē: sed qm̄ corpus mr̄is ⁊ filij naturalr̄ est vnū natu
rali origie tanqꝫ corpus de mr̄e exortū: ꝙ sicut istud ita ⁊
illud corpus debet ⁊ dignū est gl̄ificari. Hinc Aug. vbi s.
Duodecima dei patris potentia Putredo inquit ⁊ ꝟmis hūane sunt opprobriū ꝯditionis
a quo opprobrio cū Jesus sit alienus Marie natura exci
pitur: qm̄ de ea Jesus carnē sumpsisse ꝓbatur. Hec ille.
¶ Duodecima dei pr̄is potentia honorās eā dedit duo-
decimā rōem: scꝫ p̄magnificatōis: talē. Qm̄ inquit dignū
fuit vt possim eā filij dei genitricē pre cūctis creatis ma-
gnificare: tā in filij dei ꝯceptiōe. qꝫ in partus ꝟginal' p̄ser-
uatiōe: qꝫ etiā in om̄is gr̄e p̄dotatōe atqꝫ gl̄ie sublimatio
ne: iuxta illd̄ qd̄ ⁊ ip̄a cecinit. Fecit inq̄t mihi dn̄s magna
quia potens est ⁊c̄. iustū ⁊ dignū est vt speciali ⁊ hac gr̄a p̄
magnificet̄ alijs sanctis: vt corꝑe sil' ⁊ an̄ia assimulatur in
gl̄ia. Et ad huius fidei ꝯfirmationē certe etiā reuelatōes
facte sanctis legunt̄. Nam in reuelatione sctē Helizabeth
legit̄ sibi ab angelo fore reuelatū in visione ꝙ tam in car-
ne qꝫ spū dn̄a nostra est in celū assumpta cū astantiū mul-
titudine angeloꝝ: occurrente sibi chr̄o in gl̄iossimo splen
dore portante in dextra crucis vexillum: ⁊ cum eo infinita
militia angeloꝝ. Sicqꝫ vidit in spū rapta btā Helizabeth
beatā virginē Mariā multo lumine circūfusam alacrit' su
scipi ⁊ cum magno ꝯcentu in celos deduci de sepulchro re
suscitatā. ¶ Itē legit̄ etiā ꝙ dū btūs Anthonius ordinis
minoꝝ viueret: adueniēte quodā festo sancti Hieronymi
noluit ire ad matutinū: stomachatus ꝯtra ip̄m sctm̄ Hie-
ronymū: ꝓ eo ꝙ ip̄e Hieronymus in ser. de assumptione
dicit in hec verba. Monstrat̄ inquit sedulchrū beate ꝟgi-
nit in vallis iosaphat medio: vbi in eius honore fabrica-
ta est eccl̄ia in qua sepulta fuisse ab om̄ibus p̄dicatur: sed
nunc vacuum esse mausoleū cernentib⁹ ostendit̄. Hec id-
circo dixerim: quia multi nostroꝝ dubitant vtrū assūpta
fuerit simul in corꝑe: an abierit relicto corꝑe. Quō aūt vl'
quo tꝑe vel a quibus ꝑsonis sanctissimū corpus eius inde
Exemplum. ablatū fuerit vel vbi transpositū vtrū ve resurrexerit ne-
scitur: qꝫuis nonnulli astruere velint eam iam resuscitaꝫ et
beatā cū christo immortalitate in celestibus vestiri. Hec
Hiero. Beatus itaqꝫ Anthonius dure tulit ꝙ sic dubitat
Hieron̄. ⁊ non affirmat ꝟginis corꝑalem assumptionem.
Post aliquā ergo morulam venit angelus ad eū in cellā:
interrogando. Cur Anthoni nō vis ire ad matutinū? At
ille se indignari ꝯtra Hieronymū ob hanc causam p̄tactā
⁊ idcirco noluisse eius officium visitare: respōdit. Et post
moram aliquā ecce beata virgo astitit cum ingenti lumie
⁊ angeloꝝ comitatu: Statimqꝫ Anthoni⁹ genu flexo ro-
gauit vt eum redderet certum de corꝑis assumptiōe vt se
cure possit p̄dicare. Tunc beata virgo certificauit eundē
cōmittendo ꝙ secure id p̄dicaret. Illico btūs Hiero. assi-
stens apparuit dicens. ꝙ ip̄e ideo hoc non asseruit in ser-
mone p̄dicto: quia non fuit certificatus: ⁊ ꝙ hec sua dubi-
tatio deo disponente fuit occasio vt beata virgo se pluri-
bus reuelaret: ⁊ eos de hoc certificaret. Et sic visio dispa-
ruit in celum: ⁊ beatus Anthonius in consolatiōe magna
remansit. ¶ Ad ꝓpositum itaqꝫ redeundo pie possumus
meditari ꝙ cum omnes sancti p̄dicto modo beatam vir-
ginem collaudassent ⁊ singulis rationibus dignā hoc ho-
nore assumptionis proclamassent: tunc deus trinitas ma
dauit omnibus illud ps̄. Sumite psalmum ⁊ date tympa-
num: psalterium iocundū cum cithara: buccinate in neo-
menia tuba in insigni die solennitatis: scilicet huis assum-
ptionis. Sicqꝫ dn̄s Jesus cum multitudine angelorum ⁊
sanctorum adueniendo dulciter intonauit. Surge ꝓpera
amica mea: speciosa mea ⁊ veni. Ueni de libano spōsa: ve-
ni coronaberis. Et sic resurrexit beata virgo ⁊ gl̄ioso cor
pore refulgens: cum om̄i gaudio totius curie celestis est
in celum inthronizata: sicut de hoc latius patebit in histo
storia assumptionis. Proinde btūs Gerardus ep̄s in su-
is homelijs dicit. Hodie virginem beataꝫ celi susceperūt
letando: archangeli iubilando: principatus armonizādo
potestates citharizando: cherubin ⁊ seraphin hymnizan
da: atqꝫ ad supernum diuine maiestatis tribunal deducen
do. Hec ille. O itaqꝫ fidelis anima considera quanta ho-
die sunt in celo celebrata gaudia. O qualis ⁊ quanta bea-
tissime Marie hodierna leticia. O qꝫ ineffabilis eius gl̄ia.
Stude ⁊ tu o mens deuota in hac die tam letabunda ⁊ dei
genitrici congratulando ip̄i te recommenda: ip̄amqꝫ affe
ctuosius inuoca: ip̄am acclama: vt in celesti patria tui me
mor ip̄a dignetur intercessione sua te sublimare ad sua il-
la bona ineffabilia. ⁊ participem gl̄ie facere per eterna se-
la Amen.

¶ Pars. ij. libri decimi de sublimatiōe precellenti gloria-
qꝫ felicissima qua ē honorifice inthronizata Maria in as-
sumptione.

Astitit regina a dexteris tuis De inthronizatiōe marie
in vestitu deaurato circumdata varietate. ps̄.
xliiij. Quibus in verbis sanctus Dauid spūsan-
cto afflatus beatissime virginis Marie laudem ⁊ gloriaꝫ
premagnificam in celesti patria ad quam hodie est assum
pta insinuat tripl'r. ¶ Primo quideꝫ insinuat dignissimū
locum ⁊ thronū regium ad quem est exaltata: cū d̄r Asti-
tit regina: id est beatissima Maria a dextris tuis: scꝫ o chri
ste fili dei. Reuera dignissimus locus est celi empyrei: vbi
chr̄s est in dextera dei patris sedens: vbi ad dexteram fi-
lij astat beata virgo. Hoc quippe astare a dexteris ē ho-
nor filij singularit' ⁊ p̄ alijs creaturis participare ſm ꝙ ho
norem filij sui aliquo mō participatiue redundat in ip̄am
inquantum est mater dei: vt vult Tho. iij. scripto senten-
tiarum. di. xxij. q. iij. Itaqꝫ summa gloria est Marie: quia
cum chr̄o est in loco celi sublimissimo ⁊ dignissimo ac ame
nissimo: vt vult Alex. de Ales in. iij. parte sui voluminis.
Hoc est quod dicit Dauid. Astitit regina a dexteris tuis
¶ Secundo insinuat felicissimum glorie habituꝫ quo est
predotata. cum subdit: in vestitu deaurato. Nimirum au-
rum pre alijs metallis est preciosius et celice: id est solari
luciditati conformius atqꝫ incorruptibilius: nam et rubi-
ginem nō cōtrahit: ⁊ lepre corruptionem in cibo sumptū
mundat: ⁊ fetorem anhelitus in ore tentum tollit ⁊ sedat:
vt dicit Diascori: ⁊ ideo per aureum vestimentuꝫ signifi-
catur glorie beate virginis summa pre ceteris sublimitas
luminositas: ⁊ ad christi gloriam conformitas: qui est sol
iusticie: necnon omnis corruptionis alienatio. ¶ Tertio
ps̄. insinuat ad gloriam Marie gloriosissimum sanctorū
omnium obsequium quo a cūctis est venerata: cum dicit
circumdata varietate videlicet sanctorum ⁊ virtutū cele-
stium a quibus laudatur ⁊ extollitur. O quis valet talem
⁊ tantaꝫ dominā gloriosissimam sufficienter laudare que
in sublimissimo celi solio est inthronizata: summa gloria
felicitata: ⁊ ab omnibus sanctorum agminibus collauda-
ta: ac honorifice magnificata: profecto teste Hierony. in
eius laude deficit omnis mens ⁊ lingua: nec sufficiūt etiaꝫ
si mille forent hominum ora. Uerūtamen conformando
nos ip̄os celesti patrie: ac militanti ecclesie ip̄am laudādo
humiliter: ⁊ deuote illud quod canitur depromam⁹. Fe-
lix nanqꝫ es sacra virgo Maria ⁊ omni laude dignissima:
quia ex te ortus est sol iusticie christus de⁹ noster. Et vt
cum deuoto orem Bern̄. Ip̄a voluntaria oris mei bene-
placita faciat sibi genitrix dei: domina mundi: regina ce-
li: que astitit hodie a dextris chr̄i in vestitu deaurato cir-
cumdata varietate. ¶ Ad cuius laudeꝫ ⁊ honorem iuxta
p̄missa notabim⁹ in hoc sermone tria p̄cipua mysteria de
eius gl̄iosa assumptione.

¶ Primū d̄r dignissime inthronizatiōis
¶ Scd̄m d̄r felicissime glorificatiōis
¶ Tertiū d̄r honoratissime susceptionis.

¶ Articulus prim⁹. q beata virgo Maria in assumptione est inthronizata in thronū sublimissimū triplici glīa et dignitate refulgens.

Beata ꝟgo Maria in assumptiōe est inthronizata i thronū sublimissimū triplici glīa.

PRimum itaqꝫ mysterium dignissime inthonizatiōis seu collatiōis insinuaꝛ cū dr. Astitit regina a dextris tuis. In qb⁹ verbis designaꝛ q thron⁹ glīe beatissime ꝟginis ad quē est assumpta est dignissim⁹ ꝛ felicissimus triplici glīa refulgēs qua ꝓdotata est mr̄ dei in illa celesti patria.

¶ Primo honorabili officiositate. vñ dr: astare

¶ Scdo reginali maiestate: vñ dr: regina

¶ Tertio diuinali ꝓpinqtate. vñ dr: a dextris tuis.

¶ Prīo itaqꝫ btā dei genitrix inthronizata est in dignissimū thronū glīe in quo refulget honorabili officiositate. Et idcirco dr ipa astare ꝯspectui diuino in dextra sui filij. ¶ Circa qd q̄ri pōt. Ad qd vel q̄re ꝟgo btā dicaꝛ astare ad chr̄i dexterā in celesti patria: cū alij sancti dicanꝛ i scriptura nō astare. sed simplr̄ stare. Juxta illud Apoca. vij. Uidit turbā magnā. scꝫ sctōꝝ qua dinumerare nemo poterat ex oībus gētibus ꝛc̄. stātes ante thronū ꝛ in cōspectu agni: amicti stolis albis ꝛ palme in manibus eoꝝ. Itē chr̄s dr sedere in dextera dei patris: ꝗ cū sedere sit honorabilius q̄ꝫ stare vel astare: btā ꝟgo q̄re nō dr sedere in dextera dei. Deniqꝫ legiꝛ in ei⁹ figurā. iij. Reg. ij. de Bersabee mr̄e Salomonis: q positus est thron⁹ mr̄i regis que sedet ad dexterā eius. ꝗ cū sic figuraꝛ sedē cū filio in throno quō dr astare? ¶ Ad ꝑmissa respōdendo dr q mr̄i dei congruētissime attribuiꝛ astare in cōspectu dei: ꝛ in dextera filij ꝓpter tria.

Maria diciꝛ astare in conspectu dei ad dexterā filij.

¶ Primo ꝓpter officiū aduocatiōis

¶ Scdo ꝓpter beneficiū auxiliatiōis

¶ Tertio ꝓpter participiū honoris

Prīo ppꝛ officiū aduocationis

¶ Primo ꝓpter officiū aduocatiōis ꝓpter qd ipa est assumpta in celū: vt scꝫ astet tanq̄ꝫ aduocata generis hūani ꝓ nobis intercedēdo iugiter apud filium. Astare enim est aduocatiōis officiū gerentis: ꝛ ꝓinde dicit Bern̄. O homo securū habes accessum ad deum vbi mater stat ante filiū: ꝛ filius añ patrē: mr̄ ostendit filio pect⁹ ꝛ vbera: filius ꝟo ostēdit pr̄i latus ꝛ vulnera: nulla ergo poterit eē repulsa vbi tot ꝯcurrūt amoris insignia. Hec Bern̄. Uñ ptꝫ q deus voluit eā assumere ꝛ astare ꝓpter hoc officiū: scꝫ aduocatiōis: vt per eā mūdus miscdiam ꝯsequaꝛ gratiamqꝫ ꝛ salutem. Uñ ꝛ Chry. de ꝑrogatiua Marie dicit. Ideo tu mater dei ꝑelecta es ab eterno: vt quem deus ꝑ suam nō posset saluare merissimam iusticiam: tu ꝑ tuā saluares pietatem ꝛ miscdiam. Hec ille. O igitur homūcio pctōr recurre ad ipam beatam virginem ipi deseruire studeas vt saluari qas.

Scdo ppꝛ bn̄ficiū auxiliationis

¶ Scdo ꝓpter beneficiū auxiliationis astat: qꝛ astare adiuuātis ꝛ auxiliātis est: vñ Stephanus in passione sua vidit Jesum stantē a dextris dei quasi iuuare paratū. Sic beata virgo astare dr: quia pata est omnib⁹ in quibuslibet necessitatib⁹ ex miscdia subuenire. Uñ Eccli. xxiiij. In omi terra steti: ꝛ in omi pplo: scꝫ auxiliūꝫ ꝑstando: ꝛ in omi gente primatū habui: scꝫ hoc ideo: quia est dei vera mater ꝛ oīm hominū mater spūalis: ꝑcipue fideliū: subdit. Et oīm excellentiū ꝛ sublimium colla ꝟtute calcaui: qꝛ scꝫ demonū supborum caput contriuit ꝛ ꝯterit ne hoībus nocere valeāt quantū optāt: subdit. Et in his omibus: scꝫ ꝑficiendis in hereditate dn̄i morabor. Hinc Theophil⁹: ꝛ allegatur im li. qui dicitur Speculū Marie. O dn̄a inqt scio: quia tu es maxima ꝓtectio hoīm. Quis eñi o immaculata virgo sperauit in te ꝛ ꝯfusus est? aut qs hoīꝫ ꝑcatus est clementiā tuā ꝛ derelictus est? Hec ille. q. d. nullus.

Tertio ppꝛ participium honoris.

¶ Tertio ꝓpter participiū honoris: qꝛ astare a dextris dei est honorem diuinū pre alijs creaturis participare ꝫm q honor filij aliquo mō participatiue redundat in ipam mr̄em dei: vt vult Tho. iij. scripto sen. di. xxij. q. iij. Ppterea alijs sanctis scriptura attribuit stare añ thronū in ꝯspectu agni Apo. vij. vt taq̄ꝫ milites astare dicanꝛ in reuerentiam ꝛ honoris regij magnificentiā tā ante thronum: id est beatā virginē que est thronus dei in q̄ sicut in throno requieuit: carnem assumēdo in eius vtero ꝛ nouē mensib⁹ inhabitādo: q̄ꝫ in ꝯspectu agni: id est chr̄i quē oēs scti adorant. Sed chr̄o scriptura attribuit sedē in dextera dei patris Marci vlti. ꝛ claret in symbolo apostoloꝝ: nō ideo q chr̄s ꝫm membroꝝ cōpositionē flexis poplicib⁹ in aliq sede sederet: vt dr Augu. in li. de fide catholica ꝫm breuitatē symboli: qm̄ chr̄s pōt ꝓ libito suo sicut vult ambulare: sedere vel stare: ꝓvt tenet Landul. iii scripto. iiij: di. xlix.

Scti post resurrectionē ambulabūt in celo

¶ Idē putat etiā de sanctis post generalē resurrectionē q pn̄t ambulare in celo: ita q Petr⁹ si vult potest esse iuxta Paulū vl' aliū ꝓ libito sue voluntatis. iuxta illud Esa. xl. Currēt ꝛ nō laborabūt: ambulabūt ꝛ nō deficient: quinimo ꝫm eūdem Landul. creditur q christus ꝛ etiā sancti post iudiciū stabūt potius q̄ꝫ sedebūt. qꝛ corpori inquātū instrumentū anime magis ꝯuenit stare ꝓpter ꝓmptitudinē ad operandū et laudandū deū: ꝛ etiā qꝛ magis ꝯdecet glīam dei vt stent corā altissimo rege deo q̄ꝫ sedeant: cū etiā ad sedendū nullo mō indigeat. Uñ ꝛ btūs Stephan⁹ vidit Jesum stantē a dextris dei Act. vij. Et hoc expresse vult Aug. in libro de symbolo: exponēs illud. Sedet ad dexteram dei patris. Uñ nō ꝓpter hoc diciꝛ christus sedere in dextera dei patris q nō staret: sed sedere illud significat iudiciariā ptātem ei⁹ et dextera dei patris significat eq̄litatē dei patris q̄ꝫtum ad christi diuinitatem: vel potiora bona glorie q̄ꝫtum ad eius humanitatē. ꝫm Alex. de ales et ꝯcor. doct.

Chr̄o attribuiꝛ sedere

¶ Propterea igiꝛ christo attribuiꝛ sedere ad dexteram dei patris quia est equalis patri ꝫm diuinitatē. et est in potioribus bonis glorie ꝫm hūanitatem. Beata aūt virgo qꝛ nō est deus sed pure homo: et imo non potest sibi attribui sedere ad dexterā dei patris. Sed qm̄ ipa ꝑomnibus creatis post christū in tantū honorē est sublimata vt ab omnib⁹ angelis ꝛ sanctis ac mūdi huius hominibus sit adorāda adoratiōe hyꝑdulie tanq̄ꝫ mater dei. ideo sibi attribuitur astare scꝫ ad dexterā vel etiā sedere ad dexterā patris sed christi hominis. qꝛ habet honore sūmo stare iuxta filiū tanq̄ꝫ mater ꝛ sponsa dei ac regina mundi. Per hec ptꝫ solutio ad obiecta ꝛ de sessiōe Bersabee: quia figuratū licet in aliquibus: non tn̄ in oībus oportet ꝯuenire vl' equipari figure. Et sic patet.

Capl̄m secundum

Scdo Maria est inthronizata regali maiestate.

SEcundo inthronizata est Maria in thronū refulgentē reginali maiestate. Uñ astitit regina. Ubi nota: q merito beata Maria astat in throno reginali: qꝛ ipa est ꝛ dicitur ab ecclīa regina tripliciter.

¶ Primo regina mundi

¶ Scdo regina celi

¶ Tertio regina miscdie dei.

Prīo dr regina mūdi.

¶ Prīo inq̄ꝫ regina mūdi. Uñ in officio Ambrosiano canīꝛ. Regina mūdi ꝛ dn̄a ꝟgo Maria ꝑpetua intercede ꝓ nr̄a pace et salute q̄ genuisti chr̄m dn̄m saluatorē omniū. Hoc aūt dr ideo: qꝛ Maria est dn̄a mūdi ꝛ oīm creaturaꝝ sicut ꝛ ds dr dn̄s mūdi: ꝛ hoc ipo iure maternitatis ꝛ ꝓsalitatis dei: qꝛ pentes nō licet repelli ab hereditate. xix. q. vlti. ꝭ. fi. Propterea oīa sunt Marie reginali maiestate subiecta ꝛ obedire sibi teneñꝛ: Si eñi chr̄s de⁹ erat subditus illi Lu. ij. Sane oīa alia sunt eoipo ei⁹ potestati subiecta.

Scdo diciꝛ regina celi.

¶ Scdo dr regina celi. i. celestiū spirituū ꝛ angeloꝝ. Uñ cecinerūt angeli di. Regina celi letare all'a. qꝛ quē meruisti portare ꝛc̄. qꝛ oīa celestia subiecta sūt. Marie ptāti Eccl. xxiiij. In hierusalē ptās mea. Hinc Fulbertus epūs Carnoceñ: dr. Maria materna dignitate fcā est scꝫ regia erga supos ꝛ erga inferos ipiosa. vbiqꝫ pr̄ia: vbiqꝫ magnifica: cui certe ꝓpriū ē ꝛ angelos sctōs in misteriū mittē ꝛ ad bn̄placitū suū oīm pacta cēsere.

Tertio dr regina miscdie.

¶ Tertio dr regia misericordie dei. Juxta illud qd caniꝛ. Salue regina misericordie: vita dulcedo ꝛc̄.

Questio.

Sed hic questio occurrit: Quare mater dei dr potius regina q̄ꝫ impatrix cū impatricis nomen sit dignioris solēnitatis q̄ꝫ nomē regine. et qꝛ beate Marie imperio subijciūꝛ oīa. Juxta illud Geñ. xlj. Ad tui oris imperiū cūctis obediet populus.

Rn̄sio

Ad hoc rn̄deꝛ. q licet plures sint ad id rōnes a sāctis tradite: vt patuit libro vj. pte ij. tn̄ ad hoc poniꝛ ratio ꝑcipua. qꝛ impatrix est nomen timoris atqꝫ rigoris sed regina pl⁹ est nomē pietatꝭ ꝛ eq̄tatꝭ. Juxͣ illd Prouer. xx. Miscdia ꝛ ꝟitas custodit regē: ꝛ roboraꝛ clemētia thron⁹ ei⁹. Uñ sicut ꝛ chr̄s in tota sacra scriptura nō repiꝛ aut forte vix vt nomieꝛ impator

expresse sed noiaṫ rex ꝯsepe: ⁊ ipso teste ad Pilatū. Tu dicis: qꝛ rex sum ego. Joā. xix. atq; in alijs scripturꝭ multꝭ. Ita sancta Maria ꝓpter pietatis sue dominiū regina diciṫ potius q̄ȝ impatrix: vt noieṫ potius a dignitate pietatis q̄ȝ timorositatꝭ. De cuiꝰ pietate dicit Bern̄. Quid inq̄t humana fragilitas ad Mariā trepidat accedere que tota est pia ⁊ suauis: reuolue totius euāgelij historiā: ⁊ si quid in ea austerū reperies suspectā de cetero tene sententiā. Hec ille.

Questio Regina misericordie.

¶ Itē secūda q̄stio. Quare mater dei potiꝰ dicitur regina miscdie q̄ȝ iusticie vel sapiētie: ⁊ sic de alijs. Respondeṫ ꝙ pluribus rōnibus omissis: potissime ideo vt significeṫ nobis qꝛ ꝑ hoc solū ipsa est regina cōstituta oim ꝓprietatū diuinarū. i. sapiētie: iusticie: glie: charitatis: et sic de alijs: eo ꝙ teste ps̄. Miserationes dn̄i sup oia opa eius. Regnū ḡ miscdie dei in Maria denoiat potētiā sup oia opa dei. Hec ꝓphetauerat Esa. xvj. ca. di. Preparabiṫ in miscdia soliū eius scȝ dei: hoc est Maria: in qua deꝰ tanq̄ȝ in solio quieuit. O igiṫ homo accipe documentū ꝙ si grauarꝭ a iusticia vel sapiētia dei: aut vndecūq; ad ipāȝ matrē miscdie ⁊ reginā recurre ⁊ appella an̄ thronū grē ⁊ miscdie Marie. Ad qꝺ hortaṫ apl's Hebre. iiij. di. Adeamus cū fiducia ad thronū grē vt miscdiaȝ ꝯseq̄mur ī tpe oportuno. In huiꝰ figurā Hester. v. cū Asuerus rex mādasset occidere pplm iudeoꝝ. Hester regina supplicatura ꝓ ppli salute: ad euȝ accessit. Cui rex ait. Pete qꝺ vis: etiāsi dimidiū regni mei petierꝭ impetrabis. Nimirū ista Hester figurat beatā Mariā cui dimidiū sui regni deꝰ rex condiuisit: qꝛ cū in deo sint hec duo: iusticia ⁊ miscdia: iuxͣ illud Ps̄. Duo hec audiui quia potestas tibi est et misericordia: qꝛ tu reddis vnicuiq; ⁊c̄. Iusticiā deꝰ sibi retinuit misericordiā Marie tribuit.

Capitulum. iij.

Tertio inthronizata diuinalis ꝓpinq̄tatꝭ dignitate.

Tertio beata Maria est inthronizata in thronū gloriosissimū diuinalis ꝓpinquitatis: dignitate refulgētē: ideo dr̄ Astitit regina a dex: tu. scȝ o deus meꝰ christe. Est ḡ ipsa btā Maria ꝓpinquissima deo in throno glorie celestis sup oēs angelos ⁊ beatos. Sed circa huius rei intelligentiā. Nota q̄ttuor puncta p̄cipua.

Primū punctum.

¶ Primū punctū ꝙ aliquorū est opinio dicentiū ꝙ btā Maria est sup oēs angelos et btōs ac sup ordinē oim creaturarū in q̄rta hierarchia soli btē Marie ꝓpria q̄ nō solū dignitate: sȝ etiā loco sit infra diuinā hierarchiā vbi chr̄s est ī dei dextera tanq̄ȝ mediatrix inṫ deū et creaturas: sicut est collū inter caput ⁊ mēbra: iuxta illꝺ Canṫ. vij. Collū tuum sicut turris eburnea.

Secūdm punctum.

¶ Secundū punctū ꝙ aliorū est opinio dicentiū ꝙ btā Maria sit sup omēs angelicas et humanas creaturas in ꝓprio throno quidē ꝓximo throno christi ad eius dexterā iuxta disposito in dignissimo loco celi empyrei; cui figura ꝯcordat. iij. Regū. ij. vbi habeṫ ꝙ rex Salomon surrexit in occursum matris aduenietis ⁊ adorauit eā. scȝ debita reuerentia venerationis: et sedit rex sup thronū ꝓpriū. Positus q̄ȝ est alius thronus matri regis ad dexterā ipsius regis et ibi sedit mater scȝ regis. Sic ⁊ de Maria putant plurimi in celesti gloria.

Tertiū punctum.

¶ Tertiū punctū ꝙ aliorū est adhuc opinio dicentiū ꝙ beata Maria in eodē throno gl'iosissimo cuȝ dn̄o Jesu est ad dexterā. Et hec accipiṫ ex verbis Aug. di. in ser. Tibi inquit dn̄a digne thronꝰ regis glorie debeṫ. Te ipse rex glorie vt matrē verā et decorā spōsam pre oibus diligens amoris amplexu associauit sibi. Gaude igiṫ ⁊ letare sine fine. Hec ille. Ex qua auctoritate arguiṫ ꝭm Alber. sup Missus est. Primo. Si sibi debeṫ thronus regis glie: ḡ idē thronus suus ⁊ christi regis. Secūdo ꝙ si mr̄ ⁊ sponsa: ḡ iuxta regē. Tertio si p̄ oibus dilexit ⁊ sibi sociauit: ḡ secū glorificatā habere voluit. Et ad id ꝯfirmandum facit talis rō ꝭm Antoñ. florē. in. iiij. pte sum. qꝛ oēs scti debēt associari singuloꝝ ordinū angelis. ita ꝙ nullus eoꝝ solitarius reperiaṫ: sed vnus sctūs cum vno angelo in quocūq; ordinum: iuxta illud Deuṫ. xxxij. Constituit terminos populoꝝ iuxta numerum filioꝝ dei id est. angeloꝝ. Sed qꝛ chr̄s deus ⁊ hō sup oēs exaltatꝰ nō decet vt sit solus: sed sit mr̄ sua secū iuxta eū in glorificatione q̄ fuit sibi in adiutoriū in redēptione: ⁊ est secū in aduocatiōe ꝭm Bern̄. ꝓ genere hūano.

Quartū punctum.

¶ Quartū punctum: ꝙ licet hoc nobis nō sit certū. Vtrū vicȝ Maria sit in eodē throno cum christo: vel in alio ꝓprio sibi soli: talia em̄ cognoscemus ad plenū in patria cū venerimus: tn̄ hoc certitudinaliter credit eccl'ia ꝙ btā Maria est exaltata in glia sup oēs choros angeloꝝ ⁊ ordines creaturarū purarū: vt caniṫ in officio. Itē dubiū subscriptū licet scriptū habeaṫ inter sermones de tpe: tn̄ ⁊ hic descripsi vt sit in ꝓmptu cui placuerit. Vn̄ adhuc occurrit dubiū: qꝛ cum celū sit magnitudinis īmense: dubitari pōt versus scȝ quā partē an ad orientē vel occidentē: meridiē vel septētrionē sit thronꝰ chr̄i ⁊ mr̄is eius atq; mansio ciuitatis curie celestis.

Questio

ro videbit mira eoꝝ formositas: quā nequaqꝫ mens hominū terrenoꝝ valet in p̄senti vita cogitare ad plenum. Iterum illa. O fili quales anime stabunt cum angel'? Respondit Iesus: ſm merita ⁊ demerita assignabunt. Alij in ſupioribus: alij in medijs: alij in inferioribus angeloꝝ ordinibus: ex q̀bus mali angeli ceciderunt. At illa. Fili mi: apl'i tui vbi erunt? R̄ndit Iesus. in ſup̄mo ordine: q: ardētissimos eos mea ignita charitate spūſſanctꝰ meꝰ ꝑficiet dignos: ꝓpter qđ seraphin ordinē merebunt. ¶ Item o fili p̄dulcissime: ego in quo ordine ero? At filiꝰ. O mater amātissima: vos nō eritis in aliquo horuꝫ ordinū: sed ſup oēs choros angeloꝝ exaltabimini: tanqꝫ regina in throno regio. Due em̄ cathedre sunt nobis p̄parate in celis. vna mihi que est a dextris dei patris: altera vobis o mat' venerāda: vt ⁊ vos sitis ad dexterā meā. iuxta illud psal'. Astitit regina a dextris tuis ⁊c̄. Et. iij. Reg. ij. Positꝰ est thronus ad dexterā regis: ⁊ sedit mr̄ eius ad dexterā eiꝰ. ¶ Item altera die interrogabat mr̄ filiū de locis penalibus inferni. Et chr̄s edocebat quō pueri in limbū puerorum nunqꝫ faciē dei visuri: ⁊ purgande aīe in purgatoriū: atqꝫ anime damnande in inferiorem infernum ponentur: vbi ⁊ ſm diuersa pctā diuersis penis punient. ¶ Insuper cū chr̄s publice p̄dicaret sequebat eū mater eius sedēs secus pedes eius: ⁊ audiens verbū illius. Ecce ḡ vbi christi auditio figurata in Magdalena. ¶ Tertio: in Maria fuit multo magis ꝙ in Magdalena dulcoris diuini atqꝫ suauissimi degustatio ſup oēs creaturas: vt ostendit Augu. in Homel'. huius euāgelij. ita dicens. De parte Marie q̄ optima p̄dicat: que⁊ qualis ⁊ q̄nta fuerit in beatissima virgine Maria: q̀s digne eloquet: qm̄ magna multitudo dulcedinis dei fuit in ea qn̄ spūſſanctus in eā ſupuenit: ⁊ ꝟtus altissimi obumbrauit: ⁊ đ eodē spiritu ꝯcepit. Quid est qđ in ea nō sapiebat in qua dei sapiētia habitabat. ⁊ in cuius vtero chr̄s sibi corpus adaptabat. Maria hec non tm̄ ad pedes: sed etiā ad caput dn̄i sedens audiebat verbū illius: hec ꝯseruabat oīa verba: scꝫ pastoꝝ angeloꝝ. magoꝝ: necnō ⁊ ip̄ius filij: ꝯferēdo in corde suo. Nemo vnqꝫ sicut hec virgo beatissima gustauit qꝫ suauis est dn̄s: inebriebatur ab vbertate domꝰ sue: ⁊ torrente voluptatis sue potabat. Nec mirꝝ qm̄ apud eam: immo intra eā erat fons vite de qua manabat tanta ꝑfectio vtriusqꝫ vite. Hec ille.

In Maria dulcoris diuini degustatio ſup oīs creaturas

Cap'm secundū

Secundū opus ꝯtēplatiue vite ostēdit euangeliū in eo ꝙ dixit. Martha soror mea reliq̄t me solā ministrare. Nimirū in aīa hūana due sorores sunt: vicꝫ superior pars rōnis que in ꝯtemplatione intendit deo. Et inferior ꝑs rōnis q̄ ꝑ vires sensualiū mēbroꝝ exterioꝝ in bonis actibꝰ ⁊ opibus misc'die exercet ꝓpter deū: ⁊ q: hō occupatus exterioribus actionibus impedit ab altitudine ꝯtemplationis. ⁊ distrahitur mens ad inferiora. Et iterū qn̄ hō intendit ꝯtemplationi recolligit mens inferioribꝰ ad superiora: ⁊ suspēdit ab actionibꝰ exterioꝝ sensuū. q: dicēte philosopho. iij. de aīa: Intellectꝰ quocūqꝫ se ꝯuertit totaliter se diuertit. Vn̄ sic fit ꝙ soror sororē solā relinquit qn̄ rōnis pars ſupior abstracta ab exterioribus ⁊ intēta diuinis: exteriores actōes exequi nō curat adiuuare. Vn̄ in beata ꝟgine Maria. ſm ꝙ dicit magister Vbertinus de Casali ordinis minorū in lib. arboris vite crucifixi hoc fuit singulare ⁊ mirabile munus gratie ꝙ occupatiōes exterioꝝ sensuū circa q̄qꝫ oꝑa bona ⁊ ministeria dn̄i Iesu nunqꝫ impedirēt in ea recollectionē mentis ⁊ ꝯtemplatiōis actū: ac experimētalis gr̄e gustū: sed ⁊ ip̄e ꝯtemplatiōis actꝰ mentē Marie plene in deum recolligens nunqꝫ impediuit virtuosum ⁊ debitum officiū administratiue partis inferiorum sensuum: quin et sic dulcissime ministraret filio suo Iesu: tam in infantibilibus eius necessitatibꝰ: qꝫ in alijs in decursu vite sue oportunis. atqꝫ in instructione apostolorum ⁊ aliorum proximorum: immo iste due perfectiones actio ⁊ cōtemplatio in ip̄a mutuis se respectibus continue incedebāt ad ꝟtutū ⁊ glie cumulū. Itaqꝫ hoc opꝰ ꝯtēplatiōis qđ dixit: Martha soror mea reliquit me solā ministrare: precipue fuit in btā virgine Marie post christi ascensionē qn̄ ip̄a fuit derelicta in terris: solatio presentiali sui filij destituta. Nam licet gauderet de filij honore cum ascendit in celum: tamen de sua tristabat absentia: quia vt dicit Hiero. naturali affectu materno mouebat optans p̄sentiā filij sui quē summe diligebat: ⁊ merito: q: sciebat ip̄m hoīem fore sanctissimū ⁊ deū glīosum qui ei multa beneficia p̄stiterat vt ꝟgo ꝯciperet: sine dolore pareret: ⁊ dn̄a mundi mater dei fieret: atqꝫ oīmi gr̄a eam plenā reddidisset. Desiderādo ḡ filiuꝫ dixit sepiꝰ. O fili dilectissime: vtinā adesset illa hora qua de hac valle miserie dissoluar ⁊ ero tecum in celo. ⁊ aiebat cum Dauid ps̄. Sitiuit aīa mea ad deū fon. vi. quādo ve. ⁊ appa. ante faciē dei. Vn̄ ip̄a tāqꝫ altera Martha per desiderij pietatem ꝯquerebat Iesu ꝙ non haberet adiuuamentū solacij sororis sue. id est felicitatis superne vbi cōuiueret christo.

Secūm opꝰ vite ꝯtēplatiue Marthe ad Magdalenaꝫ dicentis soror mea reliquit me solam ministrare

Cap'm tertium

Tertiū opꝰ ꝯtēplatiue notat: cū dicit: vnū ē necessariū: ſm Lyr̄. vnū. i. vnitas mentis ad deū Finaliter em̄ hoc vnū est necessariū homini: vt sit vnū cū deo ꝑ vinculū charitatis. Qui enim adheret deo: scꝫ ꝑ charitatē vnꝰ spūs fit cū eo. j. Coꝝ. vj Nā deꝰ charitas est ⁊ q̀ manet in charitate in deo manet. ⁊ deꝰ in eo. j. Io. iiij. Vn̄ đr charitas q̄si chara vnitas: q: vnit nos deo. Et q̄ntomagis hoc facit hō tanto appropinq̄t statui btōꝝ: ⁊ tātomag' ꝑficit. Hoc fuit ꝑfectissime in Maria mr̄e dei q̄ totalit' ad deū ꝯuersa ad nil aliud intendebat: ad nil aliud vacabat: nisi vt vnita deo per charitatē indesinenter viueret in chr̄o: ⁊ christꝰ in ip̄a. Vnde Hiero. in ser. de assūp. đt de ea. Puto quicquid cordis est quicquid ꝟtutis hūane: si totū adhibeas nō sufficiat vt cogitare valeas q̄nto indesinēter cremebat ardore pij amoris: quātis mouebat repleta spūsancto celestium secretorū incitamētis dū reuolueret animo cuncta q̄ audierat: q̄ viderat: q̄ cognouerat. Hec ille. Nota ergo ꝙ sicut mr̄ cū habꝫ filiū mortuū cū fletibꝰ sepe respicit vestes filij: sic beata Maria vt idē Hiero. dic visitabat loca in quibus filiꝰ eius fecerat aliqđ mirabile opus: ꝯtemplando illa sacramysteria. Aliqn̄ in Nazareth ibat ad locum vbi fuit conceptꝰ chr̄s: ibi ꝯtēplando immēsam dei charitatē q̄ misit vnigenitū suū in mđm. Aliqn̄ ibat in Bethleem vbi natꝰ est chr̄s: meditādo eius sūmā hūilitatē. Aliqn̄ in hierl'm vbi p̄dicauerat in tēplo: recordādo eiꝰ doctrinam suauissimā ⁊ sapientiā. Aliqn̄ ad mōtem Caluarie vbi crucifixus est: ⁊ tota resoluebatur in lachrymas ex dulcedine diuini amoris inibi ostensi. Indeqꝫ ad sepulchrum: et ad alia eiꝰ loca. Hec tm̄ ꝑegrinatio beate ꝟginis ad loca sancta ſm beatū Ambro: intelligēda est magis ſm spiritū qꝫ ſm loci decursum: q: scꝫ domi manēs ꝯtemplabat que filius fecerat in illo: vel in illo loco: ⁊ sic tota conuersa fuit: ⁊ intendens ad hoc vnum: scꝫ diuine charitatis vinculuꝫ per totaꝫ suā vitā. O christi ergo fideles anime: o p̄cioso sanguine dn̄i Iesu redēpte: oēs vos hortor: vt ad eiꝰ mr̄em ꝯfugiatis: ei q̊ꝫ supplicetis vt impetret nobis gr̄aꝫ ꝑ quā ⁊ nobis sapiat sicut sibi Iesus crucifixꝰ: ⁊ cū ip̄a ī chr̄i vulneribꝰ moremur: eiꝰ sanguinē ſꝑ mēte aspiciamꝰ: in ip̄o viuamꝰ: ī ip̄o moriamur: vt cū p̄dulcissimo ip̄o Iesu: ⁊ pijssima eiꝰ mr̄e Maria eternaliter ꝯregnemꝰ. Amen:

Tertiū opꝰ in eo vnū est necessariū

¶ Articulꝰ. iij. de vita fruitiua beate Marie ⁊ q̄libꝰ gaudijs ip̄a est beatificata in tꝑe assumptiōis: necnō in celesti patria in eternum.

Circa tertium mysterium: de vita fruitiua Marie significata in parte optīa Magdalene: quia dicitur Maria optimaꝫ partem elegit que non auferetur ab ea. ¶ Nota ſm Nicol'. de Lyra: ꝙ ip̄a Magdalena đr optimā partem elegisse. non q: Martha malā: sed illa meliorem: quia ꝯtemplatio ſm doc. simpl'r melior est qꝫ actio. Naꝫ ꝑ ꝯtemplationem immediatius ⁊ primus vnit mens hōis in deū. Et sequit que nō auferet ab ea: q: oꝑa vite actiue nō habēt locū nisi in p̄nti vita: ⁊ ideo aduenīete futura vita auferunt. Sed ꝯtemplatio nō auferet in futura vita: quin potius ꝑfectissime habebit: ⁊ tenebit in eternū: quia videmꝰ nūc ꝑ speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciem. j. Coꝝ. xiij. Vnde ꝑ hāc optimā partē Magdalene q̄ nō auferet in eternū: designat illa vita fruitiua que est in ſupna patria: q̄ ꝯsistit principalīꝰ in visione diuina. iux̄ illud Ioā. xvij. Hec est

De vita fruitiua btē Marie ⁊ gaudijs q̀bꝰ btificata tꝑe assumptionis

vita eterna: vt cognoſcāt te deū verū: ⁊ quē miſiſti. Ieſū
chriſtū. Hec quippe eſt vita optima: qꝛ feliciſſima et per-
petua. De hac Aug. xxij. li. de ciui. dei exclamās dicit. O
q̄nta erit ibi felicitas: ibi nullū erit malū: nullū deerit bo-
nū. vacabit ibi dei laudibus q̇ erit oīa in oībus: ipſe erit
finis deſiderioꝝ noſtroꝝ: q̄ ſine fine videbit: ſine faſtidio
amabit: ſine fatigatiōe laudabit. vacabimus ⁊ videbimꝰ:
videbimꝰ ⁊ amabimꝰ: amabimꝰ ⁊ laudabimꝰ. Ecce q̇d erit
ſine fine? Nā q̄ ꝑs melior? q̇s alius melior finis: q̄ꝫ ꝑueni-
re ad regnū cuius nō eſt finis? Hec ille. ¶ Itaqꝫ ad ꝓpo-
ſitū btiſſima ꝟgo Maria hāc partē optimā hodie elegit:
qꝛ hodie ad illā ſupernā patriā aſcendit: in cuiꝰ parte opti
ma viuit in eternū cū ꝑdulciſſimo ſuo filio Ieſu: vbi fruit
multiplici gaudio ineffabili beatitudine glorificata ſuper
omnes angelos et homines beatos. Nā in celeſti regno
bona eſt pars ꝯiugatoꝝ: ſꝫ melior viduarū: optima autē
ꝟginū ⁊ hec eſt pars Marie. ¶ Itē iter ꝟgines bona eſt
ꝑs ꝟginū carne tm̄: q̄ vicꝫ in ꝟginitate deceſſerūt: ꝓpoſi-
tū tamē nubēdi habuerūt mr̄imonio ſacramētali: ⁊ ſic cō-
tinētiā ⁊ caſtitatē in carne ſeruauerūt: vt debuerūt. Sed
melior eſt pars ꝟginū que carne ⁊ mēte ꝟginitatē ſeruare
ꝓpoſuerūt ꝑ totū tꝑs vite ſue. Optima aūt eſt ꝑs ſolius
ꝟginis Marie. q̄ ſola ꝟgo ꝑpetua fuit carne ⁊ mente: ⁊ in-
ſuꝑ cū ꝓle filiū dei generādo. Deniqꝫ bona eſt ꝑs angelo
rū in celo qui deū ꝯtēplant: vt dn̄m ⁊ p̄rem. ſed melior eſt
ꝑs hōim beatoꝝ: qꝛ deū ꝯtemplant: vt dn̄m ⁊ patrē ⁊ fra-
trē: qđ non facit angelꝰ. Optima ꝟo eſt ꝑs Marie q̄ ipm
deū ꝯtemplat: vt dn̄m ⁊ patrē et filiū. Et ideo in ſolio di-
gniſſimo exaltata eſt ſuꝑ oēs celos: angeloſqꝫ ⁊ btōs: ⁊ ſic
claret optima ꝑs Marie ꝑ oēm modū ſm Frā. Mayro.
¶ Itē quo ad gl̄iam celeſtē. Bona eſt ꝑs angeloꝝ q̇ ſūt
glorificati ſimplici gl̄ia in ſuis ordinibꝰ. i. gl̄ia eſſentiali q̄
ꝯſiſtit in viſione dei: fruitiōe ⁊ tentiōe. Sed melior eſt ꝑs
in gl̄ia hōim beatoꝝ: qꝛ ipi poſſidebūt duplicia: eo ꝙ glo
riā in aīa ⁊ corꝑe: ⁊ ſic habebūt gl̄iaꝫ non tm̄ eſſentialē in
deo: ſed etiā ꝯſubſtātialē in corꝑe. Et aliqui hoīm habe-
būt etiā aureolas ⁊ alias accidētales gl̄ias. Precipuū aūt
gaudiū habebūt in viſione hūanitatis chr̄i oculo corꝑa-
li: ac gl̄ioſe mr̄is eius: iuxta illud Eccl. xj. Dulce lumē ⁊ de
lectabile videre ſolē. i. chr̄m ⁊ mr̄em amicta ſole. i. chr̄i for
mi ſplēdore. Hinc Ber. ait. Plus gaudeo bone Ieſu an-
gelꝭ ꝑferri ex gr̄a tua: q̄ꝫ angelū fuiſſe ex natura. Sꝫ opti-
ma ꝑs gl̄ie Marie que ſuꝑ oēs exaltata ī gl̄ioſo corꝑe to
tā patriā celeſtē ſua gl̄ia decorat illuſtrādo ⁊ delectat: ſi-
cut ſol totū mundū. Vn̄ Ber. in quodā ſer. de aſſump. ait
Marie p̄ntia totiꝰ illuminat orbis: adeo vt ipa celeſtꝭ pa
tria clarius rutilet virgi ne lampadis illuſtrata fulgore.
Hec ille. ¶ Sed qꝛ Apoca. xij. In capite ꝟginis corona
xij. ſtellarū ſcribit. i. btitudinū ⁊ eius gaudioꝝ: ſicut ex-
ponit Fran. Mayro. qꝛ ſtella in diuina ſcriptura aliqñ ꝓ
btitudine accipit: dicente dn̄o Apocal. ij. Qui vicerit da-
bo illi ſtellā matutinā. i. beatitudinis gaudiū eternū. Et
qꝛ aſſumpta hodie btā virgo. xij. ſtellis eſt coronata. Iō
vt taceā de illis ꝑtibꝰ gaudiorū ſuperne felicitatis cōibꝰ
oībꝰ beatis: q̄s Anſ. enumerat li. de ſilitudinibꝰ. Singu-
laria btē ꝟginis gaudia q̇bus ipa eſt ſpecialiſſime beatifi-
cata: hic deſcribunt duodeuario numero: quoꝝ prima q̄n
qꝫ gaudia habuit in ſui aſſumptioue hodierna. Alia autē
ſeptē hodie adepta poſſidet eternaliter in illa celeſti pa-
Primum tria. ¶ Primū gaudiū felicis emigratiōis. Nā eiꝰ trāſitꝰ
gaudiū multipliciter eſt felicitatꝰ ⁊ gaudioſiſſimis ꝑuilegijs ꝑdo
tatus. ¶ Primo q̇dem: qꝛ ſine omni dolore ⁊ ſine infirmi
tatis grauamine obijt: vt dt. Hiero. ſicut a corruptione
Scđm extranea: ita a dolore mortis aliena. ¶ Secūdo: qꝛ ī ſua-
uiſſima ſp̄uſſctī ꝯſolatione ⁊ ꝯtemplatiōis diuine dulcedi-
Tertiū ne deguſtata obijt: vt ſupra patuit. ¶ Tertio: qꝛ ſecura
de in marceſſibili gloria tranſiuit inter angelorum mini-
ſteria circumſtantium et omnium malignorum ſpirituum
ꝑſētiā ꝓhibētiū ne eos videret: atqꝫ īter aſtantiū apl̄oꝝ
et ſanctarū ꝟginū ꝯſolationes ⁊ laudes diuiuo lumine cir
cūfuſa ⁊ odore celeſti fragrādo ⁊ omni genere ꝯſolatiōis
refecta de huiꝰ miſerie valle ad ſui filij deſiderabilē beati-
tudinē euolauit plena oībus meritis ⁊ bonoꝝ opeꝝ gr̄a.
Secundū ⁊c. Ecce ḡ maximi gaudij felicitas. ¶ Secundū gaudiū
gaudiū. glorioſe reſurrectionis: qꝛ in corpore glorioſo reſurgēs
in celū ꝯſcendit in ꝑpetuū regnatura: vt patuit. ¶ Ter- Tertium
tiū gaudiū honoratiſſime obuiationis ⁊ ſuſceptionis. qꝛ gaudiū
tota celeſtis curia ⁊ inſuꝑ ipemet dominꝰ Ieſus in occur-
ſum veniētis ⁊ eā ſalutādo honorificentiſſime ſuſceperūt
O q̄ntū gaudiū habuit maria qñ videbat diuerſa celeſtia
agmina angeloꝝ ⁊ beatorū eidem occurrētia: eāqꝫ vt pie
ꝯtēplari poſſumꝰ ſalutātia ꝑ talia ꝟba. Aue regina celo-
rū, aue domina angeloꝝ. ſalue radix ſancta: ex qua mūdo
lux eſt orta. Gaude gl̄ioſa ſuꝑ oēs ſpecioſa. Vale valde
decora: ⁊ vna nobiſcū cū chriſto filio tuo regna. O q̄ꝫ io-
cunde ipa eis benedicēs di. Benedicti vos dn̄o q̄ fecit ce-
lū ⁊ terrā. O q̄ntū exultauit qñ filiꝰ occurrentē in gloria
maxima primū vidit: ⁊ in eius oſcula atqꝫ amplexus ruit. Quartū
¶ Quartū gaudiū diuine inuitationis. Nā maximū gau- gaudiū
diū tūc habuit cū vidit ſanctiſſimā trinitatē: patrē filium
⁊ ſpiritūſāctū ſibi obuiādo inuitantē ad coronā. Nā in-
ſeꝑabilit ꝑſone diuine ſe comitant. ſm Aug. de trini. Vn̄
qꝛ chriſtus occurrit ſibi: ḡ ⁊ pater et ſpitituſſanctus ibi fue
re inuitādo ⁊ di. illud Can. iiij. Veni de libano ſpōſa: veni Quintum
coronaberis. Tribus enī vicibus dicit veni. qꝛ ab ipis tri gaudium
bus ꝑſonis diuinis dulciſſime inuitatnr ⁊c. ¶ Quintum
gaudium iubiloſiſſime deductiōis. quia vt dicit Hierony-
inſer. Nulli dubium illam celeſtem hieruſalem: tunc exul-
taſſe ineffabili leticia: tūc iocūdatā eſſe inextimabili cha-
ritate: tunc cum omni gratulatione iubilaſſe: et ingenti
lumine virginē circūfulſā cum laudibus ⁊ canticis vſqꝫ ad
thronum ꝑparatū ꝑduxiſſe. ſicut latius ſupra dictū eſt.
Quid nempe o homo putas q̄ntū hauſit tunc ꝟgo gau-
dium qñ tā dulces beatoꝝ cantus ⁊ diuinas laudes cepit
audire. et de ſe ac ꝓ ſe vidit oēs ꝯgratulari ⁊ ſuū natū do-
minū Ieſū ſūme ſuꝑ ipa iubilare: ⁊ iuxta ſeipſam in dextra
dei inthronizare in excelſis. ſicut legimus. j. Paral. xv. ꝙ
Dauid qui figurauit chriſtū: et oīs iſrael q̇ figurant bea-
tos in iubilo deduxerūt arcā id eſt Mariam ⁊c. Hec itaqꝫ
quinqꝫ gaudia habuit ꝟgo ꝓ tēpore aſſumptionis.

De ſeptem celeſtibus gaudijs Marie. De ſeptē ce

Conſequēter notādum ꝙ ipa beata virgo in illa leſtibus gau
celeſti patria multiplicibus īenarrabilibuſqꝫ fru- dijs Marie.
itur gaudijs. Solēt tn̄ q̇dā deuoti recolere ⁊ ve-
nerari orationibus ⁊ ſalutatiōibus angelicis ſe-
ptē ꝑcipua eiꝰ gaudia diſtinguēdo ⁊ enarrando. Qđ q̇dē
ortū habuit ex q̄dā reuelatione facta: vt putat ipi beato
Thome archiepō Cantuariēn. Fertur nanqꝫ ꝙ cum ipſe
frequenter ⁊ ſingulis diebus ſalutaret beatam virginem
per ſeptem eius gaudia q̄ habuit in terris poſita. ¶ Pri-
mum vicꝫ in filij dei conceptione. ¶ Secundū in eiꝰ por-
tatione in vtero ſuo nouem mēnſibus: ⁊ Elizabeth viſita
tione. ¶ Tertium in eius natiuitate. ¶ Quartum in ma-
gorum adoratione. ¶ Quintum in inuentione poſt tri-
duū in tēplo. ¶ Sextū ī filij reſurrectōe ⁊ aſcēſiōe. ¶ Se
ptimum iu beate virginis aſſumptione in celum. Quadā
itaqꝫ vice de predictis eam ſalutanti per Aue Maria: ec-
ce apparuit eidem beata virgo cū claritate magna: ⁊ ait.
Chariſſime inquit deuotionem tuam gratanter accepto:
quia de meis gaudijs que in vita iſta habui frequēter cō-
memorando me ſalutas. Attamen vellem inſuper: vt ⁊ il-
la mea gaudia que in celo nunc glorioſa habeo recoleres
⁊ ꝯſimilit de his quotidie me reuerēter ſalutares. Quod
ſi feceris tu vł quicunqꝫ alius fidelis ob mei deuotionem
hoc fecerit: ei promitto ꝙ in tempore obitus ſui: ego eiꝰ
animam ꝓtegam ⁊ liberabo: et in conſpectu filij mei pro
ipa aſtabo: ⁊ intercedam ac conſolabor eam. Tunc ipe be
atus Thomas adorando eam et gratias agendo: dixit.
O gl̄ioſa celoꝝ regina ⁊ ſuꝑbenedicta dn̄a mea: dic queſo
mihi que ſunt iſta tua gaudia in celo de quibus te ſaluta-
re debeo. At ipa beata virgo ſeptem ei gaudia enarrauit
que ſubſcribuntur: de quibus ipe ſanctꝰ Thomas Cātua-
riēſis pulchras laudes edidit quas etiam in certis eccle- Thomas Cā
ſijs ſolent quidā ꝓ ſequentiarū loco decātare in hec ꝟba thuarienſis.
¶ Gaude flore ꝟginali q̄ honore ſpeciali trāſcendis ſplē-
diferū. Angeloꝝ principatū ⁊ ſanctorum decoratū digni
tate numerum. Ecce primū ¶ Gaude ſponſa chara dei:
nam vt clara lux diei ſolis datur lumine. Sic tu facis or-
bem vere tue pacis reſplendere lucis plenitudine. Ecce ſe
cundum. ¶ Gaude ſplendens vas virtutum: cuius pen-

dens est ad nutū: tota celi curia. Te benignaz ⁊ felicē Je-
su dignā genitricē venerās in glīa. Ecce tertiū gaudium.
¶ Gaude nexu volūtatis ⁊ amplexu charitatis ꝙ iuncta
sis altissimo. Ut ad votū ꝯsequaris q̇cq̇d ꝟgo postularē
a Jesu dulcissimo. Ecce q̄rtuz. ¶ Gaude ꝟgo mr̄ chr̄i: qꝛ
sola meruisti. O ꝟgo pijssima. Esse tāte dignitatis: ꝙ sis
sctē trinitatis sessiōe ꝓxima. Ecce q̇ntū. ¶ Gaude mr̄ mi-
seroꝝ: qꝛ pat̄ seculoꝝ dabit te colētibus. Congruentē hic
mercedē ⁊ felicis poli sedē: regnis in celestib⁹. Ecce sextū.
¶ Gaude ꝟgo mr̄ pura certa manēs ⁊ secura: qꝛ tua gau
dia. Non cessabunt nec decrescent: sed durabūt ⁊ florescēt
ꝑ eterna secula. Ecce septimum. Et post singulos ꝟlus.
Gaude: addūt deuoti salutationē porādo. Aue Maria.
Qui ꝟo lr̄as nesciūt vt nequeāt has laudes porare: loco
Primum gaudiū
cuiuslibet gaudij: dicunt Aue Maria: singula hec gaudia
deuote meditādo. ¶ Primū itaqꝫ hoꝝ dꝛ gaudiū digni-
ficatiōis: qꝛ vicz btā ꝟgo in celesti regno est exaltata ad
dignitatē regalē tāaltissimā: vt trāscēdat oīm angeloꝝū
ordinē ⁊ sctōꝝū nūerū: qꝛ alij tm̄ serui dei: ipa aūt vera mr̄
Secūdū gaudiū
dei: ⁊ ꝑ ꝯñs eoipo oīm ē angeloꝝ ⁊ sctōꝝ dignissima dn̄a.
¶ Secundū dꝛ gaudiū illūiatiōis vel celestis glīose illu-
stratiōis: qꝛ vicz sicut sol illustrat hūc modū: illuminat: ⁊
irradiādo decorat: ita claritas glīe btē ꝟginis diffusa per
totā celestē ꝑadisum illustrat ⁊ decorat sua luce: cui⁹ pul-
chritudinē sol ⁊ luna mirant̄. Uñ Aug. in q̇dā sermone de
natiuitate ꝟginis ait. Ipm celū qd̄ penetrasti. scz o glīo-
Tertium gaudiū
sa regina: oīa q̄ in eo sunt ꝯtenta noua ⁊ ineffabili glīa de-
corasti: noua illic ac ꝑcellenti luce cuncta perlustras ⁊c̄.
¶ Tertiū gaudiū venerāde adorationis ⁊ obeditiōis: qꝛ
vicz tota celestis curia. i. oēs angeli ⁊ sancti ad ei⁹ nutum
obediūt: ⁊ eā venerant̄: atqꝫ adorant vt dei mr̄em. Unde
Apoc̄. vij. vidit Joānes: ꝙ sctōꝝū turba magna quā ne-
mo dinumerare poterat stabāt ante thronū q̄ figurat be-
atā ꝟginē: ⁊ in ꝯspectu inquit agni ⁊ clamabant: dicentes.
Sal⁹ deo nr̄o q̇ sedet suꝑ throno: ⁊ agno. i. chr̄o incarna
Quartū gaudiū
to ex ꝟgine q̇ in ipa tanqꝫ in throno q̇euit. Et oēs inquit
angeli stabāt in circūitu throni: ⁊ ceciderūt ī ꝯspectu thro
ni in facies suas: ⁊ adorauerūt deū. ¶ Quartū gaudiū dꝛ
potestatis seu potestatiue impetratiōis: q̇cquid voluerit
Quintū gaudiū
impetrare a filio poterit. Nā ius habet ꝑcipiēdi tāqꝫ mr̄
filio: iuxta illud. iij. Regū. ij. in figura dictū. Pete mr̄ mi:
neqꝫ em̄ fas est: vt auertā faciē ⁊c̄. ¶ Quintū gaudiū dꝛ
coassessionis: qꝛ vicz ipa sedet ꝓxima ad sanctissimā trini-
tatē: qꝛ est in eodē throno cū dn̄o Jesu q̇ sedet ad dexte-
rā maiestatꝫ in excelsis: iuxta illud ps̄. Astitit regina a de
xtris tuis ⁊c̄. Uñ chr̄s Jesus ⁊ de⁹ pat̄: ac spūssctūs tāfa-
miliari ⁊ amorosissimo: ac singulari aspectu: ⁊ sub tanta re
uerētia ꝯspicit eā: ⁊ tāte glīe intimitate se ingerit eidez ꝙ
totā ad celestem curiā sit̄ sumptā ꝑter mr̄em tali aspectu
amoris: ⁊ tāta altitudine glīe non fert̄ queadmodum ad
ipam. Et etiā viceuersa: tāta dilectōe: ac charitate: ac frui
tione fert̄ btā ꝟgo in deū p̄rem: ⁊ filiū: ⁊ spm̄sctm̄. Tantū-
qꝫ illi luci inaccessibili est immersa ꝯm Bern̄. vltra qꝫ credi
pōt: atqꝫ ad delectamentū secretū diuinarū ꝑsonarum in
mediū trinitatis btissime tāexcellenter est introducta: vt
oēs amores p̄ntis et ꝑterite: atqꝫ future vite respectu sui:
sint q̄si luna sub pedib⁹ eius. Uñ Eccl̄i. xxiiij. ipa de se ait.
Ego mr̄ pulchre dilectiōis: scz diuine. q. d. Ego qꝛ sū mr̄
filij dei: pulchrā illā inter deū ⁊ btōs dilectionē sūma for-
mositate ꝑnitentē possideo supeminēter. O q̊ tu deuota
mens potes cogitare qꝫ ineffabile gaudiuz sit Marie iux̄
Sextum gaudiū
dei filiū sedē: ⁊ ipm quotiēs vult dulcit̄ amplexari ⁊ oscu-
lari. O q̄nta suauitate diuina: ibi videt quō pr̄ gignit filiū
⁊ vterqꝫ spm̄sctm̄ spirat. Nā de⁹ nō pōt videri sine marie
suauitatis fruitiōe: ꝯm Bern̄. ¶ Sextū gaudiū ꝑmiatio-
nis: scz suoꝝ deuotoꝝ: qꝛ de⁹ ꝓpter ipius amorē oīb⁹ eā
venerantib⁹ ꝑmia dat hic ⁊ in futuro. Uñ qꝛ videt q̊tidie
saluari hōies: ⁊ oēs sāctos saluatos ipa mediāte oēs deo
atqꝫ ipi btē ꝟgini grās agētes maximuz: in hoc ꝟgini est
gaudiū: necnō oīb⁹ sanctis eā vidētibus ⁊ mutuo gaudio
colletātib⁹: vt ipa dicere possit beatis illud apl̄i. j. Thes.
iij. Gaudiū meū ⁊ corona glīe vos ante deū: quia vt di-
cūt doc. suꝑ. iiij. Sanctꝫ in celo accrescet gaudiū acciden
tale de salute ⁊ beatitudine eoꝝ qui ꝑ ipos ꝯuertunt̄ ⁊ sal-
uant̄: sicut ⁊ angelis gaudiū est super ꝯuersione peccato-
rū ⁊ salute: vt dꝛ Luce. xv. c. Quantū ergo est gaudiū vir
ginis btē ꝑ quā quiqꝫ saluādi saluant̄: vt aiunt Bernar. et
Septimū gaudiū
Ansel. ¶ Septimū ⁊ vltimū gaudium accumulande con-
gratulationis: quia videlicet gaudia ⁊ glorie ꝟginis Ma
gnalia nunqꝫ deficient: nec minuent̄: sed durabunt ⁊ accre
scent in secula ex multitudine beatorum: quia accidētalis
glīa ⁊ gaudiū accrescit in beatis omnib⁹ ex ꝟgine glīosa:
⁊ ecōuerso in beata virgine gaudium accidētale accrescit:
⁊ florescit: atqꝫ vt ita dicam innouari videtur continue ex
beatis. Qd̄ sic declarat̄ ꝯm intentionē sancti Bernardi-
ni de Senis: in sermōe de admirabili gratia: et glīa beate
Marie. Nā beati sunt in triplici differentia. Quia q̇dā int̄
se in glīa sūt eq̄les: q̇dā ꝟo maiores: quidā aūt minores.
Et tamē vt dicit Aug⁹. suꝑ Joan. Nulla inter eos est in-
uidia disparis charitatis: quin potius: ꝯm ꝙ dt Greg. in
moral̄. tāta vis in illa pace nos sociat: vt quod in se quis-
qꝫ non accepit hoc se accepisse in alio exultet: vna cūctis
erit beatitudo leticie: qꝫuis non vna sit omnibus sublimi-
tas vite. Hec Grego. Unde immensa dilectio beatorum ⁊
multiplex quam inter se habent mutuo: multiplicat inter
Differentie accidentalis glīe
eos quasi in infinitum numerū gaudiorum ꝯm perfectio-
nem ⁊ multitudinem diligentiū dilectiōis: ⁊ exquo crescūt
stupendo: modo differentie accidentalis glorie int̄ illos.
Primo
¶ Primo nanqꝫ inter eos qui sunt equales in gloria: vel
quasi equales: multiplicatur gaudium inter se pro quo-
libet ex amore dupliciter: qꝛ videlicet eq̄li mensura se mu-
tuo diligunt: ⁊ diligi se cognoscūt: eo ꝙ quilibet de quoli-
bet sibi coeq̄li tantū gaudet quantū de semetipo extensi-
ue: tn̄ non intēsiue. ꝯm Richar. de med. villa suꝑ. iiij. sen-
tentiarū: ⁊ hoc modo intelligēda sunt: q̄ de ꝯsimilib⁹ hic
Scd̄o
dicentur. ¶ Scd̄o quoqꝫ illi qui sunt in glīa maiores: du-
plicant sibi gaudium accidētale ꝓ quolibet btō minori in
glīa. Et hoc non: qꝛ se videant tantum diligi quantū dili-
gunt: sed quia de glīa quorūlibet illoꝝ minorū tātū gau-
dēt hi minores quantū de ꝓpria sua: cum quēlibet ꝯm ca
pacitatē suam intelligūt glīosum. Unde Petr⁹ plus gau
det de bono Lini qꝫ ipe Linus. Tamē ꝯm Bona. in. iiij.
dist. xlix. in fine: ex hoc non sequit̄: ꝙ tantum gaudeat q̄n
tum si haberet illud bonum: quia si haberet illud haberet
Tertio
maiorē charitatē ⁊ potestatē intēsius gaudendi. ¶ Ter-
tio hi qui in glīa sunt minores: totiens duplicant gaudiū
accidentale de illis maioribus quotiēs gloriosiores esse
cognoscunt semetipis eos qui ꝓpter amorem suum dupli
cant glīam suam seu gaudiū suum. Nūc autē minores san
cti ꝯspiciunt aliquem sanctum decies in glīa se maiorem.
Quendā ꝟo centies: aliquem millies: aliū centiesmillies:
alium millemilies. Et hmōi sancti maiores quasi infinita
milia sunt. Uñ hi minores quotiens intelligunt eum glo-
riosiorē se esse beatū: totiens duplicant gaudiū suum cuz
cognoscant se tantū diligi a quolibet suꝑiori: ꝙ in quoli-
bet eoꝝ ꝓpter eos glīa duplicatur. O itaqꝫ deus magne
quis hōim nūerare possit quanta gaudia tua electis ꝑpa-
rasti. ⁊ accumulari atqꝫ accrescere in gloria voluisti. Nam
que lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit quā-
ta sint gaudia angelorum choris interesse. vt ait Grego-
rius in Homel̄. Nunc igitur ad ꝓpositum statuamus ex
vna parte integraliter totum amorem quem habēt bea-
ti ad inuicē mutuo: atqꝫ ex altera parte amorem quo mi-
nor beatus diligit virginē glīosam. Et credo ꝙ tal̄ amor
minimi glīosi excedat amorē beatorum alioꝝ sit̄ sumptū
tam angelicū qꝫ hūanū non inspiratū in beatā ꝟginem:
Magnū gaudiū accrescit ꝟgini glīose de sanctis et econtra
aut in chr̄m: seu in ipm deū. Quod ostendit̄ q̄druplici ra-
tione: ex q̇bus clarescit qꝫ magn⁹ amor ⁊ gaudiū accrescit
ipi virgini glīose de sanctis: ⁊ ecōuerso ipis beatis de ipa
benedicta virgine.
¶ Prima est ratio positionis
¶ Scd̄a est ratio compassionis
¶ Tertia est ratio glīficationis
¶ Quarta est ratio ꝯdilectionis
Prima
¶ Prima rō positionis: qꝛ quilibet minim⁹ etiā beat⁹ cla
re cognoscit: ꝙ mater dei plus posuit ꝓ sua salute qꝫ posu
crit ⁊ ponere possit tota creatura simul sumpta: quia chri
stū deū ei⁹ filiū ꝑdilectissimū q̇ est instrumētū redēptiōis
Scd̄a
saluatiōis: ⁊ glīficatiōis electoꝝ. ¶ Scd̄a ratio compas-
sionis: qꝛ q̇libet etiā minim⁹ beatus apte intellexit ꝙ to-

ta rationalis creatura nõ sustinuit: nec sustinere posset tã-
tũ dolorẽ ꝛ penã ꝓ sua redẽptiõe: quãtũ sola sustinuit mr̄
dei ꝯsiderata dilectiõe q̃ filiũ suũ amauit. Tãtũ etem̃ fuit
dolor ꝟginis in morte chr̄i: ꝙ si in oẽs creaturas q̃ pati
pñt diuideret̃ subito interirẽt. hic tñ dolor ꝟtute spũssan-
cti sic in ꝟginis aĩa claudebat̃: ꝙ nl̃ri sensititiue pti corpo
Tertia ris ꝑmittebat̃ effundi. ne añ debitũ tp̃s moreret̃. ¶ Ter-
tia ratio gl̃ificatiõis: tãta em̃ est gl̃ia ꝟginis mr̄is dei si-
cut ex p̃cedẽtib⁹ patuit: ꝙ excedit in gl̃ia totam naturã
angelicã: hũanã sil̃ sumptã ampli⁹ q̃ȝ circũferẽtia firma-
mẽti excedit in magnitudine pũctũ centri: vel q̃ȝ sol in cla
ritate ꝛ fulgore excedit stellã paruã: vel lumẽ cãdele ardẽ
tis: vel q̃ȝ multitudo arene que est in litore maris: excedit
vnũ minimũ pugillũ arene: siue q̃ȝ totũ mare excedit co-
chlear aque ꝛc̃. Quia ip̃a btã ꝟgo intelligit in filio suo se
q̃si alterũ ip̃m diuinitate vestita: in q̃ gl̃ia oẽs sancti con-
gaudent summo ex amore ad ip̃am affecti. Et etiã ip̃a ẜm
suã capacitatẽ ꝯgaudet de q̃rũlibet gl̃ia tanq̃ȝ de ꝓpria.
g̃ vtrobiq̃ȝ indicibilit̃ accrescit illud celeste gaudiũ accidẽ
Quarta tale. ¶ Quarta ratio ꝯdilectiõis: tãtus est em̃ amor bea-
te ꝟginis ad quẽlibet etiaȝ minimũ gl̃iosum: ꝙ oĩs amor
quo in regno celoꝝ natura angelica ꝛ humana diligit ali-
quẽ iã beatũ: est vt p̃dicit̃ q̃si pũctus centri ad firmamen
tũ vel respectu illi⁹ amoris q̃ ꝟgo btã amat minimũ bea-
tũ ꝯsiderato fontali principio vñ tal̃ amor originẽ habet
ꝛ iõ ꝓpt̃ hũc amorẽ ꝟginis gaudiũ duplicat̃ iux̃ suã capa
citatẽ cernit pleno ꝛ q̇eto desiderio gl̃iosum. Et sic ꝑ hũc
amorẽ ꝛ ꝑ hũc modũ ꝓ q̃libet sctõ ꝟginis bñdicte gaudiũ
multiplicat̃: ꝛ accrescit dupl̃r: vt patuit. Deniq̃ȝ minimus
sctũs videns tantũ se diligi a ꝟgine gl̃iosa. ꝙ ꝓpter eum
tanta in ea gl̃ia accrescit: intantũ inflãmat̃ in amorẽ eius
ꝙ quotiẽs eã intelligit se in gl̃ia supare: totiẽs de gl̃ia ei⁹
plus q̃ȝ de ꝓpria iocũdat̃. ¶ Ex q̇ ꝯsequẽter sequit̃ ꝙ oẽs
btĩ q̃ in gl̃ia sũt maiores minimo: ampli⁹ ꝛ q̇ adhuc maio
res adhuc magis: ꝛ q̇ maximi: maxie: atq̃ȝ q̇ ꝑmaximi: ꝑ-
maxime diligant̃ a btĩssima ꝟgine. Ip̃i quoq̃ȝ tãto magis
ꝛ maxie ac ꝑmaxie ꝑ amorẽ inardescant in eam: ꝛ sic gau-
diũ accidentale accrescit: ꝛ multiplicat̃ continue ẜm predi
ctũ modũ in ip̃a ꝟgine gl̃iosa ꝓpter illos: ꝛ in oĩb⁹ beatꝭ
ꝓpter illã. Quis g̊ exprimere posset infinitatem gaudij ꝛ
amoris q̇bus actiue ꝛ passiue gl̃iosa virgo Maria accidẽ-
tali gl̃ia varie inter beatos letat̃ ꝛ honorat̃: ac in ꝑpetuũ
ꝯgratulat̃. O itaq̃ȝ btõrũ beatissima: et supfelicissima celo
rum regina: quibus te laudibus efferamus: que tam inef-
fabiliter extas gloriosissima: tam sublimiter dignificata:
tã multiplicit̃ letificata ꝛ beatificata. O gl̃iosa dña excel-
sã sup sydera. te laudant angeli atq̃ȝ om̃es sancti ꝑ secula:
letare nunc cũ filio ꝓprio: ꝑ filiũ ꝓpriũ dulcẽ Iesum: int̃
beatorũ agmina: ꝛ: ꝓ nobis miseris chr̄m exorã. vt ꝑ tua
merita ducat nos ad felicia tue beatitudinis ꝯtemplãda
gaudia. Amen.

¶ Pars quinta libri decimi agit historialit̃ de mõ assum-
ptionis beate Marie virginis.

SVrge dñe in requiẽ tuã tu ꝛ
arca sanctificationis tue. Scribunt̃ Ps̃. cxxxi.
Que quideȝ verba: vt vult illuminatus doctor
Fran. Mayro. in suo ser. de assum. accipi possunt tãq̃ȝ sint
dicta a beatis in celo ad dominũ Iesum chr̄m desideran-
tibus assumptionẽ gl̃iose virginis Marie: vt eius presen-
tia ꝛ visa gl̃ia ip̃ius amplius iocundent̃ cum ip̃a ꝛ de ipsa
per quã meruerunt habere auctorem vite: ꝛ gl̃ificatorem
dñm Iesum. Desiderãter ergo flagitant di. Surge dñe in
requiẽ tuã: tu ꝛ arca sanctificatiõis tue. q. d. Sicut tu dñe
Iesu resurrexisti a mortuis. ꝛ in gl̃ioso corpe es in requie
tua celesti sedens ad dexteram dei patris: ita fac vt ꝛ arca
sanctificatiõis tue. i. beatissima tua mater: ĩ cui⁹ vtero san
ctissimo tãq̃ȝ in arca requeuisti: exurgat ꝛ assumat̃ in gl̃io-
so corpe in hanc eandẽ requiẽ celestis patrie: vt vna tecũ
ꝛ cũ ip̃a ineffabili gl̃ia gaudeam⁹ ꝛ exultem⁹: ac regnem⁹
sine fine. Merito aũt btã ꝟgo dr̄ arca sanctificatiõis diui
ne: qr ꝑ ei⁹ inhabitationẽ fuit plene sctĩficata. Deniq̃ȝ oẽs
sctĩ desiderabãt gl̃iose ꝟgĩs assumptionẽ: qr sciebãt ꝙ ꝑ
ip̃am eccl̃ia militãs multiplicia bona cõsecutura foret: at-
q̃ȝ eccl̃ia triũphãs. i. supna hierl̃m noue leticie gl̃ia ineffa-
bilit̃ magnificaret̃. Et idcirco subiũgit̃ in p̃misso ps̃. Sa-
cerdotes tui induant̃ iusticia ꝛ sctĩ tui exultẽt. q. d. ꝑ hanc
ei⁹ assumptionẽ fiat dñe: vt sacerdotes tui. i. eccl̃ie militã
tãtis p̃lati. ꝛ ꝑ ꝯñs tot⁹ ppl̃s chr̄ian⁹ quẽ ip̃i dirigũt indu
ent̃ iusticia. i. oĩs ꝟtutis gr̃a: qr iusticia est vniuersal̃ ꝟt⁹:
vt dr̄ Chryso. ꝛ etiã hr̃. v. li. Ethi. Qm̃ ꝑ merita btẽ ꝟgis
dat̃ cuilibet oĩs gr̃a inuocãdi ip̃am. Sequit̃: et sctĩ tui ex-
ultẽt. i. beati in celesti pr̃ia exultabũt inenarrabili leticia.
vicȝ ex ei⁹ p̃ñtia atq̃ȝ luminis totã celestẽ curiã illustrãtis
gl̃ia. Nã dicẽte Bern̄. in ser. de assum. Gl̃iosa ꝟgo dũ ce-
los ascẽdit: etiã supnoꝝ gaudia ciuiũ copiosis augmentꝭ
cumulauit: cũ eius vocẽ audire ꝛ faciem videre. eiusq̃ȝ bea
ta p̃sentia frui meruerunt: noua ꝛ ineffabili eius gl̃ia deco
rati: ꝛ immensa eius luce ꝑlustrati: vt etiã ait Aug. in quo
dam sermo. de natiuitate virginis. Itaq̃ȝ in hac pte libri
sub ꝓcessu historico ꝓsequendo: sacratissime assumptiõis
modum ex diuersis dictis sanctoꝝ: atq̃ȝ sermonib⁹ docto
rum: pijs quoq̃ȝ contemplationib⁹ descriptis deuotoruȝ
apocripha quidem resecãtes: sola ea que sunt fidedigna:
ꝛ a sanctis vident̃ approbata ad laudẽ virginis cõmemo-
rare curauimus. Ut aũt distincte series tota hui⁹ assum-
ptionis gl̃iosissime facilius capiat̃ tres principales consi
derationes notabimus.

¶ Primo de mõ sue sanctissime trãsmigratiõis.
¶ Scdo de mõ sue gl̃iosissime assumptionis
¶ Tertio de mõ sue gaudiosissime inthronizationis

¶ Articulus primus: de modo transitus ꝛ mortis beate De mõ tr[...]
Marie. Capl̃m primũ tus ꝛ mo[...] btẽ Mari[...]

CIrca primũ de modo trãsmi
gratiõis ꝛ ꝯtemplatiõis q̃stiones occurrunt.
¶ Primũ est. quo tp̃e btã virgo est mortua: ꝛ
in celũ assumpta. ¶ Ad q̃d rñdet̃: ꝙ si vis scire de anno.
tres sunt opiniones. ¶ Prima est Epiphanij dicentis. ꝙ
beata virgo post passionẽ chr̄i vigintiquattuor annis vi Quo ann[...]
xerit. ꝛ ꝙ qñ chr̄m ꝯcepit erat annoꝝ. xiiij. ꝛ in. xv. ip̃m pe assumpt[...]
perit ꝛ mãsit cũ eo annis. xxxiij. ꝛ sic qñ obijt virgo beata
erat annoꝝ. lxxij. ¶ Alia est opinio Fran. Mayro: ꝛ quo
rundã sequentiũ Aug⁹. li. de mirabilibus sacre scripture.
ca. xj. di. ꝙ etas beate ꝟginis fuit. liiij. annoꝝ. ita ꝙ post
passionẽ chr̄i tm̃ ꝑ nouem annos vixerit. ¶ Tertia q̃ cõi
us videt̃ teneri opinio est. ꝙ beata virgo post christi pas-
sionẽ. xij. annis vixerit. ꝛ sic citra sexagenarium vel poti⁹ Questio
lviij. annum fuit in celum assumpta: cum apl̃i totidem an
nis p̃dicauerint in Iudea: ꝛ circa partes illas: sicut Eccle
siastica tradit historia. Si queras. Quare non statim est
in celum assumpta post christi ascensionẽ: sed tãdiu derel
quit eam christus in mundo? ¶ Respondet̃ ꝙ idcirco: vt
vicȝ doceret apostolos: ꝛ illuminaret eos ĩ his que ad fi-
dem ptinent. Unde quando occurrebant questiones de-
terminande de factis dei: ꝛ morũ in ecclesia primitiua ad
ip̃am recurrebant: ꝛ ip̃a soluebat. ¶ Propterea Luce. ij.
scribitur. Maria conseruabat om̃ia verba hec: scȝ que di-
cebant̃: ꝛ fiebant circa paruulũ Iesum. cõferens in corde
suo cum his vicȝ que sciebat p̃nunciata fore per ꝓphetas
vt post ea tp̃e suo sicut dicit Beda posset apl̃os instruere
de his ad que presentes non fuerũt circa natiuitatẽ chri-
sti: ꝛ alia que ip̃i euangeliste scripserunt ab ea discẽdo. pre
cipue Lucas qui dicit̃ notarius virginis. Ideo canit̃ de
ea. Gaude Maria ꝟgo cunctas hereses sola interemisti in De mẽse as-
vniuerso mundo: scȝ apostolos docendo qui sua doctrina sumptiõis
errores vbiq̃ȝ confutauerũt. ¶ Item si vis scire de men-
se: ex quo festum assumptionis cadit in Augusto: clarescit
quia virgo assumpta est mense Augusti sole intrante in si
gnum virginis. Et hoc congruit mysterio: quia August⁹
dicit̃ ab augendo. Unde cesar Octauianus: qui impabat
tp̃e natiuitatis chr̄i dictus est Augustus: eo ꝙ auxit rem
publicaȝ nimiũ. Hic aũt primã victoriã habuit prima die
Augusti: ꝛ idcirco hunc mensem appellauerunt Augustũ
qui prius sextilis dicebat̃: eo ꝙ a Martio sextus erat. Et
om̃es rhomani ꝛ gentes hanc diem solennizabant in me-
moriam huius victorie. Qm̃ igitur beata virgo in hac as-
sumptione auxit rempublicam celestis gaudij in prima:
Ip̃a quoq̃ȝ virgo amicta sole. id est gl̃ie splendore diuine
illustrantis totam curiã supernã. figurata est Apoc. xij.

Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius &c. Uñ congruebat vt in hoc mense Augusti quo sol intrat virgineũ signũ: ipsa beatissima mr̃ dei assumeret. Item si vis scire quo die sit assumpta btã virgo? Rñdet̃ ẜm Fran. Mayr. in sermone vel tractatu suo de assump. ꝙ ꝓut inquit colligit̃ ex his que dicunt sancti: ipsa est assumpta in die dñica: que quidẽ dies sanctificata est sup omnes dies alios: q: isto die angeli sunt creati: et mũdus in ipso cepit exordiũ: illo die christus natus est: resurrexit ⁊ spũs sanctũ misit. Uñ cõgruũ fuit vt et hec summa solẽnitas assumptionis eo die fieret. Hec ẜm Fran. Mayro.

Quomõ circa tp̃s mortis ꝯsolationẽ deꝰ ꝯstiterit Marie.

Capitulum. ij. quõ circa tp̃s sue mortis ꝯsolationẽ deus ꝯstiterit Marie.

Secũda cõtẽplatio q̃lit̃ fuerit ṽgo ꝑ sua morte consolata. Nimirũ ipsa cõsolationẽ circa suam mortẽ habuit ab angelo ⁊ ab ap̃lis atq3 a dño Jesu et totius celelestis curie beatis occurrẽtibus et assistentibus in hora sui transitus. Qualiter autẽ hec facta fuerint: ex sermonibus sanctoꝝ ⁊ narrationibꝰ: ꝑcipue sancti Cosme: q̃ cognomento dicit̃ vestitor: atq3 Joannis Damasceni ⁊ alioꝝ historijs edocet̃: sicuti et in cõmuni legenga prolixe describit̃ tali modo. ¶ Dum eñ ap̃lis ob ꝑdicatiõis grãm diuersas mũdi regiones subeuntibus: virgo btã in domo iuxta montẽ sion posita remansisset: oĩa q3 loca filij sui: vicz locũ baptismi: ieiunij: passionis: sepulture: resurrectionis et ascensionis q̃ad vixit deuotione sedula mente reuolueret ⁊ ꝯtemplaret̃ que et qualia suus ꝑdulcis Jesus in illo vel isto loco fecerat. Quadã die cum in filij desideriũ cor virginis vehemẽter accendit̃: estuans animꝰ cõmouet̃: ⁊ intimarũ lachrymaꝝ abundantia excitat̃: crebris q3 desiderij sui singultibꝰ cepit talia verba eructare. O fili mi ꝑdulcissime. O nate dilectissime Jesu suauissime: en cupio dissolui ⁊ esse tecũ: vtinã fili mi adesset illa hora aurea qua te videre possem in patria. Ecce mox angelus cum multo lumine eidẽ astitit et reuerẽter vtpote matrẽ dñi salutauit. Aue inq̃t benedicta suscipiẽs benedictionẽ illius q̃ mandauit salutẽ Jacob. Ecce filius tuus dñs Jesus te matrem venerandam expectat cum die tertia de corpore assumeris: vt celestes mansiones iocundas reddas ⁊ sanctoꝝ spũs ꝯsolareris: Ecce aũt ramũ palme ꝺ paradiso ad te dñam attuli: quẽ ante feretrum portare iubebis: atq3 vestimenta funebria missa a filio eidem obtulit: vt refert sanctus Cosmas ꝑdictus. Tunc beata virgo vt credit̃ genuflexo grãs agens deo petiuit petitionẽ. Primo vt ap̃li ad eã pariter ꝯgregent̃ di. Peto inquit instantius vt anteq̃ moriar corporalibus oculis ap̃los videã: ⁊ ab eis sepeliri valeã: ⁊ ipsis ꝑsentibus spm̃ reddã. Secundo peto inquit et obsecro vt aĩa mea in exitu suo de corpe nullũ spm̃ teterrimũ videat: ⁊ nulla potestas sathane insidiando occurrat. Cui angelus. Cur dña malignos spũs videre metuis: cuz caput eius oĩno cõtriueris. Fiat tñ voluntas tua vt ipsos non videas: et ap̃los nobiles executores funeris tui habeas. Sed qualiter intelligendũ sit ꝙ beata virgo non viderit spũs teterrimos in suo transitu patuit supra eodẽ li. pte. j. in fine. arti. ij. His dictis angelus cum multo lumine celos ꝯscendit. Palma ṽo illa nimia claritate splendebat: ⁊ erat quidẽ virge viriditati ꝯsimilis: sed folia ipsius vt stella matutina fulgebãt. Et ego fateor me vidisse apꝺ quẽdam comitẽ regiũ particulã quandã que dicebat̃ esse de illa palma: ⁊ ꝑ certo erat fulgidissima ad modũ micantis stelle quasi coloris argentei fulgidissimi: cuiꝰ intuitus deuotionẽ ingerebat ꝯtuẽtibus. At beata virgo in magna ꝯsolatione spũs relicta vt refert idem sanctus Cosmas: mox cõuocauit virgines sanctas cognatas ⁊ amicas sanctas mulieres: quibꝰ patefecit ꝙ migrare deberet. Mox oĩs sanctarũ virginũ et mulierũ multitudo flens cepit dicere. O sanctissima. O benedicta sup oẽs mulieres: ne nos derelinquas orphanas. At illa ꝯsolando eas ait. Si vos natoꝝ corruptibiliũ matres nõ toleratis ab eis modicũ separi: quõ ego mr̃ ⁊ virgo desiderare nõ debeo ad meũ pergere filiũ dei patris vnigenitũ qui est oĩm vita ⁊ premiũ beatoꝝ. Hec cum agerent̃ factũ est vt dum Joãnes in Epheso ꝑdicaret: celum repente intonuit: ⁊ nubes candida ipm̃ sustulit: ac raptũ ante Marie ianuã collocauit: percutiensq3 ostium introiuit: ⁊ reuerẽter virgo virginem salutauit. Quẽ felix Maria ꝯspiciẽs ꝑ gaudio lachrymas ꝯtinere nõ potuit: dixitq3: Fili. ¶ Jonanes memor esto verboꝝ tui mgr̃i q̃bus me tibi in matrẽ et te mihi in filiũ cõmendauit. Ecce a dño euocata debitũ humane cõditionis exoluo: ⁊ corpus meũ tibi cura sollicita recõmẽdo sepeliẽdũ. Tunc ille mox ꝓstratus in terrã cũ lachrymis cepit clamare. Heu mi dñe deus vt quid tantam tribulationẽ inducis super nos: vt vicz hanc nr̃e religionis magistrã: sanctitatis speculũ: vnicũ nr̃m solatiũ a nobis auferas. Sicq3 flenti ṽgo palmã ⁊ vestimẽta lugubria ab angelo portata ostẽdit: vt refert sctũs Cosmas vestitor cognomẽto: qui ea q̃ narrat ab his q̃ interfuerũt se didicisse certa relatiõe cõmemorat. Dixit q3 virgo ad Joannẽ. Hanc inq̃t palmã deferri facias ante feretrũ: cum corpus meũ duxerit͛ ad sepulchꝝ. Dixit aũt Joãnes. O vtinã hic essent oẽs ap̃li ⁊ fratres mei vt tibi dña decẽtes parare possemꝰ exequias: ac exoluere laudes dignas. Hec illo dicẽte: oẽs ap̃li de locis in quibus ꝑdicabãt a nubibus candidis rapiunt̃: et ante Marie ostium collocant̃. Qui cũ se mutuo salutassent ⁊ de hoc plurimũ mirarent̃: dicẽtes. Que nã causa est ꝓpter quã nos dñs hic insimul congregauit. Joñes ad eos exiuit et dominã de corpe egressurã predixit. Qui oẽs mox in lachrymas ꝓrumpentes tandẽ introierũt: et beatã virginẽ reuerẽter salutantes adorauerũt dicentes. Aue dei mr̃ grã plena dñs tecũ: bñdicta tu in mulieribus: ⁊ bñdictus fructus ventris tui. Ad ipsa. Auete discipuli electi vnigenite filij mei. Et cum modũ aduẽtus eoꝝ ab eis audiuisset: deũ glorificauit: ⁊ omnia eis manifestauit ab angelo reuelata et allata illis ostendit. Refert sctũs Cosmas ꝙ inter ap̃los vidẽs sanctũ Paulũ nominatim salutauit: et ille genuflexo ait. Aue impetratio mei solaminis: licet eñ chr̃m in carne nõ viderim: tñ cum te video: acsi ip̃m tuũ natũ viderẽ ꝯsolor in spũ: vsq3 modo deũ te genuisse gentibus ꝑdicaui: amodo te ad ipsum translatã docebo. Hoc aũt vicz ap̃los in dormitiõe ṽginis ꝯuenisse testat̃ Germanꝰ archiep̃s Cõstantinopol. ⁊ etiã Joãnes Damasce. in suo sermone hoc idẽ asserit ⁊ sctũs Dionysius. Pauli ap̃li discipulus in li. de diuis noĩbus: ⁊ seip̃m silr̃ interfuisse ac vnũqueq3 discipuloꝝ in laudẽ chr̃i et ṽginis fecisse sermonẽ. ¶ Petrus igitur inchoãs: vt narrat Cosmas: dixit. Gaude celestiũ thalamoꝝ sponsa: tetrarchi luminis candelabrũ: per quã est eterna claritas manifestata. Alij aũt ap̃li Aue inquiunt regina celoꝝ. Aue dña angeloꝝ. Salue radix sctã ex qua mũdo lux est orta. Gaude gl̃iosa sup oẽs speciosa vale: ⁊ ꝑ nobis chr̃m ora. Tunc ṽgo in medio eoꝝ deum benedixit. Et ẜm Alber. sup Missus est. sacrm̃ eucharistie deuotissime adorãdo sumpsit ⁊ vnctiõis. Deinde vestimẽta funebria induẽs admonuit ṽgines q̃ erãt in eius obsequiũ occupate de lampadibꝰ et lucernis ardẽtibꝰ vsq3 ad eiꝰ obitũ nõ extinguẽdis. Oĩbus q3 flentibꝰ crebrisq3 singultibus ꝓut testat̃ addendo Joãnes Damasce. q̃relas ꝓponẽtibus ⁊ dicẽtibus. Cur nos orphanos derelinq̃s. O ꝯsolatio nr̃a te habuimꝰ laboꝝ solatiũ: tibi viuẽti cõuiuere gl̃iosum est. Ne ḡ deseras nos o felix dei mr̃: sed tibi moriẽti ⁊ cũ chr̃o regnãti tuo ꝑdulci filio: impetra nobis cõmori ⁊ cõregnare. Heu q̃ amarũ est o dña separi a tua ꝑsentia: q̃ es totius curie celestis leticia. Tunc illa ad filiũ ꝯuersa genuflexo ait. Tu dilectissime fili Jesu: his de meo discessu dolẽtibꝰ sctis q̃s elegisti fias ꝯsolator: ⁊ appone bñdictionẽ tuã sup eos. Extendẽsq3 manus fideliũ collegiũ bñdixit. Et addidit. In manus tuas cõmẽdo fili spm̃ meũ: suscipe aĩam meam tibi dilectã quã immunẽ a culpa seruasti: tibi ⁊ nõ terre cõmendo corpus meũ: custodi illud integrũ q̃ð tibi inhabitare cõplacuit: transfer me ad te: vt vbi tu es meoꝝ viscerũ nate pariter sim ⁊ ego tibi cohabitãs. Et tũc oĩbus valedicens se ad exitũ cõposuit genuflexo mente in deum suspensa: adeo vt ꝑamoris magnitudine ⁊ cõtemplatiõis suauitãte nullũ sentiret dolorẽ. ¶ Circa ṽo horã tertiã noctis: tota domꝰ suauitate replet̃. Dñs eñ Jesus cum angeloꝝ ordinibꝰ et patriarcharũ ac ꝓphetarũ cetibꝰ: martyrũ et cõfessoꝝ agminibus: ⁊ virginũ choris aduenit: ⁊ ante thoꝝ ṽginis acies ordinantur ⁊ dulcia cantica frequentant̃. Nam prior ipse

Historia assũptõis marie.

Palme ꝑ angelũ allate.

Ex historia.

Circa horã tertiã noctis.

dñs Jesus inchoauit dicens. Ueni electa mea et ponã in te thronũ meũ: q2 ꝯcupiui speciẽ tuã. Et illa. Paratũ dñe cor meũ paratũ cor meũ. Tunc oĩes scti dulciter intonant di. Hec est q̃ nesciuit thoꝝ in delicto: habebit fructũ in respectione aĩarũ sctãrũ. Ipsa aũt de seipsa cecinit di. Ecce beatã me dicent oẽs generatiões: q2 fecit mihi magna qui potens est ⁊ sctm̃ nomẽ eius. Tũc dñs Jesus excellentius intonauit di. Ueni de libano sponsa veni coronaberis. Tunc illa. Ecce venio: q2 in capite libri scriptum est de me vt faciã voluntatẽ tuã deus: q2 exultauit spũs meus in te deo salutari meo. Sicq3 Marie aĩa felicissima de corpe egredit̃ ⁊ ad filium euolat: a quo dulcissime amplexat̃: fuitq3 tam a dolore carnis extranea q̃3 a corruptione extiterat aliena: statimq3 eã circũdederũt flores rosarũ. sc3 cetus martyrũ ⁊ lilia ꝯualliũ. i. agmina angeloꝝ confessoꝝ: virginũ ⁊ sctõꝝ oĩm. Uiderũtq3 apl'i eiꝰ aĩam tanti esse cãdoris vt nulla mortaliũ lingua posset effari. Uñ prorsus lachrymis ceperũt clamitare apl'i di. Uirgo prudẽtissima quo ꝓgrederis valde rutilans: esto memor nostri o dña. Dixitq3 dñs apl'is. Corpus virginis matris mee in vallem Josaphat deferte: ⁊ in monumento nouo qḋ ibidẽ inuenietis recõdite: ⁊ me ibidẽ triduo donec ad vos veniã expectate. Statimq3 oĩa illa agmina btõrũ cum chr̃o ꝟginis animã deduxerũt cum iubilo canentes. Que est ista q̃ ascendit de deserto delitijs affluens innixa sup dilectũ. Quibus comitãdo canebãt. Ista est speciosa inter filias hierl'm: sicut vidistis eã plenã charitate et dilectione: sicq3 in celum gaudens suscipit̃ ⁊ a dextris filij in throno gl'ie collocat̃. Refert ꝟo sctũs Cosmas mirabile mysteriũ qḋ nõ indiget naturali discussione: cum oĩa que de dei genitrice dicunt̃ sint supnaturalia ⁊ mirãda. Q2 videlicet egressa de corpe aĩa: corpꝰ hec ꝟba ꝓtulit. Gr̃as ago tibi dñe q̃ tua sum gl'ia: memẽto mei q2 tuũ sũ figmẽtũ ⁊ tuũ seruaui depositũ. Tãta q3 statim corpus eiꝰ claritate resplenduit: vt tangi quidẽ a ꝟginibus ad lauandũ posset: videri aũt nõ posset. Tãdiu aũt lux illa resplẽduit donec corpus a virginibus lotũ fuit aqua mũdissima nõ ab ipa mundatũ: sed potius a corpe sacro aqua sctificata. Deinde vt ait Damasce. in sermone. Sacrũ illud corpus mũda sindone inuolutũ feretro supponit̃: lapides coruscant: odor vngẽtoꝝ celestiũ redolet: hymni angelici resonãt apl'i diuinas laudes cantãt: alijq3 sancti et sctẽ reuerendissime adorant.

In valle Josaphat. — *Miraculum*

De sepultura btẽ marie

Capitulum. iij. primi articuli de sepultura beate Marie.

Tertia cõtemplatio. Qualiter btã virgo fuerit post mortẽ sepulta. Ad qḋ ex p̃missoꝝ sctõrũ narrationibus ⁊ historijs alioꝝ ꝯtinuãdo notat̃. Q2 postq̃3 hec gesta sunt ceperũt apostoli agere vt iuxta p̃ceptũ dñi hec arca domini e mõte sion portet̃ honorifice ad sepulture locum: vic3 in vall'ẽ Josaphat. Tũc dixit Joãnes Petro. Hanc palmã. sc3 ab angelo allatã ante feretrũ Petre portabis: q2 dñs te nobis pretulit ⁊ pastorem ordinauit ouiũ suarum. Cui Petrus. Hanc potius te portare decet: q2 virgo a dño es electus: et dignũ est vt palmã virginis virgo feras. Ego aũt portabo cũ feretro sctm̃ corpus. Ceteri aũt apl'i fratres mei circũdantes feretrũ referãt laudes deo. Paulus aũt dixit Petro. Et ego qui minimꝰ apl'oꝝ sum portabo tecũ. Tunc eleuãtes feretrũ Petrus inchoauit psalmũ In exitu israel de egypto all'a. Ceteri apl'i cãticũ ꝓsequut̃. Dñs aũt feretrũ ⁊ apl'os nube ꝓtexit: ita ꝙ ipsi nõ videbant̃: sed tm̃ coꝝ vox audiebat̃. Affuerũt ⁊ angeli cũ apl'is cõcinentes ⁊ totã terrã sono miro suauitatisq3 odore replẽtes. Concitati iudei de ciuitate ad hãc melodiã: ⁊ audientes ꝙ discipuli Jesu efferũt eius matrẽ mortuã: oĩes ad arma cõcurrunt ⁊ se mutuo hortabant̃ di. Uenite ⁊ oĩes discipulos occidamus: ac corpus istud qḋ seductorẽ portauit igne comburamus. Princeps aũt sacerdotũ ira plenus ait. Ecce tabernaculũ illius qui nos et genus nostrũ conturbauit. Et mox manus iniecit feretro volens illud ad terrã deijcere. Qui quia indigne sacrũ corpus tangere nititur ad qḋ angeli etiã trepidant accẽdere: ideo merito manibus priuat̃. Nam ambe manus eiꝰ subito aruerunt: et a cubitis auulse discindunt̃ et lectulo heserunt: ita vt ad grabatũ penderent: ⁊ miser ipse nimio cruciatu vexatus lamẽtabiliter vlularet. Reliquus aũt populus ab angelis qui erãt in nubibus cecitate percussus est. Tunc princeps sacerdotũ clamans ad Petrũ apostolũ implorat veniã ⁊ ꝓmittit emendã. Cui Petrus post alia verba dixit. Nullatenus mĩscḋiam cõsequi poteris nisi accedẽs osculatus fueris feretrũ ⁊ confitearis di. Credo in dominũ Jesum christũ quẽ ista virgo in vtero portauit: ⁊ post partũ virgo permãsit. Qḋ cũ fecisset: manus vnde euulse fuerãt cubitis sunt adiũcte: ⁊ pristine redditus est sanitati. Accipiensq3 Petrus vnũ dactylũ ex palma dedit illi: dixitq3. Accipe hanc palmã ⁊ pone eã super populũ excecatum: et quicũq3 credere voluerit recipiet visum: qui autẽ credere noluerit non videbit in eternũ. Peruenientes igit̃ apostoli in vallem Josaphat ad prediũ Gethsemani: inuenerũt ibi sepulchrũ simile chr̃i viuifico sepulchro: vbi corpus cum multa reuerẽtia posuerũt. Quo munito iuxta illud vt dñs iusserat: cõsederunt vsq3 in diem tertiũ exequias in dei laude deuote celebrando ⁊ orõnes faciẽdo. Ecce ꝟo die sc3 tertio nubes splendidissima sepulchꝝ circũdedit: voces angeli resonãt: et ineffabilis odor sentitur: fit oĩbus stupor. Et ecce dñs Jesus descendẽs cũ multitudine angeloꝝ ipos salutauit: di. Pax vobis. Qui genibꝰ ꝓcidẽtes rñderũt. Gloria tibi deus q̇ facis mirabilia magna solus. Et dñs. Quid inq̇t gr̃e ⁊ honoris vobis videt̃ vt nunc mee conferã genitrici. At illi. Justum dñe videt̃ seruis tuis vt sicut tu deuicta morte regnas in secula: sic tu resuscites matris corpusculũ: ⁊ a dextris tuis colloces in eternũ. Ecce aũt cõtinuo Marie anima presens visa est. Tũc saluator locutus est dicens. Surge veni dilecta mea: tabernaculũ glorie: vasculũ vite. Pulchra es amica ⁊ macula non est in te: sicut labem non habuisti: ita et corpis resolutionẽ minime patiaris. Statimq3 ad corpus accessit Marie anima ⁊ de tumulo prodijt in corpore glorioso. Tandẽ sepulchrũ aperientes corpus minime inuenerũt: sed tm̃modo vestimẽta funebria ⁊ sindonem reppererũt. Igit̃ apostoli osculãtes sepulchrũ sanctum ⁊ deum laudãtes: in hierusalẽ sunt reuersi dicentes: quia corpe et anima virgo gloriosa est in celũ assumpta. Cuius assumptionis modũ deuotius in sequentibus cõtemplemur. Plura alia circa hãc materiã reperiunt̃ in historijs descripta: q̃ quoniã ad deuotionẽ nõ adeo deseruiunt: ob breuitatẽ sunt hic pretermissa.

¶ Articulus. ij. de modo gloriosissime assumptionis et deductionis beate Marie virginis in celum.

De mõ gl'iosissime assũptiõis beate marie ꝟginis.

Circa secũdũ de modo gloriosissime assumptiõis beate Marie ꝟginis. Nota ꝙ ipsa cum summa gloria est assumpta in celum triplici modo.

¶ Primo feliciter.

¶ Secundo honorabiliter.

¶ Tertio letanter.

Primo assũpta feliciter.

¶ Primo inquã feliciter: q2 ipsa glorificata plene ⁊ perfectissime glorie celestis felicitate non solũ in aĩa: sed etiã glorioso corpe est assumpta. Unde in aĩa habuit et habet virgo btã triplicẽ felicitatẽ. sc3 visionis: diuine fruitiõis et tentionis. In corpe ꝟo habuit quadruplicẽ felicitatẽ: vic3 impassibilitatis ⁊ agilitatis: qua vbicũq3 volebat spiritus: ibi ꝓtinus erat corpus: vt dicit Aug. ⁊ subtilitatis q̃ penetrabat celos: atq3 claritatis qua fulgebat incõparabiliter magis q̃3 sol: et ꝑ hanc claritatẽ suã totã celestẽ curiã irradiat ⁊ illustrat lumine glorie. Q2 aũt ipa corpe glorioso sit assumpta pie credit ecclesia: ⁊ superius parte prima huius libri ꝑ plures rõnes deuota cõtemplatione est descriptũ. ¶ Secũdo btã ꝟgo assumpta est honorabiliter: q2 ipse dñs Jesus et totus celestis curie exercitus eidẽ occurrit: ⁊ ipsam honorifice in celũ deduxit: vt testatur Hierony. in sermo. de assumptione. ¶ Nota aũt ꝓm Francis. Mayro. plures beatoꝝ turmas que affuerunt in hac solẽnitate assumptiõis. ¶ Prima turba apl'oꝝ q̇ eã vsq3 ad sepulchrũ comitati sunt cum hymnis et canticis: vt supra patuit. ¶ Secũda turba angeloꝝ qui virgini in hoc mundo assistebant ⁊ eam custodiebãt. Quis em̃ qlibet homo habeat sibi in hoc mũdo angelũ depụtatũ: vt

Secũdo honorabiliter.

Plures beatoꝝ thurme affuerunt.

Prima

Secũdo

ait Hierony. credit͛ tñ ꝙ beata virgo habuit plures an⸗
gelos in cuſtodie ſue obſequiũ. Iuxta illud Cant. iij. En
lectulũ Salomõis. lx. fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrl͛.
Et hi cum virgine aſcẽderũt: gaudẽtes ꝙ fuerunt digni
Tertia obſequio ⁊ familiaritate tante dñe ⁊ ꝙ celis tantũ theſau
rum deducebãt in hac aſſumptione. ¶ Tertia turba erat
aĩarũ euolantiũ ad celũ de hoc mũdo: ſicut ſunt aĩe ꝑ⸗
Quarta fectoꝝ et aĩe poſt baptiſmũ mox euolantes. Credit͛ eñ
ꝙ quotidie aliꝗ tales euolent. ¶ Quarta turba aĩarũ de
purgatorio exeuntiũ q̃ iam purgate erant: de q̇bus etiã
credit͛ ꝙ omni die alique tales euolent: q̃ tunc cũ virgine
magno gaudio aſcendebãt: ⁊ forte pluribus ꝓtũc in pur⸗
gatorio fuit pena relaxata ꝓpter tanti feſti ſolẽnitatẽ et
Quinta virginis honorẽ: vt opinat͛ idẽ Franc. ¶ Quinta turba
angeloꝝ qui p̃dictarũ aĩarũ cuſtodes fuerãt: ⁊ in hoc mũ
do miniſtrantiũ qui ad honorẽ virginis cũ ea aſcẽdebãt.
Iſte oẽs turme fuerũt comitãtes virginẽ ⁊ laudãtes eã.
¶ Sed reſtat videre qualiter turme btõꝝ plurime occur
rerunt virgini eam ſalutantes ⁊ honorifice ſuſcipientes.
¶ Prima ergo turba occurrit ſanctorũ patriarcharum.
¶ Secũda prophetarũ. ¶ Tertia martyrũ. ¶ Quarta
confeſſoꝝ. ¶ Quinta virginũ. ¶ Sexta oĩm btõꝝ com⸗
De ſalutati⸗ muniũ. ¶ Septima oĩm angeloꝝ aſſiſtentiũ: q̇ nõ emit⸗
one ſcõꝝ ad tunt͛ niſi raro. ¶ Octaua diuinarũ ꝑſonarũ: vicꝫ patris
btãm ꝟginẽ et filij ⁊ ſpũſſancti. ¶ Qualiter aũt vnaqueqꝫ turba ſan⸗
in aſſũptiõe. ctoꝝ p̃dictoꝝ ipſam beatã virginẽ ſalutauerit ⁊ laudaue⸗
Pria turba rit ac honorifice ſuſceperit: in quodã libro q̇ intitulat͛ de
p̃riarcharũ. vita Marie deuote edocet͛: ⁊ hic ꝓpter deuotionẽ audiẽ⸗
tiũ ppl'oꝝ breuiter deſcribit͛. ¶ Prima ergo turba patri⸗
archarũ adorãtes eã ſalutauit di. Aue ſacrũ et ſalutiferũ
noſtrũ deſideriũ quã dudum expectauimus que impleſti
noſtrũ gaudiũ: ⁊ per tuũ natũ redemiſti nos de ptãte te⸗
nebrarũ infernalium: tibi laudis honor ⁊ gratiarũactio ac
eternũ gaudiũ. Tũc Adã laudãs ait. Hoc nũc os ex oſſi⸗
bus meis: per hanc ecce gaudiũ oĩbus poſteris meis.
Nam hec eſt que gr̃am inuenit apud deũ angelo nũcian⸗
te: quã gr̃am ego perdidi. Eua quoqꝫ. Aue inq̇t bñdicta
inter mulieres que vitam oĩbus ꝓpinaſti: ⁊ mortẽ quã
intuli: tu cõtriuiſti. Ecce qꝛ ego femina dãnaui: tu ſctiſſi⸗
ma femina ſaluaſti. ¶ Accedendo ⁊ Noe patriarcha ait.
Salue virgo p̃figurata in arca a me ꝯſtructa. Nã ſicut in
diluuio genus humanũ ꝑ arcã eſt ſaluatũ: ſic ſeculũ ꝑ te
dei matrẽ eſſe liberatũ. ¶ Abraã exultãs ait. Ecce dei ꝓ⸗
miſſio mihi facta ⁊ impleta: qñ dictũ eſt. In ſemine tuo. i.
in chriſto ꝑ hanc virginẽ edito: benedicent͛ oẽs gentes.
¶ Iſaac ait. Aue virgo pulcherrima cuius pulchritudo
decora in Rebecca mea ſpõſa eſt p̃monſtrata. ¶ Iacob
Scda turba quoqꝫ. Hec eſt illa ſcala quã vidi cui⁹ ſummitas celos tã⸗
ſanctorum. gebat: ⁊ dñm innixũ ſcale angeloſqꝫ aſcendẽtes et deſcen⸗
dentes. ¶ Secũda turba ſanctoꝝ vicꝫ ꝓphetarũ occur⸗
rit ⁊ ſalutauit di. Aue ſacrariũ ſpũſſancti: ⁊ fructus noſtri
vaticinij: te p̃dicauimus: te ꝓphetauimus: tecũ igit͛ iam
in celo cõgaudẽm⁹. Tunc inter eos Moyſes ait. Hec eſt
rubus ardens ꝑ charitatẽ: in quo apparuit deus qui ru⸗
bus ardere cernebat͛ nec cõburebat͛ ſed in ſua viriditate
tenebat͛. Sic nec ꝟgo hec corrupta eſt filio dei ſuſcepto:
nec leſionẽ habuit in puerperio. Aaron ait. Hec eſt virga
arida quã poſui in altari: ⁊ inuenta eſt florida ⁊ fructifera
Dauid ait. Ecce regina que aſtitit a dextris dei in veſtitu
deaurato. id eſt. corpe glorificato: circundata varietate
virtutũ ⁊ ſanctoꝝ. ¶ Eſaias dixit. Hec eſt virgo de q̃ ꝓ⸗
phetaui. Ecce inq̇t virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit͛
nomen eius emanuel. i. nobiſcũ deus. ¶ Hieremias ait.
Hoc eſt qđ dixerã. Nouũ faciet dñs ſuꝑ terrã femina cir⸗
cundabit virũ. ¶ Ezechiel. Hec eſt inquit porta clauſa ꝑ
quã dñs eſt egreſſus. ¶ Daniel ait. Hec eſt mons de qua
lapis viſus eſt preciſus ſine manib⁹: qꝛ dei filius ab ea na⸗
tus eſt ſine viri ſemine. ¶ Tandẽ Ioãnes baptiſta eam
adorauit di. Aue mater agni immaculati qui tollit pecca⸗
ta mundi: quẽ digito demonſtraui: per tuũ aduentũ ſan⸗
ctificatus in vtero matris exultaui. ¶ Item Elizabeth
ſancta. Aue beata que credidiſti angelo. Ecce ꝑfecta ſunt
que dicta ſunt tibi ab ãgelo: gaude in eternũ cũ filio tuo.
¶ Tunc ſanctus Ioachim et ſancta Anna parentes vir⸗
ginis cum maximo gaudio occurrẽdo dixerũt. Benedi⸗
cta filia tu a domino: qꝛ per te fructũ vite cõmunicauim⁹.
¶ Deniqꝫ ſanctus Ioſeph ſponſus Marie occurrens cũ Ioſeph
leticia ait. Salue mea gratioſa: mea venerabilis domina
quã rex celi mihi in ſpõſam donauit: ⁊ immaculatã cõſer⸗
uauit: cuius eram cuſtos caſtitatis ⁊ teſtis virginitatis: ⁊
ſecretarius diuine incarnatiõis. Ego primus tuũ partũ
adoraui: ⁊ oĩs peregrinationis tue comes extiti: tibi et
dulci tuo Ieſu diligẽter ſeruiui: erat mihi tua ſocietas ſua
uis: tua allocutio iocũdabilis. Nũc ergo o mater gratie
cum tuo nato iocundare ⁊ mihi tuo ſponſo benedictionẽ
prebe ⁊c̃. ¶ Tertia turba occurrit ſanctorũ martyrũ di⸗ Tertia tur⸗ba.
cens. Aue triũphus ⁊ palma martyrũ que p̃ oĩbus me⸗
ruiſti: cum filio tuo in cruce pendenti aſtitiſti: ⁊ gladio do
loris cor vulneratũ habuiſti: nunc gaude ſuꝑ oẽs glo⸗
rioſa ⁊ letare cum amãtiſſimo nato ꝑ ſecula. ¶ Tũc ſan⸗
cti Innocẽtes acceſſerũt dicẽtes. Aue noſtra gloria: fe⸗
lix illa hora qua chriſti infantia noſtre paſſionis fuit cau⸗
ſa. En o beata qualis nobis martyrij gloria eſt ꝑ tuũ fi⸗
lium donata. Sis et tu cum filio felix ꝑ immenſa gaudia.
Sanctus quoqꝫ Stephan⁹ ꝓthomartyr ait. O benedi⸗
cta martyrũ regina: ecce qꝛ primus ꝓ tuo filio martyriũ
ſuſtinui: quanta mihi ſunt donata premia. Ipſi ergo dño
Ieſu ⁊ tibi laus ⁊ gloria. ¶ Quarta turba occurrit ſctõꝝ Quarta
ꝯfeſſoꝝ ſalutãdo dicens. Aue confeſſoꝝ ſtella et lux ſan⸗ turba.
ctitatis ac ſpeculũ virtuoſitatis: vere in plenitudine ſan⸗
ctoꝝ detentio tua: qꝛ ceteris ꝑ partes: tibi vero tota in⸗
fudit ſe plenitudo gr̃e ⁊ virtutis. Nunc ergo merito gau⸗
des ſuper omnes in plenitudine celeſtis premij et glorie.
¶ Quinta turba occurrit virginũ ſalutando dicẽs. Aue Quinta
virgo virginũ beatiſſima ⁊ mater ſumme puritatis. Mul⸗ turba.
te quidẽ filie ꝯgregauerũt diuitias. ſcꝫ meritoꝝ ⁊ gr̃arũ:
tu ſuꝑgreſſa es vniuerſas. Nunc igit͛ cum tuo filio quem
virgo concepiſti: et virgo peperiſti: atqꝫ poſt partũ ꝟgo
permãſiſti: gaude in decore ſumme puritatis per ſecula.
¶ Sexta turba omniũ beatoꝝ cõmuniũ occurrit eã lau⸗ Sexta
dando ⁊ ſalutando dicens. Aue mater gr̃e: mater miſeri⸗ turba
cordie: tu gloria electoꝝ: tu honorificentia ppl'i iſrael: tu
leticia gentis ſanctoꝝ: per te ⁊ ex te habemus quicq̇d bo⸗
ni habemus: ergo per te et in te tuo nato laus et gloria
¶ Septima turqa angeloꝝ aſſiſtentiũ qui raro ⁊ ex ſpe⸗ Septima
cialiſſima tñ gr̃a emittunt͛. Qꝛ ſi throni et dominatiões turba.
occurrrerunt beato Martino: vt legit͛. multomagis oẽs
etiã aſſiſtentes matri dei occurrerũt eam ſalutãdo ⁊ dixe⸗
runt. Aue dei genitrix celoꝝ regina: angeloꝝ oĩm dña: q̃
demones ꝓſtraſti: mundũ liberaſti: ruinã angelicã reſtau
raſti: dei filiũ de celis attraxiſti. Nũc igit͛ gaude poſſidẽs
thronũ gl'ie tibi p̃paratũ. Inter eos aũt Gabriel archan
gelus occurrendo et gaudens di. Ecce inquit celi regina
tua gloria eſt completa quã tibi in ſalutatione p̃nuncia⸗
ueram. Aue gr̃a plena dñs tecum: benedicta tu in mulie⸗
ribus. Ecce gloria es plena: ecce tecũ vere dñs Ieſus tu⁹
te exaltans: te ſumme letificans: vere tu benedicta et ſuꝑ
benedicta p̃ oĩbus. ¶ Octauo occurrerũt diuine ꝑſo⸗ Octauo di⸗
ne. Nam dñs Ieſus totus feſtiuus occurrit matri: vt te⸗ uine ꝑſone.
ſtat͛ Hierony. in ſermõe de aſſumptione. Et qm̃ ipſe ꝑſo⸗
ne diuine inſeparabiliter ſe comitant͛: vt dicit Aug. de trini⸗
ta. ergo cum ibi fuerit ꝑſona filij ſequit͛ ꝙ affuit ⁊ pater ⁊
ſpũſſanctus. Quis aũt excogitare ſufficiat quãta iocun⸗
ditate quantaue ſuauitate dñs Ieſus ipſam p̃dulciſſimã
genitricẽ ſuam ſalutauerit: amplexatus fuerit et oſculat⁹
ad gloriã ſupremã inuitauerit dicens. Surge ꝓpera ma⸗
ter mea dilecta: veni mater pura mea dulcis et amanda.
Intra nũc in tui filij glorioſa habitacula vt gaudeas me⸗
cum oĩ bono celeſtiũ delitiarũ ſine fine. ¶ Deniqꝫ de⁹
pater in iubilo ſalutãdo eam atqꝫ ꝯſolando di. Aue mea
p̃electa filia ⁊ ſponſa p̃dilecta vide et agnoſce diuinitatẽ
meã. Ego te ꝑ angelũ ſalutaui ⁊ vt filiũ meũ conciperes
et parereſ virgo mandaui: vt ꝑ carnẽ ex te ſumptã mor⸗
tem patiendo filius meus mundũ liberaret volui. Veni
ergo de libano ſponſa mea: veni coronaberis. Ceterũ ſpi
ritusſanctus. Salue inquit virgo pura: ſuper quã ego re⸗
quieui ſeptiformi gr̃a: in te locum filio dei p̃paraui: et de
portione puri tui ſanguinis chriſti corpus formaui: virtu
tibus ⁊ gratijs te ditaui: ⁊ vt digna fores mater dei in be⸗
nedictionibus dulcedinis p̃ueni. Nũc igit͛ iocũdare felix

super cunctos visione dei. Tunc beata virgo adorãs hu
militer deum ⁊ sanctã trinitatẽ ac laudans ⁊ grãs agens:
ait illud Eccli. lj. Confitebor tibi domine rex. scꝫ deꝰ pa-
ter collaudabo te deum saluatorẽ meum. id est. dñm Je-
sum. Confitebor nomini tuo qm̃ adiutor ⁊ ꝓtector factꝰ
es mihi. scꝫ tu sctẽ spũs me replendo: et liberasti corpus
meũ a perditione. vicꝫ. ꝓseruãdo ab om̃i labe. Tertio q̊ꝫ
his habitis assumpta est btã virgo ⁊ in celum deducta le-
tanter: qꝛ summa cum leticia omniũ celestiũ agminũ. Vñ
sctũs Gerardus episcopus ⁊ martyr in suis homelijs di-
cit. Hodie virginẽ Mariã celi susceperunt letãdo: angeli
gaudendo: archangeli iubilando: throni exultãdo: domi
nationes psallendo: principatus armonizãdo: cherubin
et seraphin hymnizãdo: atqꝫ ad sup̃ne maiestatis diuine
tribunal deducendo. Hec ille. De hac autẽ iocunda eius
deductione; atqꝫ gaudiosissima in thronizatione latius
patebit in sequentibus.

¶ Articulus. iij. de modo quo gaudiosissime inthroni-
zata est beata virgo Maria in regnũ celeste et super om-
nes collocata.

De mõ gaudiosissime in throniza-tiõis ꝟginis Marie.

Circa tertiũ p̃ricipale de mo-
do gaudiosissime inthronizatiõis beate virgi-
nis videndũ restat ⁊ ꝓsequendũ de his tribus.
Primo quidẽ: quali gaudio ⁊ iubiloso cantico sit in p̃mis-
sis turbis beatoꝝ ad thronũ sue glorie traducta. ¶ Se-
cũdo qualiter sup om̃es ordines angeloꝝ et sctõꝝ exal-
tata. ¶ Tertio q̃lter a sctissima trinitate sit in suũ thro-
num glorie inthronizata. ¶ De primo Nota ꝙ ſm deuo
tos contẽplatores ⁊ huius rei tractatores pie possumus
cogitare seu meditari ꝙ cum btã virgo fuisset tãta solen-
nitate qua patuit resuscitata et glorificata corp̃e ⁊ anima
atqꝫ ab om̃ibus turmis sanctoꝝ et angeloꝝ occurrentiũ
honorifice salutata: tunc dominus Jesus ait ad oẽs bea-
tos. Ecce inquit nostis et videtis matrem meã purissimã
resuscitatã corp̃e glorificato: in cuius vtero vestra ⁊ oĩm
electoꝝ ꝓ salute hoc meũ corpus gloriosum spiritusctõ
formatũ assumpsi: et tanqꝫ in tabernaculo dignissimo re-
quieui. ix. mensibus. Tandẽ ipsa virgo me peperit ⁊ vbe-
re de celo pleno lacte virgineo aluit: castissimo amplexu
fouit: ⁊ in om̃ibus deuotissime ministrauit. In cruce q̊qꝫ
mihi ꝓ vobis patiẽti et morienti astitit: ⁊ doloris gladio
confossa eius anima extitit ⁊c̃. Nunc igiꝰ pensate ⁊ consi-
derate: qꝛ dignum est vt in throno meo super om̃es exal
tetur ordines. ac btõꝝ eterna premia p̃ceptura. Tũc oẽs

Cõtẽplatio circa hec.

angeli et beati ꝓcidẽdo et dominũ Jesum adorãdo ⁊ col
laudãdo ceperunt dicere illud Ps̃. Magnus dñs et ma-
gna virtus eius: et sapiẽtie eius nõ est numerus. Et illud
Sapieñ. ix. Tecum dñe sapientia que nouit om̃ia opera
tua: que etiã affuit cũ orbem terrarũ faceres ⁊ sciebat q̊d
placitum esset coram oculis tuis. Ipsa igitur tua infinita
sapiẽtia decernat: qꝛ iustum ⁊ dignũ videꝰ seruis tuis do
mine vt ipsa tua sctã mater om̃i honore ⁊ laude dignissi-
ma a dextris tuis in throno glorie tue gaudeat vna tecũ
et regnat in secula seculoꝝ. ¶ Tunc sancta trinitas man-
dauit om̃ibus di. illud ps̃. Sumite psalmũ ⁊ date tympa-
num: psalteriũ iocundũ cum cithara: buccinate in neome-
nia tuba in insigni die solẽnitatis vestre. id est huiꝰ assum-
ptionis. Sicqꝫ cum om̃i iubilo ⁊ totius curie celestis sum-
ma exultatione cepit virgo beata in celum ⁊ glorie thro-
num traduci ⁊ eleuari. Juxta q̊d prefiguratũ fuit. ij. Re-
gũ. vj. Surrexit Dauid. id est. christus: ⁊ abijt ip̃e ⁊ om̃is
populus vt aducerẽt arcã dei. id est. beatã dei matrem.
Dauid aũt ⁊ om̃is israel ludebãt corã domĩo in citharis:
lyris ⁊ tympanis ⁊c̃. In quo figuraꝰ iubilatio oĩm sctõꝝ
et angeloꝝ ⁊ laudis decãtatio pro beatissime virginis as-
sumptione. Et nota ꝙ om̃es turme btõꝝ deducendo be-
atam virginem administrabanꝰ in ea ⁊ canebãt iubilosas
laudes magnificãdo ip̃am precipue de tribus. ¶ Primo
de eius pulchritudine: qꝛ non ꝯsueuerãt antea videre su-
per angelicã pulchritudinẽ nisi diuinã: sed nunc in btã vir
gine cernebãt decorẽ excellentẽ sup angelos infra chrm̃.
Et ideo canẽtes dicebãt. Que est ista que ꝓgrediꝰ quasi
aurora rutilãs: pulchra vt luna: electa vt sol. Cant. vj.
Quibus comitãtes respõdendo canebãt. Ista est specio-
sa inter filias hierłem sicut vidistis eã plenã charitate et
dilectione: eccłia dicẽte. ¶ Secũdo laudabãt eã de sum-
ma dignitate a deo sibi collata: eo ꝙ nõ ꝯsueuerãt antea
habere angeli et beati reginã sup om̃es choros exaltatã
sicut nũc cernebãt: ⁊ ideo dicebãt. Que est ista que ascen-
dit de deserto delitijs affluẽs ⁊c̃. Cant. vj. q. di. Mundus
totus est q̃si desertũ carens om̃i virtute: ⁊ quomõ nũc de
eo ascendit talis regina. Quibus comitãtes respõdebãt.
Ista est regina q̃ astitit a dextris dei in vestitu deaurato
circũdata varietate. ¶ Tertio laudabant de eius glorie
sublimitate et premij copiositate ac diuina familiaritate:
qꝛ nunqꝫ viderãt aliquẽ post chrm̃ in tãta glorie ⁊ pleni-
tudine om̃is grẽ: ac tanta ⁊ tali familiaritate dei ascẽden-
tẽ. Vñ dixerũt. Que est ista que ascendit sicut virgula fu-
mi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris ⁊ vniuersi pulueris pi-
gmentarij. Cant. iij. in q̊ om̃is grã ⁊ plenitudo glorie fi-
guraꝰ. Quibus r̃ndendo cantabaꝰ a comitãtibꝰ. Hec est
que nescivit thoꝝ in delicto: habebit fructũ in respectiõe
animarũ sanctaꝝ. Sap̃. iij. O q̃ aĩa fidelis ꝯtẽplare quã-
tis gaudioꝝ generibꝰ: qꝫ iocũdis laudibus ipsa ꝟgo glo
riosa est exaltata. ¶ De secũdo: q̃liter vicꝫ ꝑtrãsijt oẽs

Maria ꝑtrãsijt oẽs choros.

choros: ⁊ sup om̃es ordines sit exaltata. Nota ꝙ cum sic
cum oĩm exultatione eleuareꝰ. Primo possumus deuote
meditari ſm ꝙ scribũt deuoti ꝯtemplatores: ꝙ cũ aereũ
celum: ⁊ deinde celũ ethereũ gaudens trãsuolasset: celeri-
ter ad sideriũ celũ ferebaꝰ: vbi ꝑ gł'iaꝫ eius obscurari lux
solis: lune ⁊ stellarũ videbaꝰ p̃ cunctisqꝫ radiãs cũ cerne-
ret qꝫ magni sol ⁊ luna: qꝫ magne stelle forent a deo create
que tñ hic nobis parua cernunꝰ: cum tñ vt dicũt philoso-
phi minima stella maior est terra. Deinde celum crystalli-
nũ ꝑtrãsiens cũ penetrasset celũ empyreũ vbi beatoꝝ est
mansio: vidisset q̊ꝫ eius amenitatẽ ⁊ pulchritudinẽ: cepit
psallere ⁊ dicere illud ps̃. Q̃ dilecta tabernacula tua do-
mine virtutũ cõcupiscit et deficit anima mea in atria tua.
Vere melior est dies vna in atrijs tuis sup millia. Tunc
p̃dilectus eius filius Jesus ait ad eã. Ecce genitrix dul-
cissima vide latitudinẽ celoꝝ et pulchritudinẽ mansionũ
celestiũ quas ego p̃paraui electis meis habitãdas. Ecce
luna ⁊ sol ⁊ stelle q̃ te in scripturꝭ multipliciter p̃figuraue-
rũt. Ecce celũ empyreũ qꝫ pulchrũ qꝫ amenũ sup oĩa infe-
riora in quo ꝑpetua erit tua ⁊ beatoꝝ habitatio vna me-
cũqꝫ cõregnatio. Hec oĩa manus mea cõdidit ad deitatꝭ
gł'iam ⁊ laudẽ sempiternã. Tunc ait Maria. Vere fateor
qꝛ magnus dñs et laudabilis nimis in ciuitate dei nr̃i in
monte sctõ eius. Fundaꝰ exultatiõe vniuerse terre mons
sion latera aquilonis: ciuitas regis magni. teste Psal.
¶ Tandẽ secundo cum ꝑuenisset ad choꝝ infimũ beato-
rũ in celo empyreo vbi est chorus pueroꝝ baptizatoꝝ ⁊
oĩm sctõꝝ ſm Rich. sup s̃niarũ. li. ij. Illi eã cõmẽdare ce-
perũt ⁊ dicere. Te o dña mũdi q̃ excedis oĩm merita de-
cet et dignũ est ascẽdere sup̃ius: qꝛ nos in meritis paucis
vel nullis ꝓprijs saluati: sumus in choro hoc infimo or-
dinati. Ascẽdẽdo igiꝰ altius: relinque nobis bñdictionẽ
tuã. ¶ Tertio q̊ꝫ ad choꝝ angeloꝝ veniẽdo ⁊ illi cõmen
dauerũt eã di. O regina angeloꝝ merito tu sup nos exal
taris: qꝛ cũ nos p̃sideamus singulis hoĩbus custodiẽdo:
tu es oĩm vniuersaliꝰ ꝓtectrix ⁊ dña. Ascẽdendo igiꝰ re-
linque nobis bñdictionẽ tuã. ¶ Post hec q̃rto ad choꝝ
archãgeloꝝ veniẽdo: ⁊ illi cõmẽdauerũt di. O felix Ma-
ria nos quidem habemus nunciare mũdo maiora: tu ꝟo
edidisti mũdo oĩm maximũ. scꝫ filiũ dei: merito q̃ exalta-
ris. Et ascẽdẽdo relinq̃ nos in tua bñdictiõe. ¶ Quinta
p̃terea ad virtutũ choꝝ veniẽdo cõmẽdauerũt ip̃i eã di.
Nostrũ est facẽ miracula. Sed tu ꝟgo summo ⁊ indicibili
miracło deũ in tuo vtero ꝯclusisti ⁊ carne induisti: q̃ dignũ
est te ascẽdere: ⁊ nobis bñdictionẽ tuã impartire. ¶ Se-
xto potestatũ ad choꝝ veniẽdo cõmẽdauerũt ipsi eã di.
O bñdicta femina nostrũ est ꝑtãtes demonũ coercere: sꝫ
tu caput serpẽtis ꝯtriuisti: digne q̃ ascẽdis: ⁊ nos benedic.
¶ Septimo principatuũ veniẽdo in ordinẽ cõmendaue-
runt di. O imperatrix oĩm: nos principamur angelis: tu
ꝟo om̃ibus creaturis: iustũ est ergo te ascẽdere ⁊ nos be-
nedicere dignare. ¶ Octauo dñationes eam cõmẽdaue-
rũt di. O dña inclyta: nr̃m est principatibus p̃esse: tu ꝟo
vt mater ius habes etiã deo filio tuo p̃cipiẽdi: q̃ ascẽdis

merito ꝛ nos benedictiōe tua participes facito. ¶ Nono
perueniēdo ad choꝝ thronoꝝ q̇ cōmendauerūt eā di. O
vere iocūditas electoꝝ: digna es exaltari sup nos. Nam
in nobis deus reqescendo iudicia decernit: in te dei filius
carnē assumēdo in qua iudicaturus est viuos ꝛ mortuos
requieuit: ergo ascendēdo nobis benedic. ¶ Decimo ad
choꝝ cherubin aduen̄iēdo ꝛ ipsi cōmendauerūt di. O di-
uine sapiētie vas admirabile: nos diuina sapiētia iocūda
mur: tu mater es ꝛ genitrix sapientie dei. i. dn̄i Jesu: ergo
dignū est te sup nos ascendere: nosq̧ in tua bn̄dictiōe re-
linque. ¶ Undecimo ad choꝝ seraphin veniēdo cōmen-
dauerūt illi di. O mater pulchre dilectionis: nos ardem⁹
charitate dei: tu in summa plenitudine charitatis deū tā-
q̄ filium pre oībus dilexisti: dignū est te sup nos ad thro
nū tibi p̄paratū ascendere: et nobis benedictionē tuā in-
funde. At beata dei mater gr̄as ꝛ laudes agens deo: ait.
Benedictus dn̄s israel q̇ facit mirabilia magna solus: et
benedictū nomē maiestis eius. Et iteū oībus choris bn̄-
dicens ait. Benedicti vos dn̄o q̇ fecit celū ꝛ terrā. Et tūc
ad. xij. thronū vicz christi est eleuata: qui est sup oēs an-
geloꝝ ꝛ sanctoꝝ choros. Et de hoc in sequētib⁹. ¶ Ulti-
mo iam restat videre q̄liter beata ꝟgo in thronū glie sit
inthronizata a trinitate sctissima. Et de hoc breuiter pie
et deuote cōtemplando. Nota ꝙ cum solennitate ꝛ tanta
gaudiositate beatissima dei mater fuisset: vt p̄dictum est
deducta ꝛ exaltata sup om̄es ordines: tunc dn̄s Jesus cū
summo honore ipsam ad sui dexteram in throno glie sue
collocauit. Un̄ Augu. Tibi inquit dn̄a digne thronus re-
gis glie debet̄: te ipse rex glie vt matrē verā ꝛ decorā spō
sam p̄ omnibus diligēs amoris amplexu sociauit sibi. Gau
de igitur ꝛ letare sine fine. Ex qua auctoritate claret ꝙ si
debet̄ sibi thronus regis glie: ergo idē est thronus suus
et regis. Itē si mater regis ꝛ spōsa: ğ iuxta regē: ꝫm illud
iij. Regū. ij. Positus est thron⁹ matri regis que sedet ad
dexterā eius ꝛc̄. Tūc deus pater benedicēs eam ait. Be-
dicta tu in mulieribus sicut annūciaui tibi p angelū. Be-
nedixi tibi ꝛ eris benedicta in eternū. Gen̄. xxvij. Benedi-
censq̧ benedicā tibi ꝛ exaltabo nomē tuū in seculū: en sup
omnia creata te dominā ꝯstituo. Et iuxta illud Gen̄. xlj.
Tu eris sup domū meā: ꝛ ad tui oris imperiū cūctus obe
diet ppl̄s. Cuicūq̧ volueris regnū trade: tibi fidelit̄ ser-
uient: salua q̊s tibi placuerit. Tu regina angeloꝝ: tu dn̄a
mudi: regna ꝛ gaude in gloria mea p secula. ¶ Filius q̧
dei patris dn̄s Jesus eam bn̄dicens ait. Benedicta tu ma
ter dilectissima: beatus tuus vterus quo me filiū dei por
tasti: ꝛ beata vbera tua virginea q̇bus lactasti: vt scriptū
est Luce. xj. Gaude nūc ꝛ letare vna mecū in throno glie
perpetue. En quia mihi fidelit̄ ꝛ deuote seruiuisti: reddo
tibi seruitutis vicem et retributionē: vt sicut me suscepisti
in vterū tuum purissimū et dignissimū: ita ego te suscipio
nunc in celeste soliū gloriosissimū ꝛ felicissimū: sicut tu me
pauisti: ita ego te pascā dulcedine diuinitatꝭ ꝛ glorie mee.
Sicut tu me induisti carne humana: ꝛ vestimēto incōsuti-
li: ita nūc ego te induā vestimēto glorie in aīa et corpore
glorificato. Tu mihi in cruce pendenti compatiēs et do-
lens a dextris astitisti: ꝛ nūc asta gaudens a dextris meis
in throno glorie quē tibi preparaui vt fruaris mecū omi
bono felicitatis patrie celestis. Et volo vt sicut me regē
omniū adorat ꝛ laudat om̄is exercit⁹ beatoꝝ ꝛ electoꝝ.
sic te reginā cunctoꝝ laudet ꝛ veneret̄ om̄is eccl̄ia sctōꝝ.
¶ Deniq̧ spūssanctus eā bn̄dicendo ait. Beata es virgo
Maria que dominū Jesum portasti creatorē mundi: ge-
nuisti qui te fecit: ꝛ in eternū p̄manes virgo: put canit ec-
clesia in spūsancto. Benedicta filia que a me in vtero ma-
terno extitisti sanctificata ꝛ in filij dei ꝯceptiōe obūbrata
virtutibus et donis supplena vt de plenitudine tua reui-
uiscat om̄is creatura. Ecce ergo tibi donatū est vt sicut
in terris requieui in te omnis gr̄e plenitudine: sic nunc in
celis inhabitem te omi plenitudine glorie. Tu itaq̧ ma-
ter gr̄e: tu mater miscdie: tu mater venie: te implenit de⁹
omniū bonoꝝ plenitudine: vt siquid spei: siquid gr̄e: siq̇d
salutis mundo p̄uenerit: nouerit redundari ex te: vt etiā
ait Bern̄. Uere tota pulchra es amica mea ꝛ macula non
est in te. Nūc igit̄ iocundare ꝛ deum vnū in sancta trini-
tate contemplare regnans cum dulci filio tuo sine fine.

Cōtēplatio q̄lit̄ btā virgo i thronū glorie sit inthrōizata a trinitate.

¶ Tunc ait Maria. Magnificat anima mea dominū: et
exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respe-
xit humilitatē ancil. ꝛc̄. Luce. j. Et iterū benedicens do-
minū ait. Benedicā dominū in omi tempore: semp laus
eius in ore meo: sit nomen domini benedictū ex hoc nūc
et vsq̧ in seculū. ¶ Et ad beatos ait. Magnificate domi
nū mecū: ꝛ exaltemus nomen eius in idipsum. Congratu-
lamini mihi om̄es qui diligitis dn̄m: q꞉ cum essem paruu-
la placui altissimo: ꝛ de meis visceribus genui deū et ho-
minem: vt canit ecclesia. Morq̧ vt Apocal̄. iiij. in figura
scribit̄: om̄es sancti miserūt coronas suas ante thronum
dei. id est. coram beata ꝟgine: in qua throno christus dei
filius requieuit ipsam venerando. Et laudare ceperūt ac
benedicere deum dicentes. Dignus es domine deus acci-
pere gloriā et honorē ꝛ virtutē. scz ex virgine matre: qm̄
occisus es et redemisti nos deo nostro in sangine tuo. scz
quē ex virgine assumpsisti. Et iterū eiusdem. xix. Gaude-
mus ꝛ exultemus ꝛ demus gloriā deo: quia venerūt nu-
ptie agni ꝛc̄. i. gaudiū p̄ gloria christi ꝛ matris eius. Be-
nedictio igit̄ ꝛ claritas ꝛ gr̄arūactio: honor: virtus ꝛ for-
titudo deo nostro in secula seculoꝝ Amen. ¶ Ad virgi-
nē quoq̧. Felix nāq̧ es sacra virgo Maria et omi laude
dignissima: q꞉ ex te ortus est sol iusticie christus deus nr̄.
Et illud Judith. xv. Tu gloria hierl̄m: tu honorificētia
populi nostri: tu leticia israel: eo ꝙ castitatē amaueris: et
ideo eris bn̄dicta ineternū. Sicq̧ virgo btā in celū gau-
diose inthronizata laudat̄ ab oībus sanctis ꝛ angelis: et
benedicit̄ deus in ipsa ac per ipsam p̄enniter. Et nos er-
go charissimi vt gr̄am p eius merita p̄mereamur ac glo-
riam: ipsam laudemus ei supplicemus: et eius patrocinia
flagitemus orantes sicut ꝛ ecclesia solet ipsam inuocare:
dicēs. Salue regina miscdie: vita: dulcedo: ꝛ spes nostra
salue: ad te clamamus exules filij Eue: ad te suspiramus
gemētes ꝛ flētes in hac lachrymarū valle. Eia ergo ad-
uocata nr̄a illos tuos misericordes oculos ad nos con-
uerte. Et Jesum benedictū fructū ventris tui nobis post
hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis Ma-
ria Amen.

¶ Incipit liber vndecimus de maxima dignitate ꝛ priui-
legijs Marie.

Liber vndecim⁹ agit de my-
sterio priuilegioꝝ magnoꝝ et multipliciū ipsi⁹
beate virginis atq̧ eius p̄cellentissime dignita-
tis. Et habet duas partes. In prima parte agit̄ de qui-
busdam eius magnalibus ꝛ priuilegijs dignissimis. In se
cunda parte de alijs eius duodecim gratijs ꝛ excellētijs.
¶ Pars. j. de magnalibus et priuilegijs dignissimis que
omipotens deus fecit beate Marie virgini.

Fecit mihi dominus magna
qui potens est ꝛ sanctū nomen eius. Luc. j. ca.
Quibus in verbis ip̄a gloriosa dei genitrix vir
go gloriat̄ et gratias deo agit de magnis priuilegijs et
sanctissimis donis quibus eam super omnē creaturā p̄tu-
lit post christū. Unde ait. Fecit mihi domin⁹ magna qui
potens est. q. d. Per suam inquit potentiā infinitā fecit
dominus in me magnalia p̄maxima ꝛ iuscrutabilia. Reue-
ra vt ait Ans. de cōcep. virgi. ca. xviij. Nil Marie excellē
tius dari potuit: nil maius in mundo fieri valuit q̄ ꝙ ip̄a
virgo manens deum de sua carne carnem factū genera-
ret. Et Bern̄. in ser. de gaudijs Marie. Multa ait magna
fecit deus in creaturis mundi: nihil tamē tam excellens et
tāmagnū opus digitoꝝ dei factū est sicut in virgine Ma
ria quā sol ꝛ luna ꝛ om̄is creatura mirant̄ ꝙ cum quē celi
capere non poterant: ipsa in vtero capiat. Quāq̄ autem
multa et ineffabilia sint magnalia que deus fecit virgini
supbenedicte: tamē iuxta figurā Apocalip̄. xij. vbi scribit̄:
ꝙ ipsa mulier amicta sole claritatis diuine habet coronā
duodecim stellarū in capite: possumus describere duode-
cim magnalia siue priuilegia dignissima q̄ fecit oīpotēs
deus in ipsa virgine Maria tanq̧ stellas. xij. relucētes in
eius gloria: sub quibus comp̄hendimt̄: ꝛ multa alia virgi
nis priuilegia. Dicat ergo digne et merito gloriosissima
hec virgo. Fecit mihi dn̄s magna.

De magnalibus ꝛ priuilegijs dignissimis btē ꝟginis p. xij. stellas relucentibus.

¶ Primo quidem in eternali preelectione.
¶ Secundo in singulari sanctificatione.
¶ Tertio in naturali perfectione.
¶ Quarto in incõtaminabili purificatione.
¶ Quinto in virginali fecundatione.
¶ Sexto in diuinali inhabitatione.
¶ Septimo in mentali illustratione.
¶ Octauo in maternali dignificatione.
¶ Nono in huius mundi saluatione.
¶ Decimo in om̄is doni exuberatione.
¶ Undecimo in supeminenti exaltatione.
¶ Duodecimo in vniuersali veneratione.

Iuxta hec igit̃.xij.stellas describemus; quas in tribus q̃ternarijs potes ordinare ſm seriem p̃scriptã distinguendo p quaternariũ vel aliter vt placuerit.

¶ Capitulũ primũ de priuilegio et̃nalis p̃electiõis Marie in qua fecit sibi deus maxima.

Prima stella eternalis preelectio.

PRima stella dignitatis ⁊ magnificentie beate virginis dicit̃ eternalis preelectio. Ipsaz em̄ deus ab eterno p̃elegit supra oẽm creaturã vt esset excellentior gr̃a et gl̃ia atq3 mr̃ dei dignissima: sicut de ea canit ecclesia. Elegit inquit eã de⁹ et preelegit eam: in tabernaculo suo habitare facit eam. Propterea in huius signũ in psona eius dicit Ps̃. In capite libri scriptũ est de me vt faciam voluntatẽ tuã deus meus. Notandũ aũt q triplex liber distinguit̃: ⁊ in quolibet eoꝝ de ipsa beatissima Maria in capite.i.in principio scriptũ esse inuenit̃: vt patet ɔsideranti.

Liber vite.

¶ Primus dicit̃ liber vite: hic liber non est aliud q̃3 mens diuina: in q̃ sunt scripta om̄ia que sunt: erunt ⁊ fuerunt. Ista aũt scriptura est noticia dei que est omniũ rerum: nõ solum factarũ; sed etiã fiendarũ: ⁊ eoꝝ que possibilia sunt fore et que nunq̃3 erũt vel impossibilia sunt. In hoc libro scripta sunt noĩa electoꝝ: iuxta illud Philip̃.iiij. Quorũ noĩa scripta sunt in libro vite. Propter qd̃ saluator Luce.x.ait discipulis. Gaudete ⁊ exultate: qr noĩa vr̃a scripta sunt in celis. Unde Gratiañ. de pe.di.iiij.dicit q ſm p̃scientiã diuinã scribi in libro vite est aliquẽ p̃ordinari ad vitã.scz gr̃e ⁊ gl̃ie: qd̃ ab eterno ordinatũ est. De hoc vero libro deleti sunt et delent̃ nomina reproboꝝ: iuxta illud Ps̃. Deleant̃ de libro viuentiũ ⁊ cum iustis non scribant̃. Et Exod̃.xxxij. dixit Moyses ad dñm. Aut dimitte pp̃lo huic hanc noxã aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. q.d. Quia scio q me nõ delebis: ideo parce populo huic. Cui respondit dñs. Qui peccauerit mihi delebo cum de libro meo. ¶ In hoc libro nõ est prioritas tp̃is: vt scz mẽs diuina prius vnũ cognoscat q̃3 alterũ: sed est prioritas dignitatis: vt dicat̃ prius scriptũ: qd̃ nobili⁹ ⁊ p̃fectius fiendum est dispositũ: ⁊ hoc modo dicit beata virgo Maria. In capite libri.scz vite scriptũ est de me: que p̃ ceteris est electa et p̃electa tanq̃3 sanctior vniuersis etiã angelis: vt faceret volũtatẽ dei in cunctis: vt esset gr̃a ⁊ gl̃ia excellentior om̄i creatura.

Scd's liber legis scripte

¶ Secũdus dicitur liber legis scripte siue date qui cõtinet libros Moysi quinq3 legales necnõ historiales: sapiẽtiales ⁊ pp̃hetales alios quoq3 vete.testa. vt patet in biblia. Licet aũt totũ vetus testamentũ p om̄es libros tam legis q̃3 pp̃hetarũ atq3 historiarũ plenum sit mysterijs ⁊ pp̃hetijs de beata Maria: tñ in capite hui⁹ libri: quia in primo capitulo Geñ. plurimas per figuras scribit̃ de ipsa beata virgine. Propterea btã virgo dicere potest ĩ capite libri.scz vete.testa. scriptũ est de me. ¶ Primo quidẽ in ipso initio libri cum dicit̃. In principio deus creauit celum et terram: in principio.i.in filio p quẽ fecit ⁊ secula: teste ap̃lo quẽ filiũ de⁹ pater dedit virgini bñdicte vt idẽ ⁊ vnus esset dei ac ꝟginis filius. Creauit inquit deus celum ⁊ terrã ſm Alber. magnũ sup Missus est.c.clxvij. per hoc btã ꝟgo figurata extitit: que celũ et terra fuit: qr celestẽ simul ⁊ terrestrẽ vitam duxit: hoc est angelicã et humanã cõuersationẽ habuit. Celum fuit beata virgo altissima dignitate Terra infima humilitate Celum fuit purissima virginitate: terra fecunda maternitate: qr virgo simul ⁊ mater fuit. Et sicut in principio creationis rerum primo creata sunt celũ et terra: ita in principio recreationis ⁊ redẽptiõis creata est virgo. ¶ Deniq3 deus decreuerat per singula opera sex dierum de quibus agitur in primo ca.li.vete.testa. honorare ipsam virginẽ benedictã prefigurãdo in singulis: vt ostẽdit Alber. vbi supra. ¶ Nimirũ ipsa die prima fecit deus lucem de qua postea factus est sol ſm quosdam: vt dicit magr̃ in.ij.sententiarũ in quo p̃figuratũ est q sol iusticie christus deus noster nasciturus est de lucidissima maris stella Maria. ¶ Secũda die fecit deus firmamentũ in medio aquarũ. Hoc firmamentũ qd̃ habet fixas stellas in sui ornamentũ beata virgo est que habet coronã duodecim stellarũ. id est. gloriã omniũ sanctoꝝ. Uñ ipsa fuit in medio aquarum. Aque em̄ multe populus multus. Apocal̃. xvij. qr ipsa est mediatrix: ⁊ fuit ipsa media ĩter aquas que sub celo sunt. id est. sanctos homines vie. ⁊ inter aquas que sup celos sunt. id est. angelos ⁊ sanctos patrie: quia erat ipsa omniũ sanctoꝝ gloriã habens ⁊ plenitudinẽ gratie supra cõmunẽ statum vie ⁊ infra statum patrie dum erat in vita hac: cõmunicans cum vtrisq3: cum inferiorib⁹ merẽdi cõditionẽ: cum superioribus virtutũ perfectionẽ. Proinde Eccl̃i.xliij. Species celi. id est beate virginis gloria stellarum. id est sanctorum. ¶ Tertia die congregauit deus aquas que erant sub firmamento in vnũ locum congregationẽq3 aquaꝝ vocauit Maria: in quo figurauit q cõgregatio omniũ gratiarũ in virgine benedicta nominanda esset hoc nomĩe Maria. ¶ Quarta die fecit deus duo luminaria magna. scz solem ⁊ lunam: sol christũ: luna beatã virginem figurauit. ¶ Quinta die deus fecit pisces et aues ⁊ eis benedixit: quia p benedictionẽ Marie virginis reuiuiscit om̄is creatura: vt dicit Anselm⁹. lib. orationũ. ¶ Sexta die format⁹ est homo ⁊ positus in paradiso voluptatis quia christus homo fact⁹ est die sexto: ⁊ in sexta etate mundi positus a deo patre in virginei corporis paradiso: in quo fuerunt delitie diuine dulcedinis ⁊ amoris. ¶ Deniq3 die septimo, id est sabbato q̃euit deus ab operibus suis: qr tunc christus quieuit in sepulchro ⁊ tunc fides quieuit in virgine bñdicta. Ideo bene dicit̃: ⁊ sanctificauit deus diem septimã. scz statuendo eam in veneratione haberi a fidelibus in honorẽ virginis: non quidem abstinendo ab operibus manualibus ne videamur iudeizare. de conse. dist. iij. ɔuenit: sed ieiunando: orando: frequentius ⁊ elemosynã dando ⁊c̃. Ecce claret qr in capite libri. scz veteris testamẽti scriptũ est de virgine.

Tertius liber gratie.

¶ Tertius dicitur liber gratie: qui cõtinet om̄es libros noui testamenti: incipiens ab euangelio Matth. In principio libri gr̃e scriptũ est de virgine: qr in principio libri Matthei. scz Liber generationis Jesu christi filij David ⁊c̃. Et in fine huius euangelij eodẽ primo cap̃lo scribit̃. Iacob aũt genit Joseph virũ Marie: de q̃ nat⁹ est Jesus q̃ vocat̃ christus. Ibi ergo. scz in capite libri gr̃e scriptũ est de Maria vt facerem voluntatẽ domini in sumendo spõsum: in cõsentiendo ad concipiendũ christũ: ⁊ fidem dando angelo. Unde claret ex p̃missis maxima ꝟginis excellentia ⁊ dignitas: qr ab eterno deus eam p̃elegit: ⁊ p totũ vetus testamentũ p ora omniũ pp̃hetarũ ⁊ sanctoꝝ cõmendauit atq3 in nouo testamẽto in ipsa om̄ia deus magnalia que decreuerat ab eterno adimpleuit: ⁊ toti mundo salutem ex ipsa ɔuenisse per euangelistas ⁊ alios sanctos noui testamenti describi voluit. Uñ venerabilis Beda super illud Luc.xj. Beati qui audiunt verbũ dei: dicit. Beate virginis excellentia cõmendat̃ cum scz dicit̃. Beatus venter qui te christũ portauit ⁊ vbera que suxisti. Et merito: qr in speculationis custodia dño ipsa famulabat̃ adeo q ipsius humilitati et sanctitati nullus sanctoꝝ cõparat̃. Sed et tota sanctoꝝ beatitudo ex gloriose virginis vtero ɔcessit. O veneranda dña electa ⁊ p̃electa que mater est et virgo esse non desinit. O admirãda puella q̃ saluo virginitatis pudore suũ genuit genitorẽ. O felix ancilla que creatorẽ ⁊ gubernatorẽ genuit vniuersoꝝ ⁊ virgo ꝑmansit in eternũ. O benedicta mater que inferni vastatorẽ: celi reparatorẽ: nostrũ saluatorẽ: mundi redemptorem: deũ om̄ipotentẽ: dominũ celi ⁊ terre ⁊ om̄ia cõtinentẽ suo protulit ex vtero: angeloꝝ leticiam: hominũ vitam: celoꝝ gloriã. Hec ille. Itaq3 summa magnalia et priuilegia permaxima deus fecit in Maria pro ista stella vicz in electione eterna. ¶ Primo qr eam elegit singulas.

riter super oĩes non tm̃ humanas: sed angelicas creaturas. ¶ Secũdo quia ipsam elegit ad talem ⁊ tantã grãm et gloriã qualẽ ⁊ quantã nulla creatura deo non vnita capere potuit nisi ipsa virgo mater dei. ¶ Tertio q2 ipsam elegit ad tantã grãm ⁊ gloriã ꝙ oĩes generales ⁊ speciales grãs omniũ creaturarũ ac glorie plenitudines ĩ summo habuit: ⁊ insuꝑ ipsam grãm et gloriã increatã totã in se cõtinuit. ¶ Quarto quia deus ipsam elegit ⁊ preordinauit ad tãmagnas excellentias ꝙ eam maiorem facere non potuit potentia ordinata: vt patuit li. v. parte. iij. arti. v. Unde ꝓpter p̃missa merito beata virgo ꝑ arcã testamenti est p̃figurata. In qua inclusa erant legis mandata quia in ea due tabule in quibus decem p̃cepta erant: digito dei ꝯtinebant. Sic in Maria p̃ceptoꝝ obseruãtia erat quã dextre dei digitus. id est. spũssanctus oĩ grã decorauerat. Arca etiã librũ legis cõtinebat: ⁊ Maria conseruabat in scrinio pectoris sui oĩa verba sancti euangelij ꝯferens cũ oĩbus scriptꝭ legis diuĩe et ꝓphetarũ que oĩa sciebat. In arca erat virga Aaron que floruit: ⁊ vrna aurea cum manna celi. Et Maria floruit virginitate et fructum benedictũ ꝓtulit. id est. christũ: que celi mãna verũ in vtero mundissimo portauit. Arca erat de ligno sethim imputribili facta: ⁊ Maria in putredinẽ non est redacta. Arca duos vectes quibus portabat ⁊ quattuor circulos aureos in lateribus habebat. Sic in Maria duplex charitas et quattuor virtutes cardinales erant. Arca tam intrinsecus q̃ foris deaurata erat. Maria intus. id est. in anima: et foris. id est. in corꝑe gratia resplendebat. Fecit ei ergo dominus magna.

Scd̃a stella singlarĩ sctificatio.

¶ Capitulum. ij. ꝙ deus fecit magna in Marie singulari sanctificatione.

SEcunda stella dicitur singularis sanctificatio: qd̃ fuit magnũ priuilegiũ. Nimirũ ꝭm docto. theol. ipsa virgo quattuor vicibus sanctificata fuisse edocet a deo. ¶ Primo quidẽ in materno vtero. ¶ Secũdo deus eam sanctificauit qñ spũssanctus eam obũbrauit ⁊ filiũ dei cõcepit. ¶ Tertio quãdo eam deus inhabitauit mensibus nouem christum portando in vtero. ¶ Quarto quãdo eam deus in celũ assumpsit. Unde ps. Sanctificauit dñs tabernaculũ suũ. In singulis autẽ ⁊ oĩbus his sanctificatiõibus deus fecit ei magna ⁊ ꝑmaxima priuilegia: ꝭm ꝙ tenent docto. suꝑ

Primũ

iij. sentiarũ dist. iij. ¶ Primũ fuit priuilegiũ maximũ qd̃ in prima sanctificatione ꝑ grãm specialissimã fuit p̃seruata a peccato originali: vt tenent nostri docto. Licet alij dicant ipsam a peccato originali fuisse purgatã in prima sanctificatione: tamẽ eccl̃ia istud pie credit cum nr̃is doctoribus ꝙ p̃seruata est ab originali culpa: vt merito de ipsa dici possit illud Cant. iiij. Tota pulchra es amica et macula nõ est in te. Et de hoc latissime patuit li. iiij. ꝑ to-

Secundũ

tum. ¶ Item in ista prima sanctificatione datũ est virgini secũdũ et maximũ priuilegiũ: q2 infusa est sibi grã p̃seruatiua deinceps ab oĩ peccato actuali: nõ solũ mortali sed etiam veniali. Alijs ꝟo sanctificatis in vtero confert grã per quã p̃seruarent a mortali: licet non a veniali: sed ipsi virgini bñdicte collatũ est ꝙ nec venialiter vnq̃ peccaret. Unde Bern. ad canonicos Lugdu. ait. Puto ꝙ copiosior grã sanctificatiõis in ipsam descendit: que nõ solum ipsius ortum sanctificauit: sed etiã eam ab oĩ peccato deinceps immunẽ custodiuit. Hec ille. Nam ista grã ꝯtunc in virgine aut subtraxit oĩno aut restrinxit fomitẽ

Tertiũ

ꝙ nõ posset in aliqd̃ peccatũ ducere: aut a bono retrahere: vt tenẽt docto. suꝑ. iij. distin. qua supra. ¶ Tertiũ priuilegiũ in ista prima sanctificatione maximũ fuit: q2 vicz beata virgo impleta est dono spirituali ⁊ perfecto: nõ solum respectu sui: sed etiã respectu alioꝝ. Qd̃ sic patz: Nã post eius sanctificationẽ in vtero sue matris in ipsa benedicta virgine fomes ꝭm nostros doctores tenẽtes Mariam fore conceptã sine macula originalis peccati nõ remansit formaliter sed tm̃ causaliter: vt patuit lib. viij. ꝑte. ij. arti. j. circa medium. Scd̃m autẽ alios qui scz tenent a peccato mundatã: licet remanserit ꝭm suam essentiam et nõ fuerit subtractus; tamẽ remansit impeditus ⁊ ligatus per grãm sanctificantem q̃tum ad duo. ¶ Primo ne fomes inclinaret ad quodcũq̃ peccatũ aut retraheret a bono: ergo ⁊c̃. Item qd̃ amplius est quia gratia sanctificationis non tm̃ illicitos motus repressit in se: sed etiam in alijs efficaciã habuit vt nunq̃ ab aliquo cõcupisci potuerit. Unde ꝓut seraphicus Bonauẽ' super. iij. dist. iij. ait: etiam infideles et iudei asserunt hoc mirũ fuisse in virgine Maria ꝙ cum esset pulcherrima corpore a nullo vnq̃ viro potuit concupisci. Unde has speciales p̃rogatiuas habuit sanctificatio beate virginis pre oĩbus sanctificatis in vtero vel in baptismo. Tum quia eorum sanctificatio nõ comprimebat in eis oĩes motus illicitos. Tũ quia eoꝝ sanctitas nõ extinguebat omnẽ motum corporalem vel concupiscentiã in alijs aspicientibus eos: imo plurime sancte virgines: vt Catharina: Margaretha ⁊c̃. concupite sunt: et quia nõ consenserũt martyrizate sunt. Sed in beata virgine gratia sanctificationis etiã in alijs oĩbus concupiscentie motũ extinguebat: ꝓut latius de hoc s̃. patuit li. v. ꝑte. ij. ar. ij. ca. iij. vbi ⁊ rões notant:

Fomes liga ligatus.

¶ Deniq̃ in secũda sanctificatione: quãdo scz christũ cõcepit beata virgo habuit super premissa quartũ maximũ priuilegiũ. scz ꝙ fuit confirmata in bono supernaturali ⁊ certificata de beatitudine ꝑenni: qd̃ nemini viatori est datum. Adeo eñ spũssanctus in eam suꝑuenit: ꝙ fomitẽ in ea oĩno extinxit ⁊ inclinationẽ eius abstulit: atq̃ oẽm potentiã peccandi remouit: et liberũ arbitriũ eius cõfirmauit in bono: vt in contrariũ. scz mortale vel veniale peccatum de cetero flecti esset impossibile: q̃uis ipsa beata virgo remaneret in statu vie. Unde ait angelus eidẽ dicens. Luce. j. Spiritussanctus suꝑueniet in te: id est. suꝑabundabit: et virtus altissimi ⁊c̃. Ceterũ in tertia sanctificatione. scz in filij dei inhabitatione super p̃dicta: vt dicit Petrus de aureo. in suo cõpendio habuit hoc.

In scd̃a sanctificatione. Quartũ

¶ Quintum priuilegiũ maximũ: ꝙ tota fuit dedicata ad diuina: tota diuino lumine plena: adeo ꝙ non solum mens: sed etiam corpus eius diuinitatis luce resplẽduit: quia illum portauit in vtero qui est splendor paterne glorie. Unde Ezechiel. xliiij. Ecce gloria dei israel ingrediet per portam orientalẽ. id est. beatã virginem: et terra. id est. caro beate virginis splẽdebat a maiestate eius. scilicet christi. ¶ Preterea in quarta significatione vicz in assumptiõe.

Quintũ

¶ Sextum priuilegiũ maximũ habuit ꝙ ab oĩ miseria mentis ⁊ corporis est exempta: et in oĩs boni fruitione in gloria consummata vltimo fini. id est. deo coniuncta. Hec oĩa doctores cõmuniter dicunt super sententiarũ lib. quo supra. Hoc tamen hic ⁊ in similibus obserua ꝙ videlicet nostri doctores qui tenent Mariam fuisse conceptam sine peccato originali aliter sentiunt de fomite: ꝙ scz in Maria non fuerit nisi causaliter ꝭm legem propagantium ⁊c̃. Ecce quia deus fecit Marie magna.

Sextum

¶ Capituluum. iij. de priuilegio naturalis perfectionis in qua fecit deus magna Marie.

TErtia stella dicitur naturalis perfectio: in qua fecit deus Marie maxima priuilegia et plura. ¶ Primo: quia eam fecit tam in anima q̃ in corpore dignissimã: vt scz foret aptissimũ habitaculum tanti regis altissimi. Unde canit ecclesia. Oĩpotẽs sempiterne deus q̀ gl̃iose virginis mr̃is Marie corpus et animã vt dignũ filij tui habitaculum efficeretur cooꝑante spiritusancto preparasti ⁊c̃. Miro ergo modo eam spũssanctus dotauerat in naturali perfectione tam quo ad animã q̃ quo ad corpus vt esset pre oĩbus etiam angelicis creaturis dignissima ad hospitandũ in se summũ regem glorie tanq̃ vera mater eum concipiendo et pariẽdo. Sed hic questio mouetur. Quotto anno etatis sue beata virgo christum apta fuit suscipere in vterum vt eum conceperit? ¶ Ad hoc aliqui dicunt ꝙ post. xviij. annos: quia tunc mulieres vel puelle sunt perfectioris etatis ad perfectiorẽ prolem gignendam: qualis fuit christus. Sed istud in ea nõ habet locum: nec impediuit conceptionis perfectionẽ: quia spũssanctus ei tribuit perfectissimũ adiutoriũ et plenam perfectionẽ nature ad concipiendum christum virtute spiritussancti.

Tertia stella naturalis perfectio.

Maria creditur cōcepisse anno .xij.

¶ Respōdet ergo sicut pie creditur q̄ beata virgo habuit duodecim annos vel modico plus quādo christū ꝯcepit. Et hoc sic probat: quia christus ex summe charitatis fonte festinauit tā cito pro nostre salutis operatiōe sicut potuit ad virginis optatum habitaculū. Juxta illud Psal. Exultauit vt gigas ad currendū viā: a summo celi egressio ꝛc. Sed etas in qua mulieres possunt vel solent generare est cōmuniter a duodecim annis completis vsq̄ ad xliii. annum: ergo duodecimo anno christum concepit.

¶ Confirmat. quia christus post suum ortum ad mortē festinabat quantū poterat: iuxta illud Luce. xij. Baptismo habeo baptizari. i. sanguinis effusione: ꝛ coartor donec perficiam: ergo nec minus festinauit ad incarnationē que nō minus sacramentū erat dignū. Item quia virgines que in templo erant. mox vt ad annos nubiles perueniebant dabant ad desponsationē: sed annus nubilis despōsationisq̄ est annus duodecimus in quo potest puella concipere: videlicet extra de despōsatione impuberū c. puberes: et. c. Continebat. Pie ergo creditur q̄ duodecimo anno completo sit despōsata et christum tūc cōcepit.

Tēpus generatōis ſm cursuz cōem

Hoc supposito sequunt alique cōclusiones. ¶ Prima: q̄ mater dei habuit. xxv. ānos qn̄ chr̄m amisit et in templo repperit: q2 tūc christ9 habuit. xij. ānos. ¶ Scd̄a q̄. xlij. annos habuit qn̄ chr̄s denuo p̄dicare cepit post suū baptismū ꝛ primū miraculū aquā in vinū ꝯuertēdo fecit: q2 tūc christus habuit. xxx. ānos. Luce. iij. ¶ Tertia q̄ ip̄a habuit. xlvj. ānos qn̄ christus mortuus est: quia christus dn̄s triēnio docuit. ¶ Quarta q̄ ipsa. lviij. cōpletos annos habuit qn̄ assumpta fuit. Nam. xij. ānis creditur cōius suprauixisse post passionē. ¶ Scd̄o deus fecit magna Marie in naturali p̄fectiōe: q2 eam fecit in cōplexiōe naturali sanissimā ꝛ purissimā. Fuit eñ pre alijs optime sanguinee cōplexiōis vt creditur. Nec mirū q2 de eius purissimo sanguine debebat formari caro chr̄i sanctissima: ꝛ fuit purissime nature et tēperatissime vite vt nunq̄ aliquā egritudinem passa sit. Sicut eñ notāt doctores super. iij. dist. iij. ipsa ab initio cōceptionis vsq̄quo vixit semꝑ in puritate nature p̄stitit donec naturali morte vicz dulcissima extincta fuit sine dolore ꝛ sine omi infirmitate: ꝛ sine omi macula in oīm virtutū plenitudine vixit vt videretur appropinquasse summe ad statū innocentie ipsius Ade. ¶ Tertio deus fecit magna Marie in naturali p̄fectiōe: q2 eā super omia indiuidua humani generis fecit nobilissimā et pulcherrimā. Nā vt ait phūs. ij. Phisic. Natura est vis insita reb9 silia ex silibus ꝓcreās. Nisi ergo natura erret vel impediat: filius erit silis p̄ri vl̄ m̄ri. Sed filius bt̄e virginis fuit nobilissim9 ꝛ speciosissimus p̄ filijs hominū dicēte ps̄. ergo et mr̄ eius: de hoc latius li. j. p̄te. ij. ¶ Quarto fecit deus magna in gr̄e p̄fectiōe Marie: q2 oībus gratijs nō solū gratuitis: sed etiā gratis datis in oībus aīe sue potētijs ipsam impleuit: vt esset per omia gr̄a plena. Nimirū ei9 ingeniū: memoria: intellectus: et omes animi vires suꝑ omes alios hoīes viguerūt omi dono gr̄e plene: ꝛ ad virtutū exercitia: vicz humilitatē: castitatē: patiētiam: mititatē aliasq̄ omes virtutes naturaliter ꝛ singillatim inclinate. Jllud ḡ ap̄li. j. Cor. xij. de gratijs datis scriptū q̄d alijs sc̄tis diuisim esse donatū edocet: videlicz Alij inquit per sp̄m dat sermo sapiētie. Glo. in ꝯtemplatione eternoꝝ. Alij sermo scientie. scz humane: sicut sunt artes liberales. Alij fides in eodē sp̄ū. Alij gr̄a sanitatū. Glo. curādi infirmos. Alij operatio virtutū. glo. operatio miraculoꝝ. Alij prophetia. glo. p̄dicere futura. Alij discretio spirituū. glo. vt discernat quo sp̄ū fiant opera. Alij genera linguarū: alij interp̄tatio ſmonū. glo. expositio scripturarū. Et p̄terea illud Ephes. iiij. Alios q̄dez dedit ap̄los: alios euāgelistas: alios pastores: et quicq̄d est aliud gr̄e ꝛ donoꝝ: omia ī bt̄ā ꝟgine cōpletissime sunt perfecta: dicēte angelo Aue gr̄a plena ꝛc. adeo q̄ nulla ei defuerit gr̄a: q2 vt dicit Damasce. Jpsa a nullo illustriū vincit. Vinceret aūt si in aliquo dono esset diminuta ei9 dignitas excellentissima. Ecce q2 fecit dn̄s magna Marie in naturali perfectione.

¶ De priuilegio incontaminabilis puritatis in qua fecit deus magna Marie.

Capitulum. iiij.

Quarta stella dicitur incōtaminabilis purificationis.

Quarta stella dicitur incōtaminabilis purificatōis in q̄ deus fecit maxima Marie. ¶ Primo quidē q2 ip̄am sc̄tificauit et purificauit intantū vt nullam maculā siue originalis siue venialis siue mortalis culpe haberet. Nā ipsa virgo fuit ab oī culpa īmunis: vt testat Aug. li. de natura ꝛ gr̄a dicens. Si inq̄t omes sc̄tī interrogarent vtrū peccauerint: r̄nderēt. Si dixerimus q2 pct̄m nō habemus nosmetip̄os seducimus et veritas in nobis nō est. Excepta inquit hac sc̄tā virgine scz Maria de qua nullā prorsus cum de peccatis agit habere volo ꝓpter honorē dn̄i q̄stionē. Inde eñ scimus q̄ ei plus gr̄e sit collatū ad vincendū ex omi parte pct̄m: qm̄ concipere et parere meruit illū quē nullū cōstat habuisse pct̄m. Hec Aug. Vn̄ Bonauen̄. super. iij. dist. iij. dicit se audiuisse narrari q̄ ipsa cuidā p̄sone reuelauit q̄ nunq̄ reprehēdebat eam cor suum in omi vita sua.

¶ Secūdo maximū fecit deus: virginē benedictā purificando q2 eam fecit tāsanctā ꝛ in puritate sanctitatis ꝯfirmauit adeo q̄ nunq̄ peccare posset etiā in minimo: licet viatrix esset. Nimirū hoc priuilegiū scz īpossibilitas peccandi spectat ad statū cōprehēsorū siue patrie. Quia ergo bt̄ā virgo ex hoc q̄ filiū dei ꝯcepit nō est posita extra statum viatoris imo ipsa mori potuit ꝛ de facto mortua est. Et qm̄ vt dicit Aug. potētia moriendi cōsequit potētiam peccādi que codē passu currunt vt nō potius tollat potētia peccādi q̄ȝ potētia moriēdi. Mirū ergo videtur quō beata virgo nō potuit peccare ꝛ tn̄ potuit mori. Sed has difficulates soluit Bonauen̄. suꝑ. iij. distin. iij. q̄ vicz quantū est de lege cōmuni: impossibilitas peccandi spectat ad statum patrie. Sed nihil impedit quin de gratia speciali id quod alijs cōmuniter datur in patria cōcedat in via illi persone precipue que in terris degens regina erat eorum qui exultant in celis. Deniq̄ de potentia moriendi et potentia peccandi nō est simile in beata virgine pro eo q̄ nō fuit decens filium dei habere matrē immortalē cum ipse factus est mortalis: sed valde indecēs esset si haberet matrē peccatricē. Debuit ergo mater dei oīno immunis esse a peccato: et a potētia peccandi debuit esse aliena post filij cōceptionē: vt sicut impossibile erat matrem dei damnari: ita ꝛ impossibile foret labi. Et ratio q2 dignior fuit mater christi effecta q̄ȝ sit aliquis angelus in celo. Si ergo angeli in celo sunt cōfirmati in gratia: multomagis mater dei.

Potētia moriendi sequit potētiā peccandi.

¶ Sed diceres. Vn̄ hoc q̄ bt̄ā ꝟgo nunq̄ peccare potuit: cū in hac vita tēpestuosa fuerit: vbi tota hoīs vita tentatio est Job. vij. Militia est vita hominis suꝑ terrā. Potuit ḡ et virgo beata tentari saltē ab extrinseco occasione accepta ꝑ quinq̄ sensus vel a diabolo qui est mille artifex in tentando: qui etiā ip̄m christum nō fuit reueritus tētari? Respōdet ſm docto. cōmuniter q̄ beata virgo potuit quidē ab hoste vl̄ ab extrinseca occasione tentari foris: sed nunq̄ ab intra tentationis alicuius motus effectū vel incitamentū ipsa habuit. Et hoc erat ex tribus causis. ¶ Primo ex fomitis ligatione et extinctione cōcupiscentie que ad malū nō incitabat nec a bono retrahebat vt patuit s̄. Nam ꝯtingit aliq̄n habitū ligari ne in actū exeat per viciū sicut scientia ꝑ ebrietatē ligat vt dicit phūs. vij. Ethic. Aliq̄n ꝑ defectū naturalē vt in pueris ꝯcupiscētia ligata cernit. Multofortius per dei donū ligat fomes sicut in beata virgine fuit ligatus per diuinā gr̄am eius sensualitatē ab omi motu inordinato ꝓhibentē: vt dicit Tho. iij. scripto sentētiarū. dist. iij.

Questio

Maria potuit tentari ab extra.

¶ Secūdo igit hoc fuit ex operatiōe gr̄e q̄ in bonū eam ordinabat inflexibiliter ꝛ in deo iungit ꝯtemplādo quietabat mentē eius et tranq̄lla deuotiōe etiā in exteriorib9 actionib9 in ip̄o. scz deo suspēsaz manere faciebat vt tota in deo viuēt ꝛ tota deo plena nō nisi deū in sensib9 ꝛ actibus oīa in ip̄m debite ordinādo sentiret. ¶ Tertio ex cōseruatione diuine ꝓuidentie q̄ angelos custodes sibi taliter disposuerat vt eam custodirent ab omi nociua materia tentationis: quatenus diuina prouidentia intacta et immaculata custodiret ab omni offensa etiam cogitationum. Si eñ in primo statu hominem deus custodiuit ab omni nociuo: multofortius matrem suam. Magna ergo fecit deus in Maria ipsam purificando premissis modis.

¶ Tertio tamē super hec maximum fecit deus Marie in
eius puritate: quia ipam intantum puram fecit: vt maior
sub deo puritas intelligi nō possit: teste Anselmo de con-
ceptu ꝟgiali. Vñ ipaʒ purā fec̄ ds sup oēs nō solū hoīes
vel terrestres creaturas: sed etiā angelos celestes ⁊c̄.
¶ De priuilegio virginalis fecundatiōis: in qua fecit de⁹
maxima ipe beate Marie.   Capl̄m. v.

Quinta stel-la virginalis fecundatio

QUinta stella dicitur virgina-
lis fecundatio: in qua de⁹ fecit Marie magna
priuilegia. ¶ Primum: quia est de spūsancto
fecundata. ¶ Scdm: quia sine grauamine grauida: q̄uis
eñ mr̄es cetere in portando ꝓlem in vtero iam post pec
catum habent grauamen ⁊ laborem: vt dicit Thobie. iiij.
Beata tamen virgo nullam grauedinē sensit: ꝟm Alber.
super Missus est. Huius ratio prima: quia cōcepit ꝟm sta
tum innocentie: id est sine corrup tione ⁊ sine pctō miracu
lose. Unde sicut in illo statū innocentie non fuisset graua
men in matre portante fetuʒ: ita in beata virgine Maria:
quia corpus ꝓprium non grauat habentem: sicut nec fru
ctus vnitus arborem: sic naturaliter corpus christi ⁊ ma-
tris eius virginis quasi vnum naturaliter non grauabat
¶ Tertium priuilegium: quia extitit sine dolore puerpe-
ra. Dolor em̄ partus datus est matribus in penam post
peccatum concipiētibus cum libidine quod nō fuit in vir
gine. quia partus virginis fuit miraculosus sicut ⁊ conce-
ptus. Unde christus sine om̄i lesione exiuit de vtero ꝟgi-
nis saluo signaculo virginali: quod ꝓphetauit Ezechiel
de clausa porta. ⁊ Esa. vij. Ecce virgo concipiet ⁊ pariet fi
lium ⁊c̄. ¶ Quartum: quia ipa virgo mater lactauit filiū
vbere de celo pleno sicut canit eccl'ia. Nesciens inquit ma
ter virgo virum: peperit sine dolore saluatorem seculoꝝ.
Ipm regem angelorum sola virgo lactabat vbere de ce-
lo pleno. ¶ Quintum priuilegium. ꝙ ipa est virgo virgi
num: quia nec primam similem visa est: nec habere sequen
tem. ¶ Sextum: quia ipa est virgo ⁊ mater simul: ⁊ vtrū-
qʒ fuit summe meritorium. Eius em̄ perfectissima virgini-
tas fuit perfectissima integritas cordis ⁊ corporis: ex radi-
ce summe charitatis voto firmata. Unde dixit angelo.
Quomō fiet istud: qm̄ virum non cognosco. Luc̄. j. Exq̄
accipitur ꝟm Aug. ꝙ vouerat virum se non cognosciturā
Eius quoqʒ maternitas fuit sibi summe meritoria: q̄a de
congruo meruit merito fidei: spei ⁊ charitatis: atqʒ ꝓfun-
dissime humilitatis fieri mater dei. Ideo Lu. ij. ait. Re-
spexit hūilitatē ancille sue. Ecce q̄ʒ mag̃ fecit de⁹ Marie.
¶ De priuilegio diuinalis inhabitatiōis: in qua fecit de-
us magna Marie.   Capl̄m. vj.

Sexta stella diuinalis inhabitatio

SExta stella priuilegiorū dici-
tur diuinalis inhabitatio: quia de⁹ ipe tota ple
nitudine habitauit in virgine non vno die: sed
nouem mēsibus. Propter quod ipa beata virgo plurima
nomina dignitatis obtinuit: quia aliquando in scriptura
ipa denominat celum: iuxta illud ps̄. Domin⁹ in celo pa-
rauit sedem suam: ⁊ regnum ipius om̄ibus dominabitur.
Celū enim dicitur a celando: quia ibi celatur gloria dei. ⁊
sanctorum. Ita in beata virgine dei maiestas zelata fuit
nouem mensibus vbi parauit dominus sedem: id est hūa-
nitatem christi in qua requieuit ⁊ requiescit in eternū de⁹
homo factus. Aliquando denominatur ciuitas dei. Iu-
xta illud Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei et Ec-
clesiastici. xxiiij. ait diuina sapientia. In ciuitate sanctifi-
cata similiter requieui: id est in beata virgine. Nam sicut
ciuitas dicitur a ciuium vnitate: ita in beata virgine fuit
plenissima vnio omniū potentiarum anime in deum: nec
caro concupiscebat aduersus spiritū: Unde Odilio in ser
mone Pro certo scim⁹: ait: quia om̄is actio Marie inten-
ta semꝑ fuit in domino. Hec em̄ est ciuitas (in q̄ teste ps̄)
Magnus domin⁹ ⁊ laudabilis nimis. Deniqʒ ipa aliquan
do appellatur domus: templum ⁊ thalamus dei. Sicut ⁊
canit ecclesia. Domus pudici pectoris: templum repente
fit dei intacta nesciens virum: verbo concepit filium. Et
psal. Tanq̄ʒ sponsus: scilicet christus procedens de thala
mo: id est virgine. Aliquādo etiam denominat arca dei:
thronus ⁊ sedes dei. Sed his ⁊ alijs dignitatū eius nomi-
nibus (quia multe sunt) ob breuitatē pretermissis: ad ali-
as questiones vtiles conuertamur. ¶ Prima q̄stio. Utrꝫ
tāta ⁊ tali nobilitate: maiestate ⁊ ꝑfectiōe: ac dignitate fu-
erit de⁹ i bte ꝟgis vtero sicut fuit ab eterno ⁊ ē i celo: Ad
qd̄ rñdet breuit ꝑ ꝯclōnē istā: ꝙ diuia nobilitas i nll'o di-
minuta ē ex eo ꝙ hūanā naturā assūpsit i ꝟgis vtero. Uñ
Leo papa in sermone de circumcisione ait. In vtraqʒ na-
tura idem est dei filius nostra suscipiēs ⁊ propria nō amit
tens. Deitas etiam que illi cum patre cōmunis est nulluʒ
detrimentum omnipotētie subijt: nec dei formam forma
serui violauit: quia summa ⁊ sempiterna deitas nostrā qui
dem naturam assumendo nos in suam gloriam transtulit
sed quod erat esse non desijt. Hec ille: Unde tota trinitas
ita perfecte in beata virgine sicut in celo habitauit. Nam
christus dei filius pro tunc cum erat in vtero virginis ita
perfecte generabatur a deo patre sicut ab eterno erat ge
nitus tanq̄ʒ lumen de lumine: deus verus de deo vero.
¶ Item ita perfecte producebat: tunc in vtero virginis
spiritumsanctū: ⁊ glorificabat om̄es angelos ipius diui-
nitatem intuendo: ⁊ conseruabat totum mundum. ac di-
sponebat omnia que volebat in mundo: et sciebat omnia
que sunt: fuerunt: ⁊ erunt sicut in celo: et sic de alijs. ¶ Se
cunda questio. Utrum eque perfecto modo sit christus in
eucharistie sacramento: sicut fuit in virginis vtero: Pro
qua questione Nota ꝙ q̄uis idem corpus christi sit in sa
cramento quod fuit in virginis vtero: tamen differenter:
quia in sacramento est corpus glorificatum sub alijs spe-
ciebus velatum. In virgine autem fuit corpus mortale:
passibile: et cum proprijs qualitatibus sociatuʒ. ¶ Item
christus in instanti conceptionis fuit perfectus homo cū
omnibus conditionibus humanis: sed in eucharistia non
est cum conditionibus humanis. ¶ Respondetur ergo ꝙ
christus fuit in vtero virginis modo mirabiliori humili-
ationis q̄ʒ in sacramento. Sed in sacramento est modo
perfectiori dignitatis. Nam in sacramento est impassibi-
lis ⁊ immortalis. Sed valde fuit mirum: ꝙ deus in vtero
virginis ad tantum se humiliaret vt tam vilis: tam par-
uus et tam pauper appareret. Proinde Hiere. xxxj. No-
uum faciet dominus: femina circūdabit virum. Nouum:
id est admiratione dignum. ¶ Item deus in hostia cum
sit in pluribus locis simul magis appropinquat propie-
tati diuini esse: quia proprium dei est esse simul in plurib⁹
locis ⁊ vbiqʒ. Sed in vtero virginis rationem essendi vbi
qʒ non obtinuit christus: quia erat sic clausus: ꝙ non po-
terat esse eodem modo in alio vtero vel alibi: ergo mira-
biliori modo humilitatis fuit in vtero q̄ʒ in sacramento.
¶ Tertia questio. Utrum beata virgo perfectiori modo
et digniori suscepit christum in vtero q̄ʒ suscipiant fideles
communicando in sacramento. ¶ Respondetur ꝙ sic: et
declaratur rationibus. ¶ Primo: quia quanto quis est
magis dispositus per gratiam ad christum suscipiendum
tanto dignius illum suscipit. Sed beata virgo fuit predi
sposita per gratiam super omnes: ergo ⁊c̄. ¶ Secundo:
quia quantumcūqʒ quis digne communicet: non pōt eui-
tare veniale peccatum. Sed beata virgo nunq̄ʒ etiam ve
nialiter peccauit: igitur ⁊c̄. ¶ Tertio: quia alijs christum
in communione suscipientibus vnitur christus per gratiā
tm̄: sed beate virgini vnitus erat christus: non solum per
gratiam: sed etiam per carnis assumpte naturam. Uere
ergo gloriosissima est Maria virgo cui deus inhabitādo
fecit magna.

Questio: diuina nobilitas in nulla diminuta ꝑ assumptioñ. carnis

Scd̄a q̄stio. de sacr̄o eucharistie.

Tertia q̄stio

¶ Capl̄m. vij. de priuilegio mentalis illustratiōis in qua
fecit deus magna Marie.

Septia stella mentalis illustratio.


SEptima stella dicitur menta-
lis illustratio. in qua deus fecit Marie maxima
quia eius anime potentias miro lumine diuine
sapientie per omnia illustrauit ex verbo diuino in ei⁹ vte-
ro manente. ¶ Ubi nota plures veritates ꝟm doctores
precipue magistrum Ambrosium Taruisinū ordinis fra-
trum Carmelitarum in suis sermonibus positas. ¶ Pri-
ma veritas: ꝙ eternū verbū quod est summa sapiētia pa-
tris adeo aīam ꝟginis irradiauit vt naturā oēm ⁊ speciē
ac ꝓprietates ⁊ virtutes cunctorum elemētoꝝ ⁊ in eis ex
istentiū ꝑfectissime cognosceret. Unde omnē naturā ter-

Pria ꝟitas

re cognouit quō scꝫ fuerit ꝓducta: ⁊ quomō diuersaꝝ spe-
cierū encia sunt ⁊ ꝓducunt̃ in ea: et qualis sit eoꝝ natura
vt oīm herbarū: plantarū: radicū: fructtuū: floꝝ: et oīm
lapidū: gēmarū: cūctoꝝ metalloꝝ: auri: argenti: erꝭ plū-
bi. Et breuiter oīm terrenascētiū. ¶ Item cognouit ꝑfe-
ctissime naturā oīm aq̄rū maris: fluminū: fontiū: torren-
tiū: ⁊ oīm in eis pisciū ⁊ spēs eoꝝ: ⁊ oīm in aq̄ nascentiū ⁊
de ea viuentiū. ¶ Itē oēm aeris naturā ⁊ in eo existētiū:
auiū ⁊ similiū specierū ⁊ volatiliū cūctoꝝ: atq̄ oīm vēto-
rū ⁊ flatuū: ⁊ quā ꝟtutē hn̄t: ⁊ eoꝝ generationē ꝑfectissi-
me cognouit. ¶ Itē naturā ignis ⁊ eiꝰ sphere ⁊ eiꝰ ambi-
tū ⁊ ꝟtutē eiꝰ ⁊ subtilitatē. Et q̄cq̄d est in elemētis plenis-
Scd̃a ꝟitas — sime cognouit. ¶ Scd̃a ꝟitas. Idē ꝟbū eternū adeo in-
tellectū ꝟginis illuminauit: vt naturā cōditionē ⁊ nūerū
oīm aīarū: ⁊ oīm indiuiduoꝝ aīatoꝝ: ⁊ q̊t de hōibus viui
erāt: ⁊ q̊t mortui: q̊t saluati: ⁊ quot dānati ꝑfectissime co-
Tertia veritas — gnosceret. ¶ Tertia ꝟitas. Idē ꝟbū sic aīam ꝟginis illu
strauit: vt oēs artes ⁊ sciētias liberales ⁊ mechanicas ple
nissime sciret: vt patuit etiam libro. vij. de hoc latissime.
¶ Quarta ꝟitas. Idē ꝟbū sic ꝟginē illuminauit: vt na-
Quarta veritas — turā oīm celestiū spherarū ⁊ distantiā orbiū lune: mercu-
rij: veneris: solis: martis: iouis: saturni: ⁊ spissitudinē eaꝝ
⁊ influentiā ac ꝟtutē oīm stellarū firmamēti ⁊ celi crystal
Quinta ꝟitas — lini ⁊ empyrei ꝓpietates ꝑfectissime cog̊sceret. ¶ Quin-
ta ꝟitas. Idē ꝟbū ꝟginē illuminauit vt naturā: ꝟtutem:
nūerū: ⁊ distinctionē: officiaq̄ oīm angeloꝝ: ⁊ btōꝝ spiri-
tuum ordinū: seraphin: cherubin ⁊c̄. ꝑfecte cognouerit.
Sexta ꝟitas — ¶ Sexta. Idē ꝟbum sic ꝟginē illuminauit: vt ꝑfectissime
cognosceret sanctā trinitatem: scꝫ quō pater a se est: filiꝰ
quō a pr̄e generat̃: ⁊ spūssctūs ab vtroq̄ quomō ꝓcedit.
Septima ꝟitas — ¶ Septima. Idē ꝟbū sic ꝟginē illuminauit vt naturam:
nūerū: officia: penasq̄ oīm demonū: ⁊ q̊t aīe sunt in infer-
no: vel purgatorio: vel alibi: ⁊ q̄les penas patiant̃: ⁊ oīm
vicioꝝ grauitatē ⁊ debitā penā ꝑfecte cognosceret. Et vt
breuiter singula cōprehendā: oīm rerū tā supnoꝝ q̄ȝ infe
rioꝝ: tā exterioꝝ q̄ȝ interioꝝ ꝑfectam cognitionē hūane
nature possibilē hec ꝟgo a suo dilecto filio plenissime su-
scepit. ¶ He aūt ꝟitates ꝑsuadent̃ rōnibꝰ talibꝰ. ¶ Pri-
mo q̄dē: q̄r mr̄ dei omī gr̄a plena fuit: g̊ ei nullū bonū de-
fuit. Ceteris em̄ ꝑ ꝑtes Marie ꝟo se totā infudit gr̄e ple
nitudo: vt d̾t Hiero. de assum. Sꝫ q̄r oīs sciētia est de nu-
mero bonoꝝ honorabiliū: vt d̾r. j. de aīa: g̊ oēm sciētiam
habuit. ¶ Cōfirmat̃. q̄r oēs doctores ꝯcedūt: q̄ mox vt
virgo cepit esse mater dei: in eam oēs gr̄e possibiles hūa
ne creature cū benedicto verbo pariter descēderūt: iuxta
illud Sap̄. vij. Venerūt mihi oīa bona pariter cū illa: scꝫ
sapiētia dei pr̄is. Vn̄ intellectꝰ seraphin cognoscit natu-
rā sui ordinis: silr̄ ⁊ de alijs: etēm̄ singuli cognoscūt natu-
rā ꝓpriā: ⁊ ipi naturā celi ⁊ planetarū: stellarū: terrestriū-
q̄ȝ ⁊ aīaliū: aut oēs: aut aliqui. Quid g̊ obstat: q̄ btā ꝟgo
in lumine Iesu q̄ illuminat oēm hoīem veniente in hunc
mundū: vt scribit̃ Ioā. j. in ip̄o lumine in quo oīa relucēt
ip̄aꝫ plenissime inhabitāte: oīa cerneret ⁊ nosceret. Sicut
em̄ in lumine solis multa vident̃: q̄ sine minime viderent̃:
q̄r lumen vt d̾r. ij. de aīa. facit potētia colores actu colo-
res. i. actu visibiles: ita in luce diuina vidētur occulta no-
bis. Vn̄ Greg. Quid est q̄d nō videāt q̄ videntē omīa vi-
dent. ¶ Alia rō: q̄r si de qua minꝰ videt̃ inesse ⁊ inest: ⁊ de
quo magꝭ. ij. Thopi. Sed legimꝰ aliquos etiā infideles:
vt Aristotelē: ⁊ philosophos alios habuisse scientiā rerū
naturaliū ꝑ multarū. Aliq̊s aūt sctōs legimꝰ in infantia
mirabili lumine ꝑlustratos: vt Ioannē baptistā. Nicola-
um ⁊c̄. Alios quoq̄ futuroꝝ noticiā ꝑ visiones ⁊ reuela-
tiōes suscepisse: vt pꝫ de ꝓphetis: aliosue certificatos de
beatitudine ꝯsequenda. Quid g̊ mirū si btē ꝟgini que fuit
mater dei ⁊ dn̄a oīm sctōꝝ: ⁊ creaturaꝝ oīs gr̄a alijs per
partes ꝯcessa ipi plenissime ⁊ gl̄iose fuerit accommodata.
Patet g̊ quō fecit dn̄s Marie magna.

¶ Caplm̄. viij. de priuilegijs maternalis dignificationis
in qua fecit deus magna Marie.

Octaua stella maternal̃ dignificatio. — Octaua stella dicit̃ maternalis
dignificatio. Nā deꝰ beatā ꝟginē ꝓtulit digni-
tate maternitatꝭ tripl̃r. Vn̄ fecit ei maxīa ī hoc
priuilegia. ¶ Prio: q̄r fecit eā mr̄em dei q̄ maiꝰ esse nō pt


ꝫm Alber. sup Missus est: ⁊ alios ꝯcordit̃ doctores. Nam
aliq̄ sunt creature q̄ ꝓ ꝑcipuo habēt priuilegio: q̄ sūt ꝫui
dei dilecti: vt angeli. Aliqui ꝟo vt sint serui ⁊ amici dei: vt
sunt boni chr̄iani. iux̄ illud Ioā. xv. Iā nō dicā vos ꝫuos
sed amicos ⁊c̄. Et iterū. Vos amici mei estis: si feceritis q̄
ꝑcipio vobis. Et tales etiā dicunt̃ fratres dei ⁊ filij dei ꝑ
adoptiōis gr̄am Ioā. j. Quotq̊t aūt receperūt eū dedit
eis potestatē filios dei fieri ⁊c̄. Et cap̄. xx. Vade ⁊ dic fra-
tribꝰ meis. i. apl̃is ⁊ discipul̃. Sed horū oīm maximū est
esse mr̄em dei ꝫm naturā a deo assumptā. Vn̄ Ans. dicit.
Soluꝫ de sctā Maria ꝟgine ꝑdicare: q̄ dei mr̄ est excedit
oēm altitudinē q̄ post deū dici: vel cogitari pōt. Hec ille.
Ratio. q̄r esse mr̄em dei ꝫm naturā nō solū claudit in se eē
amicū vel amicā: filiū vel filiā dei: ⁊ silr̃ ꝑ gr̄aꝫ adoptiuā
eo q̄ nō alit̃ fieret mr̄ dei. Insup notat q̄ sit gēitrix ⁊ ori
go dei ꝫm eam naturā ꝫm quā deꝰ est natꝰ ex ea. i. ꝫm hu
manitatē. Frat̃ aūt vel filiꝰ dei: aut amicꝰ ⁊ talia: nō dicūt
originationē cōsil̃em. In cuiꝰ signū deꝰ ꝑcepit honorari
patrē ⁊ mr̄em p̄ alijs: scꝫ fratribꝰ ⁊ amicis: q̄r maiꝰ est esse
matrē p̄ alijs. Et hoc maxime est ꝯcessum btē ꝟgini ⁊ da-
tū: vt scꝫ sit mr̄ dei natural̃. ¶ Scd̃o in hac dignitate vl̃
ꝯplatiōe maternitatis fecit deꝰ maximū btē ꝟgini: q̄r eā fe
cit ⁊ voluit vt sit mr̄ oīm chr̄ianoꝝ in gr̄a existētiū: siue
totiꝰ eccl̃ie chr̄iane: vt latiꝰ patuit li. ix. ꝑ. ij. ar. ij. Prete- — Mat̃ syon
rea ps̄. ait. Mat̃ syon dicet hō: ⁊ hō natꝰ est ī ea: ⁊ ip̄e fun
dauit eā altissimꝰ. Scd̃m em̄ trāslationē. lxx. interp̄tum
quā sequit̃ btūs Augꝰ. sup psalterium: hec locutio est ob-
scura. Et pōt sic exponi. Homo dicet syon mat̃. Sꝫ vidē
dū est q̄s est iste hō q̄ dicit: ⁊ cui syon d̾r: ⁊ q̄ q̄ mr̄e d̾r. Est
aūt hō iste dn̄s Iesus deus ⁊ hō q̄ natꝰ est in ea mr̄e q̄ est
ꝟgo: ⁊ ciuitas dei d̾r: ⁊ ip̄e idē hō est altissimꝰ deꝰ q̄ funda — Questio.
uit eā ciuitatē. i. mr̄em suā in q̄ habitauit. Si q̄ris: cui syō — syon interp̄-
dicit: Rn̄det̃ q̄ syon spūali. i. eccl̃ie: Interp̄tat̃ em̄ syō spe — tatione
culatio. In eccl̃ia aūt speculamur deū ꝑ fidē. Quid autē
dicit iste hō Iesus syon. i. eccl̃ie: Rn̄det̃ illud: mat̃ scꝫ est
tibi: patrē habebas misericordiarū deū: accipe ⁊ mr̄em mi
sericordie reginā. Ecce mater tua o syon: o eccl̃ia: que est
mater mea natural̃: volo vt sit ⁊ tua mat̃ spūalis. Sed q̄r
iudeꝰ ꝑfidus nullo mō vult hoc credere: q̄ ipsa sit mr̄ dei
⁊ hōis: ⁊ ꝫm hoc d̾t trāslatio nostra q̄ fuit beati Hierony
mi. Nunq̄d syon dicet hō. i. nūquid ipi syon. i. iudeoꝝ sy-
nagoge: dicet hō quicūq̄ quantūcunq̄ singularis ꝑdica-
tor ⁊ doctor vt ad credendū possit inducere syon. i. syna-
gogam iudeoꝝ: cuius cultus erat in templo: q̄d quidē tē
plū erat ibi. i. in syon materiali. Nunquid dicet istam veri
tatē mirabilē: vt credat eam quā veritatē subdā. q. d. nō.
Nā neq̄ Petrus apl̃s: neq̄ Paulus: vel alij apl̃i: neq̄ ip̄e
chr̄s: q̄r ppl̃s iudeoꝝ nullo mō vult credere hāc veritatē
vicꝫ Homo christus natus est in ea ciuitate Dauid. id est
in beata virgine Maria. Et ip̄e qui natus est in ea christꝰ
est ille altissimus deꝰ qui fundauit ⁊ creauit eā. ꝓpt̃ quaꝫ — Maria vniuersalis mat̃
incredulitatem populus iudeoꝝ damnat̃. Est itaq̄ bea-
ta virgo mater omniū electorum. mater inquam spiritua
lis: quia ip̄a omēs genuit in esse spirituali: id est ī esse gra-
tie per filium. Et ideo ip̄a dicitur mater gratie ⁊ mat̃ mi
sericordie: vt canit eccl̃ia. Et sicut ip̄a peperit omēs ī ma
ximis doloribus compatiendo filio iuxta crucem. Vnde
Esa. vltimo ca. Parturiuit syon filios suos: id est btā vir
go que speculabatur mysteriū passionis christi. Syon em̄
speculatio interpretat̃: parturiuit summe compatiēdo in
doloribus filij: sic exponit Albertꝰ super Missus est. Om-
nes igitur christiani in q̄cunq̄ necessitate debent ad ip̄aꝫ
matrem recurrere que super omnes effectuosius salutem
et omne bonum populi christiani promouet. Nam q̄uis
amor patris ad filium sit solidior: amor tamen matrꝭ est
tenerior: vt patet nono Ethicoꝝ. Et ideo paruulus ma-
gis recurrit ad matrem ꝓ his que vult petere q̄ȝ ad pr̄em
quia experitur magis a matre obtinere. Sic nobis ꝓ gra-
tia ⁊ misericordia recurrendum est ad matrem misericor-
die in omni necessitate. Vnde Bernardus. In periculis:
in angustijs: inuoca Mariam ⁊c̄. ¶ Tertio in hac digni-
tate maternitatis deus fecit maximum Marie: quia eam
fecit matrem omnium beatorum celestium et angelorum
q̄r oēs ab ea acceperūt esse gl̃ie ⁊ beatitudinis celestis. q̄r
oēs nō tm̄ beati in celo: sꝫ ⁊ angeli nō nisi ꝑ cognitionē fi-

dei christi ⁊ eius mr̄is sūt gl'iam adepti: vt dʒ Bern̄. sup il
lud Jon. j. c. Propt̄ te orta est hec tempestas sicut patu-
it li. v. pte. j. ar. iij. ca. j. Et ideo Eccl'i. xxiiij. in psona btē
v̄ginis scribit̄. Ego feci vt orirer̄ in celis lumē indeficiēs:
scʒ gl'ie. Ecce ptʒ q̄r fecit dn̄s Marie mag̃ in mr̄na p̄latio
ne ⁊c̄. cū eā voluit vt oīm bonorū mater sit: sicut ⁊ Sap̄.
vij. scribit̄. Et oīs gr̄e ⁊ gl'ie non solum create: sed insup
ip̄ius increate: id est dei ⁊c̄.

¶ De priuilegio hoc q̄ mūdus saluatus est mediante be-
ata Maria matre dei: Capl'm nonū

Nona stella mūdi saluatio

Nona stella dʒ mūdi saluatio: q̄r mūdus p beatā virginē est recupatus a pdi
tione ⁊ saluat⁹: vn̄ ip̄a merito dicit̄ saluatrix se-
culi: sicut ⁊ chr̄s eius filius dʒ p̄cellentissime saluator mō̄i
¶ Et nota q̄ seculū siue mō̄s tot⁹ p̄cipue tripl'r siue trib⁹
modis est saluatus a pditione p beatā v̄ginē. Et s̄m hec
tria p̄cipua priuilegia data sūt in hoc a deo ip̄i btē v̄gini.
¶ Primo quidē: quia gr̄am pditam in mūdo ip̄a sola vir
go prima oīm īuenit ⁊ mundo recupauit: sine qua gratia
non pōt salus esse. Et idcirco angelus eidem ait Luce. j.
Ne timeas Maria inuenisti gr̄am apud deum: scʒ quā pri
mi parentes pdiderunt. Sed di. Tamen Adam gr̄am p-
ditam p peccatū recupauit p penitentiā: vt dʒ de penitē-
tia dist. j. sicut primi. Sil'r ⁊ sancti pr̄es in veteri testamē-
to: vt Abraā ⁊ Moyses legunt̄ apud deū gr̄am inuenisse.

Maria dʒ inuētrix gr̄e

Deniqʒ angeli prius q̄ btā v̄go in rē gr̄e venerūt. cū scʒ a
principio fuit eis collata gr̄a. ¶ Quō ḡ ip̄a btā v̄go dʒ p
prijssime inuētrix gr̄e? Rn̄det̄ s̄m Antho. in. iij. pte sūme:
q̄ Adam etsi p penitentiā recupauit pditā gr̄am: hoc tm̄
p se: nō p genere hūano toto: sic ⁊ Abraam ⁊ pr̄es veter̄
testa. Angeli aūt non dicunt̄ gr̄am inuenisse: q̄r non pdi-
tam gr̄am recupauerunt: sed a principio acceperunt col-
latā. Btā aūt Maria v̄go pditā a genere hūano gr̄aʒ in-
uenit ⁊ recupauit p oībus: q̄r p eam oēs gr̄aʒ salutificā re-
habuerunt virtualiter p filiū ip̄aʒ nobis afferentē. Unde
Aug. in ser: de natiuitate virginis dicit. O btā Maria q̇s
tibi digne iura gratiarū ⁊ laudū p̄conie valeat impēdē q̄
tuo singulari merito mūdo succurristi pdito ⁊c̄. ¶ Secū
do p virginē pdit⁹ mūdus est saluat⁹: q̄r totus mūdus in
tenebris errorꝫ positus: p virginē benedictā primo oīm
lumē salutifere fidei accepit: sine qua fide nō pōt esse sal⁹:
teste apl'o. Hebre. xj. Sine fide impossibile est placē deo.
Propt̄ q̄ btā virgo pprijssime dʒ illuminatrix seculi. Nā
⁊ Maria illuminatrix vno mō interp̄tatur s̄m Hierony.
⁊ declarat̄ sic. Nam p illam turbā Joannis bap. dicentē.
Ecce agnus dei ⁊c̄: Andreas credidit. p Andreā Petrus
credidit. p Petrū Roma: p romā credidit vniuersus mū-
d⁹: ḡ a prio ad vltimū p Joannē credidit vniuersus mū
dus. Sed dic mihi: a quo Joannes lumen accepit: nisi a

Tot⁹ mūd⁹ p virginē lumen fidei accepit

beata virgine: qn̄ solem chr̄m portando in ventre Eliza-
beth visitauit: ⁊ Joannem sanctificauit ⁊ illuminauit: ḡ to
tus mūdus p virginē lumen fidei accepit ⁊ salutē. ¶ Itē
mūdus totus idola adorās diuersa errabat: p apl'os au
tem ad verā fidem ꝯuersus est: sed apl'orum mgr̄a et do-
ctrix erat beata Maria: igitur ⁊c̄. Unde de ip̄a canit eccle
sia. Gaude Maria v̄go: cunctas hereses sola interemisti
in vniuerso mūdo: scʒ per p̄dicationē discipulorꝫ. Nec ob-
stat q̄ antea pr̄es vete. testa. habuerūt fidē salutiferā de
chr̄o: q̄r ⁊ hec eis data est in merito p̄uisa a deo ex futura

Femina

christi incarnatiōe de v̄gine. ¶ Tertio: quia p virginem ⁊
ip̄a mediāte mūdus redēptus ex damnatiōe extitit. vt si-
cut canit eccl'ia. Femina. i. Eua dānauit: ita femina. i. Ma
ria saluauit. Proinde s̄m Alber. sup Missus est. hoc priui
legiū magnū soli attribuit̄ Marie: q̄r ip̄a est adiutrix redē
ptionis hūane ⁊ mediatrix. Tū q̄r chr̄s s̄m diuinitatē so
lā pati non potuit vt sic redimeret̄ hō: sed in carne de vir
gine sumpta passus est. Ip̄a ḡ v̄go btā ptulit p̄ciū nr̄e re-
dēptiōis. i. carnē chr̄i afflictā: ⁊ sanguinē effusum p nobis
Tū q̄ʒ quia ip̄a sola cū chr̄o p nobis patiēte cōpassa est:
⁊ sibi soli cōicatio passiōis donata est. Qō̄ sic declaratur.
Cōicatio passionis duo importat: scʒ fidem crucifixi dei ⁊
hōis: ⁊ p se passionē ex cōpassione patiētis. Et sic fuit qua
druplex diuersitas respectu dn̄ice passionis. Quidā enim
nec fidem nec compassionē de christo habebāt. vt infide-
lēs blasphemātes ⁊ demones. Quidā habuerunt cōpassi-
onem: sed non fidem diuinitatis. scʒ apl'i: qm̄ oēs scanda-
lum passi sunt: ⁊ mulieres quibus dn̄s dixit. Filie hierl'm:
nolite flere super me ⁊c̄. Lucē. xxiij. Quidā habuerunt fi-
dem vel cognitionē: sed non compassionē: vt angeli ⁊ pa-
tres in limbo. Sola aūt beata virgo habuit fidem ⁊ com
passionē p se: ⁊ sic solius est hoc priuilegiū. Unde sicut to-
tus mūdus obligat̄ deo p suam passionem: ita obligatur
dn̄e p compassionē. Nec obstat illud Esa. lxiij. Torcular
calcaui solus: ⁊ de gentib⁹ non est vir mecum: quia solum
excludit viros: nō beatā virginem que fuit mulier. Unde
magna fecit deus Marie in mūdi saluatione: quia ip̄a gra
tiam mundo recupauit: ip̄a mundū illuminauit: ip̄a medi
ante hūanatus chr̄s redemit mundū.

¶ Capl'm decimū: de priuilegio repletionis ⁊ exuberatio
nis donorꝫ sp̄ūssancti in btā Maria: ⁊ q̄ maxia ī hoc eidē
sunt collata.

Decima stella donorꝫ exuberatio.

Decima stella dicitur donorū exuberatio: in qua de⁹ fecit vtiqʒ maxima Ma
rie. ¶ Primo: quia eaʒ oīm dono sp̄ūssancti: ⁊
gratia repleuit. ¶ Secūdo insuper: quia ip̄aʒ adeo cele-
stibus bonis impleuit: vt de plenitudine eius totus mun
dus accipe possit ⁊ habere gratiā. Idcirco Ber̄. ait. Que
ramus inquit fratres gratiā per Mariā: qui sic querit in-
uenit: ⁊ pulsanti apietur. Ip̄a em̄ omnibus oīa facta est
omnibus sinum misc̄die aperit: vt de plenitudine eius ac-
cipiāt vniuersi: eger curationem. captiuus redemptionē:
tristis ꝯsolationem: peccator veniam: iustus gratiam: an
gelus leticiam. filius dei carnis substantiā: deniqʒ tota tri
nitas gl'iam. Hec ille. ¶ Tertio: quia deus nullum donū
spirituale. ⁊ nullaʒ gratiam in mundo haberi voluit quin
per manus Marie transierit: vt dicit Anselmus propter
quod ip̄a ab eccl'ia honoratur dignissimis nominibus ad
id ptinentibus.
¶ Primo: quia dʒ porta celi
¶ Scō̄o: quia dʒ fenestra celi
¶ Tertio: q̄r ianua regis alti

Porta cel

¶ Primo inquā ip̄a dicitur porta celi. Unde canit̄. Aue
maris stella: dei mater alma: atqʒ semper virgo: felix celi
porta. Hoc autē idcirco: vt dicit Albertus super Missus
est. ca. 191. quia inquit per virginem exiuit in mundum q̇c
quid vnq̄ʒ gratie creatum vel increatuʒ venit vel venturꝫ
fuit. Ip̄a em̄ omniū bonorꝫ mater est: ⁊ mater gr̄e: ⁊ ma-
ter misc̄die. Ideo porta celi denōiata est: quia p ip̄am in-
trauit quicquid de terris in celos ascēdit et econuerso.
¶ Proprietas enim porte ē importare ⁊ exportare. Hec
Albertus. ¶ Sed di. Tamē etiā penitētia dʒ porta celi ⁊

Maria porta.

mandata dei ⁊ crux christi: quō ḡ attribuitur beate virgi
ni vt dicat̄ porta celi? Rn̄detur s̄m eundē Alber. q̄ ex q̊ p
prietas porte est importare ⁊ exportare: penitētia autem
⁊ mandata dei non exportāt: sed tm̄ important in celum.
ppter quod dicūtur porta celi. Beata v̄go aūt vtrūqʒ fa
cit: ḡ magis pprie dʒ ip̄a porta celi. Crux v̄o christi bene
etiā dʒ porta. Un̄ legit̄ q̄ in templo fuerunt duo ostia q̄
simul aperiebant̄ ⁊ simul claudebant̄. ita in celo hec duo
ostia crux vel ip̄e christus ⁊ Maria. ¶ Secundo ip̄a vir-

Maria venestra celi

go dicitur fenestra celi: quia per fenestram intrat lux: ita
per virginem lux de celo christus intrauit in munduʒ. Et
ip̄a lux que de terra. id est de beata v̄gine orta est s̄m car
nem: penetrauit celum: ⁊ sic ip̄a virgo est lux illuminās ce
lum: ⁊ etiam mundum. ¶ Tertio quoqʒ dicitur ianua re-
gis alti: quia ip̄e rex regum per ip̄am venit in mundum:
merito ergo canit eccl'ia de ip̄a. Intrent vt astra flebiles
celi fenestra facta es. Tu regis alti ianua: ⁊ porta luc̄ ful-
gida: vita data p virginem: gentes redempte plaudite.
Hec s̄m Alber.

¶ Capl'm. xj. de priuilegio superexaltatiōis btē Marie vir
ginis in qua fecit deus in ip̄a magna.

Undecima stella dicitur sup-
excellens exaltatio: in qua deus virgini fecit
magna. q̄r sup oēs choros angelorꝫ ⁊ sup oēs
ordies creaturarꝫ celestiū ⁊ terrestriū exaltauit vt ip̄a sit

regina angelorum: et gloriosa domina omnium creaturarum: mundi ad=
uocata: beatorum gloria: ac omni laude dignissima: omni digni=
tate precellentissima: vt patuit de hoc li. x. vbi de assumptione
et glorificatione: atque superexaltatione et celesti dignificatione actum
est. Unde canit de ipsa ecclesia. O gloriosa domina excelsa super side=
ra: qui te creauit prouide: lactasti sacro vbere.

¶ Capitulum. xij. de priuilegio vniuersalis venerationis bea=
te Marie: in quo fecit deus magna beate virgini.

Duodecima stella dicitur vniuer=
salis veneratio in qua fecit deus virgini magna
quia fecit vt totum vniuersum ipsam veneretur et
laudet tam in terra quam in celo. Unde ipsa ait Lu. ij. Ecce enim
ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Item Pro
uer. vl. Uiderunt eam filie syon. id est anime sancte; et bea
tissimam predicauerunt; et regine laudauerunt eam. Ut autem
enumeremus rerum genera. ¶ Primo nota: trinitas deus
eam veneratus est et benedictam predicauit quando per missum Ga=
brielem archangelum ipsam salutauit dicens. Aue gratia plena
dominus tecum. benedicta tu in mulieribus: ¶ Secundo dei fili
us christus veneratus est eam summa reuerentia: tam in
vita: quia erat subditus ei. Lu. ij. et hoc in omni obsequio vt
filius bonus matri: quam in morte sua: quia pendens in cru=
ce vice sui discipulum predilectum eidem. commendauit in ob=
sequium: solacium: ac venerandum seruitium dicens. Ecce mater
tua. Joan. xix. ¶ Denique ipse christus beatificauit eam in
predicatione quando mulier quedam de turba exclamauit dicens
Duodecima stella vniuersalis veneratio. Beatus venter qui te portauit et vbera que suxisti. Nam
mox subiunxit christus. Quinimo: beati qui audiunt ver=
bum dei etc. Ubi tripliciter eam beatificauit. Primo: quia
in vtero christum portauit. Secundo: quia cum vbere virgineo
lactauit. Tertio. quia verbum dei audiuit et custodiuit. Pri
ma duo insinuantur cum dixit. Quinimo: vbi quo ad vtrum=
que confirmat dicta mulieris: scilicet. Beatus venter qui te por
tauit. Ecce primum. et vbera que suxisti. Ecce secundum. Ter=
tium cum subdit. Beati qui audiunt verbum dei: quia beata virgo
perfectius pre omnibus audiuit et seruauit verbum dei. Ter=
tio beatam virginem venerata est creatura angelica et ve=
neratur. ¶ Primo quidem in salutatione: quando angelus reue=
renter salutando eam adorauit dicens. Aue gratia plena. ¶ Se=
cundo in natiuitate christi: quando multitudo angelorum ce=
cinit dicens. Gloria in excelsis deo. ¶ Tertio in sui assumptione.
Unde canit ecclesia. Assumpta est Maria in celum: gaudent an=
geli laudantes benedicunt dominum. ¶ Quarto tempore pestilen=
tiali Rome cum beatus Gregorius imaginem virginis an
te processionem deferri faceret: visi sunt angeli canentes in
eius laudem. Regina celi letare alleluia. Denique angeli mali
eam coguntur venerari intantum vt audito solo eius nomine
coguntur effugari: sicut patuit li. vj. Bern. Ubi nomen Ma=
rie inuocatur: demonum nocumentum effugatur: quia Maria
terribilis vt castrorum acies ordinata describitur. Et de
hoc eodem libro patuerunt miracula. ¶ Quarto beatam
virginem veneratur omnis generatio humana. ¶ Prima qui
dem generatio iudeorum: sicut patet de Josepho: qui plu=
ra bona scripsit in libro antiquitatum de christo. Et vt su
pra scriptum est. dominus Bonauentu. dicit. quod iudei asse=
runt beatam virginem fuisse pulcherrimam: et hoc mirum
Mahumetiste. in ea quod a nullo viro potuit concupisci. ¶ Secunda gene=
ratio Mahumetistarum, quia in Alcorano. i. lege eorum
laudatur beata virgo: vt patuit li. ij. parte. iij. ar. ij. ca. iiij.
Et Anthon. floren. i. iij. parte sue summe scribit. quod Sarace=
ni et Thurci beatam virginem in templis suis adorant et
ei thurificant: et nomen eius in tanta reuerentia est apud
eos quod blasphemantes eam graui pena mulctantur. ¶ Ter
tia generatio latinorum gentilium. vt patet de Uirgilio
Virgilius. qui scribit in libro Buccolicorum Egloga quarta. ¶ Jam
redijt et virgo redeunt saturnia regna. Jam noua proge=
nies celo demittitur alto etc. Mate mee vires. mea tu po
tentia solus. Quamuis autem beatus Hieronymus dicat.
Uirgilium non hec intendisse de christo: tamen possibile
est quod sicut etiam Caiphas prophetauit de salute mundi per
mortem christi futura: dicens. Expedit vt vnus homo mori=
atur pro populo; licet hoc non intenderit nec intellexerit. Jta
Uirgilius de christo et matre eius bene dixerit: vt sentit beatus
Ouidius. Aug. Ouidius quoque poeta in libro de vetula ait. O virgo felix
virgo signata per stellas. Quis mihi tantum det viuere
vt dignus possim laudum tuarum ferre preconia. Nam nisi
tu fores deus: non sumeret carnem ex te hic deus omnipo
tens. Non tamen creditur Ouidium illum librum fecisse sed aliquem fide
lem Ouidio intitulando. Fuerunt etiam Sibylle gentiles que
plurima scripsere de christo et matre eius laudatoria predicendo
christum Jesum dei filium nasciturum de virgine immaculata. He
omnes sibylle secundum Jsido. li. Ethym. atque Lacta. in primo li= De vaticiniis sybillarum.
bro diuinarum. insti. fuere decem. ¶ Prima persica que fuit de
Pers. Secunda libyca. Tertia delphica in templo delphici
apollinis genita: que ante Troiana bella vaticinata est:
cuius plurimos versus operi suo Homerus inseruit. Quarta
cymea in Jtalia. Quinta erythrea que (vt Augu. memi=
nit. xviij. li. de ciui. dei) versus quosdam composuit de fi=
ne mundi: quorum prime litere iuncte sonant Jesus christus
filius dei saluator. Dicta est autem erythrea: quia in eadem
insula eius inuenta sunt carmina. Sexta samia a samo insu=
la cognominata. Septima cumana que est cumea: de qua
Uirgil. in Bucol. lib. v. recolit. Octaua helespontina in
agro Troyano nata. Nona phrygia. Decima tiburtina.
Que omnes diuinitatem christi et eius natiuitatem ex virgi=
ne beata commendando per longa ante tempora prophetauerunt. Qua
rum dicta singularum: quia longissimum foret hic scribere: sal=
tem sufficiat hic inseruisse prophetiam Sibylle delphice que et
in castro Papiensi scripta hoc modo continetur. Jn vltima
inquit etate humanabitur deus: et humiliabitur proles diuina: iun
getur humanitati deitas. et puellari officio educabitur deus
et homo. Signa precedent apud iudeos: mulier vetustissima
scilicet Elizabeth: puerum concipiet: stella orbis mirabitur: du
catum prestabit. scilicet magis ad ortum: scilicet christi. hic habens
pedes. i. annos. xxxiij. et pollices sex. id est menses: eliget si
bi de piscatoribus numerum duodenarium: vnumque diabolum
scilicet Judam. Non in gladio belloue eneadem vrbem. i. Ro=
mam: regesque subijciet. Sed in hamo piscatoris: in deiectio=
ne et pauperie superabit diuitias: et conculcabit superbiam
morte propria mortuum suscitabit et cum mactabitur: vi=
uet et regnabit: bonos iudicabit et malos. Hinc quattu=
or animalia. i. euangeliste surgent in testimonium sectan=
tes iusticiam legemque irreprehensibilem. Huic contradicit
bestia: id est antichristus: simulque abominatio spume dra=
conis: id est mahumetus. Et surget stella mira: id est Pau=
lus apostolus habens imaginem quattuor animalium. i. euan
gelium quattuor euangelistarum. Danaos. i. grecos illumina
bit: Nomen agni vsque in finem seculi perducet. Erat autem
bestia horribilis. i. mahumetus ab oriente veniens cuius ru=
gitus vsque ad gentes punicas. i. aphricas audietur: cuius ca=
pita septem: sceptraque innumera. pedesque 663. glo. 663. an=
ni. Reges autem et optimates erunt in sudore terribili: et
non diminuent pedes eius: id est annos. Stelle quoque due
id est ordo minorum et predicatorum consimiles prime stelle:
id est Paulo: insurgent contra ipsum et non obtinebunt vsquedum ve
niat abominatio et voluntas altissimi consummetur. Hec Sibyl
la pretacta. Que prophetia habetur scripta etiam in li. confor=
mitatum. ¶ Quarta preter hec generatio christianorum lau=
dat et veneratur beatam virginem. inter quos tam boni quam ma
li: tam heretici quam scismatici solent plerique venerari: ieiuna
do sabbatum vel vigilias festiuitatum eius in honore ipsi
us. Et certe multi videntur magis habere beatam virgi=
nem in veneratione quam dominum christum: magis ex simpli
citate moti quam scientia: licet non deberet fieri: quia tamen
honor matris in filium redundat: patientiam habet christus
huius simplicitatis secundum Anthon. floren. vbi supra. ¶ De
nique vniuersaliter omnis generatio filiorum ecclesie iustorum
virginem beatam veneratur et laudat. Nam ecclesie quotidie ho=
ras canonicas virginis dicit. Et sunt in precepto ipse ho=
re beate virginis sicut et canonice hore maiores quo ad
obligatos. ¶ Item per totum orbem que ciuitas non ha=
beat ecclesiam: et vtique solenniorem in nomine beate virginis
fabricatam? Certe in orbe: nec in nomine saluatoris: nec in ho=
nore aliorum sanctorum reperiuntur ecclesie in tanto numero. ¶ Item quis
sanctorum habet tot festiuitates per circulum anni sicut beata virgo.
¶ Denique sancti doctores de nullo sancto comperiuntur edi=
disse tot sermones sicut de beate virginis laudibus. Omnis itaque
generatio humana ipsam veneratur: immo insuper et omnis creatu=
ra ad eius oris imperium obedijt: quia domina est totius mundi. Et

nos ergo charissimi eam veneremur: ip̄am deuote laudemus di. Uere beata: vere gloriosissima: vere felix es o sacra virgo Maria ꝛ om̄i laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie chr̄s de9 nr̄. O tu itaq3 sctissima: ab eterno p̄electa: v̄go purissima. om̄i decore virtutū adornata deo fecunda: ꝛ inhabitata: luminosa ꝛ mater dignissima. O tu saluatrix seculi spūsancto plenissima: sup oēs angelos exaltata: te laudamus: te deuote colimus: te humiliter petimus: vt apud p̄dulcem tuū Jesum cū quo regnas in eternū: impetres nobis beatitudinis gaudiū Amen.

¶ Pars. ij. libri vndecimi: de priuilegijs siue gratijs ꝛ excellētijs btē Marie: vbi applicat thema qđ applicari pōt ꝛ ꝯcernit festū Maria de niue.

De priuilegijs siue gratijs ꝛ excellētijs btē Marie.



Deus facit magna inscrutabilia qui precipit niui vt descendat super terram. Job. xxxvij. c. Tanta est excellentia beatissime virginis: tam magna et inscrutabilia eius gl'iosissima priuilegia: vt in laude eius deficiant om̄es lingue: scripture: et similitudines. Unde Hiero. in ser. de assumptione dicit sic. Quid nos tātilli: quid actione pusilli in ei9 laudib9 referamus. cū si oīm nostrū mēbra verterent ī linguas: eā laudare sufficeret nullus: altior celo est de qua loqui nitimur: abysso p̄fundior: cui laudes dicere conamur. Unde si celum te appellem: altior es: si matrem gentium dicam: excellis: si formā dei appellem digna existis. Si aūt dñā3 angelorꝝ vocē: p om̄ia comprobaris. Quid igitur de te digne dicā? nescio. Hec Hiero. Ideo spūsctūs p ora pphetarū eā cōmēdat: non solū verbo: verū etiā signis ꝛ simitudinib9. Quia v̄o nulla simitudo parabolica perfecte sufficit ad eius excellentiā exprimendā: ideo ad eius laudem multe inducūtur metaphore. Aliqñ em̄ figurat a natura celesti: vt solis: lune: ꝛ stellarum Cañ. vj. Que est ista que p̄greditur electa vt sol: pulchra vt luna ꝛc̄. ¶ Aliquādo a natura inferiori in similitudine cedri: libani: palme: cypressi ꝛc̄. Eccli. xxiiij. Quasi cedrus exaltata sum in libano. Aliquādo v̄o a natura media: vic3 nube: vel aurora. Eccli. xxxij. Solem nube tegam: vel niuis etiam: sicut patet in p̄misso themate. Sed qm̄ sancta mater ecclesia solet annuatim solennizare ad honorem beate virginis diē festum qui dicitur Marie de niue: in memoriam vic3 illius miraculi quādo in estiuis caloribus. scilicet mensis Augusti: die quinta rhome ecclesiam sibi fabricādam beata virgo per niues voluit demonstrare. Hoc autē miraculū est descriptum lib. xij. parte vlti. cap. vj. miraculo. v. Igitur pro ista solēnitate conueniēter applicari pōt thema p̄acceptum. In cui9 verbis beata virgo Maria tripliciter cōmendatur.

¶ Primo a gratiosa priuilegiorꝝ magnificatiōe
¶ Scđo a virtuosa niuiū assimilatione
¶ Tertio a viscerosa hoīm miseratione

¶ Primo quidem a gratiosa priuilegiorum magnificatione: cum dicitur: deus facit magna inscrutabilia. Uere maxima inscrutabilia fecit deus in Maria cum eam fecit virginem matrem dei. et super omnem creaturam sublimauit multipliciter: vt patuit in parte prima huius libri. Unde Orige. in Homel. sup illud Lu. Cum esset desponsata ꝛc̄. dicit sic. O magne admiratiōis gratia. O inenarrabilis suauitas. O ineffabile sacramentū. Ip̄a est eadem mater: ip̄a est eadem virgo: ip̄a genitrix ꝛ ancilla: ipsa est que genuit deum ꝛ hominem: quis vnq3 audiuit talia: q̇s vnq3 potuit vt esset virgo ꝛ mater: immaculata mater ꝛ incorrupta: mater vnigeniti filij dei dñi nostri Jesu christi: qui est in celis ꝯm diuinitatem in sinu patris: ꝛ est in terris ꝯm carnem: in sinu matris: in celis de patre sine matre generatus: ꝛ in terris de matre sine patre genitus. Hec Orige. Ecce ergo merito commendat virgo: ꝙ deus fecit in ea magna inscrutabilia.

Maria assimilat niui

¶ Scđo commendat beata v̄go in p̄misso themate a virtuosa assimilatiōe niuium: cum dr Qui precipit niui. i. Marie. Merito nempe beata virgo p̄figurata ꝛ etiam miraculose demōstrata est p niues: ppt eius virtuosas pprietates ꝛ simitudines plures.

Proprietates niuis

¶ Primo quidē: qr nix est candidissima ꝛ albissima rerū oīm: in quo significat puritas btē Marie v̄ginis excellētissima. ¶ Secūdo. nix est frigidissima in quo significat v̄ginalis castitas illibate. Marie v̄ginis: p quā ab om̄i ardore ꝯcupiscētie fuit aliena. ¶ Tertio: nix est faciliter liq̄scibilis ꝛ resolubilis: in quo significat beatissime v̄ginis charitas p̄cellētissima: p quā aīa eius totaliter fuit liq̄facta in deū: ꝛ p hanc facillime mouet ad p̄ximis. i. hōibus subueniēdum. ¶ Quarto: nix in supnis nascit: ꝛ p paruas quātitates descendit: in quo significat: ꝙ licet btā v̄go fuerit altissima: ꝛ eius ꝯtinua ꝯuersatio in supnis: tm̄ erat v̄go hūillima et sui reputatiōe parua: nā cū esset mr̄ dei. se reputauit et dixit ancillā. Ecce ptз qr multiplex v̄tuositas designat in Maria p niuis pprietates in q̄ cōmēdat. ¶ Tertio cōmēdat a viscerosa miseratiōe ꝛ pietate erga hōies: cū subdit vt descēdat sup terrā. Ista em̄ ꝯdescēsio est terrestriū hominū in om̄i necessitate miseratio ꝛ suffragatio quā exhibet v̄go btā p̄cipue ad eā deuote ꝯfugiētib9: qr deus voluit ip̄am fore nobis aduocatā ꝛ mr̄em miscđie. Et idcirco dr in themate: qui sc3 deus p̄cipit niui. i. btē v̄gini immaculate sue mr̄i vt descēdat misericordit auxiliando sup terrā ꝛc̄. Uñ Berñ. in ser. In lectiōe dt. O maxime pia. O multū admirabilis Maria: tu nec nōiari potes q̄n accendas: nec cogitari q̄n recrees affectus diligentiū te: nec inuocari quin exaudias. Nō em̄ fas est o dña relinquere eū: qui spem ponit in te cū sis mater misericordie ꝛc̄. ¶ Potes igit sicut tibi placuerit iuxta p̄missum thema applicare sermonē in festo beate Marie de niue: siue de ei9 priuilegijs: siue de eius puritate: vel de eius virginitate: siue de eius charitate vel pietate. De quib9 oibus ꝛ singulis habes in premissis libris suis locis. Tum vt ad nr̄m propositū in hac parte ꝯuertēdo de excellentijs btē v̄ginis agamus.

Duodecim excellētie beate v̄ginis

¶ Preter ista priuilegia ꝛ dignissimas excellentias in prima pte habitas: describem9 hic. xij. alias excellentias ꝛ gr̄as priuilegiorꝝ btē v̄ginis: quas quide3 enumerat ꝛ describit btūs Berñ. de Senis ordinis minorꝝ in sermo. de admirabili excellentia ꝛ gloria beate virginis. Equidē hec est regina de qua ps̄. ait. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate. Quia regina: ꝙ coronata gratiarū et priuilegio decore: sed quali: describit in figura Joan. Apocal. xij. di. Mulier amicta sole: et luna sub pedibus eius: ꝛ in capite eius corona. xij. stellarꝝ: id est gratiarū ꝛ excellentiarum gl'iosarum. Sunt aūt iste xij. stelle gl'ie excellētissime virginis p eundē sanctū Ber. vt p̄misi assignate ꝛ in tribus quaternarijs subdiuise ppt faciliorē capacitatem.

Prime quattuor stelle	Nobilitas
	Preseruatio
	Meritum
	Potestas
Alie quattuor stelle	Superexcellētia
	Dominatio
	Regnum
	Dispensatio
Supaddunt alie quattuor	Consummatio
	Ornatus
	Retributio
	Incomp̄hennsibilitas.

¶ Capl'm primū. ꝙ btā Maria merito habet priuilegiū summe nobilitatis: qr declarat fuisse p̄excellēter nobilissima: tā in causa q̄3 in substātia: necnō in efficientia.

Pria stella siue priuilegiū dicit nobilitas

Prima stella nūcupat nobilitas: quia ip̄a est virgo nobilissima: de qua quidem nobilitate q̄3uis in p̄cedentibus scriptum est pluries. Tamē hic sub alio pcessu psequēdo circa hoc questio occurrit talis. ¶ Utru3 beatissima virgo Maria merito dicat nobilissima: vt mera veritate debeat p̄ferri oibus nobilibus toti9 vniuersi in ip̄a corpali nobilitate? ¶ Ad qđ rñdet ꝙ sic. Et declarat ꝯm Alber. sup Missus est. distinguendo taliter. Nam nobilitas inquit consistit in tribus.

¶ Primo in causa
¶ Scđo in substantia
¶ Tertio in efficientia

Nobilitas ꝯsistit i trib9

¶ Primo in causa: si vic3 a nobili origine principium ducat. ¶ Scđo in substantia: si nobilē essentiā ꝛ pprietatē in se possideat. ¶ Tertio in efficientia si nobiles effectus ex

se ꝓducat. ¶ Quantū ad primū beata virgo fuit summe nobilissima: q2 fuit filia principis Abrae in quo deꝰ ppl'm peculiarē elegit sibi: ⁊ distinxit ab aliis. Cui dictū est Gen. xxiij. Princeps dei esto inter nos: ⁊ cui primo facta est de christo repromissio: qui fuit nobilissimꝰ patriarcha: vnde denominant̄ hebrei quasi abreici: qui primo ꝓfessus est fidem viꝰ veri dei inter idolatras chaldeos ignem adorātes ꝓ deo: in quē iniectus ab eis vt experiret̄ virtutē eiꝰ: illesus exiuit. Ip̄a itaqꝫ beata virgo ab Abraam tāto prīcipe ⁊ tā sancto descendit generatione. xliij. vt ptz Matth. j. Et in hac sua origine contraxit virgo triplicem dignitatem. ¶ Primo regalē ex Dauid: que est dignitas corporal'. ¶ Scd'o sacerdotalē: que est dignitas spūalis: q2 tribus regalis ⁊ sacerdotalis erāt iuncte coniugali matrimonio. ¶ Tertio pphetalē: que est diuinalis vel celestis q2 pphetie donum a deo est immediate: iux illud. j. Pe. ij. Spiritusancto inspirante locuti sunt sancti dei hōies ⁊c.

¶ Quo ad scd'm in substātia btā ꝟgo fuit nobilissima. i. in ꝑsona: tā corpaliter: q2 purissime natnre ⁊ cōplexionis ꝑoptime fuit: q̄ spūaliter: quia plenitudinē gr̄e in se hereditauit: ⁊ liberrima fuit: quam libertatē potissime fac̄ immunitas a peccato. Qui em̄ facit peccatū: seruus est pcti. Joan. viij. Uñ. j. Polit. dt Arist. ꝙ nihil aliud q̄ virtus ⁊ vicia determināt seruum aut liberum. Et Aug. xiiij. de ciui. dei dt. Bonus etiā si seruiat liber est. Malus aūt etiā: si regnat seruus est: nec vnius: sed qd' peius est: tot dñoꝝ quot vicioꝝ. Hec ille. Uñ beata ꝟgo. q2 ab om̄i peccato liberrima: ⁊ celoꝝ regina: ac mundi dña: fuit igit̄ verissime nobilissima: vtpote om̄i virtute ⁊ gr̄a plenissima. ¶ Quo ad tertium in efficiētia fuit btā virgo nobilissima: q2 ex ca ortus est fons om̄is nobilitat' sol iusticie chr̄s deꝰ noster qui est rex: sacerdos: ⁊ ppheta: ⁊ dñs dñantiū. Uñ Pilato dixit. Rex sum ego: per quem ⁊ oēs electi veniunt in libertatem glīe filiorum dei. Unde patet beatā virginem fore nobilissimā pre oībus creaturis post chr̄m ⁊ i diuiduis nō solum hūanis: sed etiam angelicis que sunt: fuerūt: aut poterunt esse. Quod quidē vt magis clarescat particularia dubia pulchra hic mouent̄. ¶ Primū. Quod nobilitas beate virginis ꝑcellat nobilitatem angelicā. Respondet̄: ꝙ ꝑcipue ꝑcellit tripliciter.

Nobilitas btē ꝟgis ꝑcellit nobilitatē angelicaꝫ in tribus.

¶ Primo: q2 nobilitas btē ꝟginis est dignior.
¶ Scd'o: q2 est ꝑciosior
¶ Tertio: q2 est ꝑclarior.

bis: ꝛ filius datus est nobis: ꝛ vocabit nomen eius admirabilis deus fortis. Uidens quoqꝫ paruulū fagiente di. ecce qḋ dicit Sapien. vij: Primā vocē oībus similē emisi plorans: ꝛ hoc in ꝑsona christi. Audiens aūt angelos canentes. Gloria in excelsis: di. Nunc implet ꝓphetia Dauid. scꝫ Celi. i. angeli enarrant gloriā dei et opera manuū eius annūciat firmamentū. id est celum nouā stellā mittendo. Uel firmamentū. id est sancti ꝛ electi vt pastores et tandē apłi. Lūcꝫ. xiij. die venissent magi ad adorandū di. Ecce qḋ ait Dauid. Reges tharsis ꝛ insule munera offerēt ꝛc. Cum ꝟo quadragesimo die obtulit puerū: dixit Ecce illud Malachie. iij. implet. scꝫ Ueniet ad tēplū sctm̄ suū do. quē vos queritis: et angelus testamenti. scꝫ noui institutor: quē vos. scꝫ iusti: vultis. i. affectatis: vt Simeō et Anna. Ipse eñ quasi ignis conflans: quia inflāmat ad amorē ipm cognoscētes: ꝛ sic ḋ alijs mysterijs christi. scꝫ fuge in egyptū ꝛ reuersionis: baptismi ꝛ ꝑdicationis: miraculoꝝ et passionis atqꝫ resurrectionis. Que oīa descripta sunt in veteri testamento ꝛ longū foret singula enarrare. ¶ Unde redeundo ad ꝓpositū: vere hec est virgo gloriosissima Maria super omēs nobilissima merito: potestate: superexcellentia: dominio: regnoqꝫ dignissima: gratie dispensatrix: mūdi ꝯseruatrix: cōsummatrix omis ꝑfectionis: ornatus ecclesie deo acceptissima: ꝛ omni gratia incomprehensibiliter ditissima. O igitur mater dei inclyta gratiam nobis de tua plenitudine presta: et gloriā in patria Amen.

De seruitute ꝛ deuotiōne exhibēda marie.

¶ Incipit liber duodecimus de seruitute et deuotiōe exhibenda Marie.

Liber duodecimꝰ agit de mysterio debitorie seruitutis et deuotionis cultu a nobis hominibus ipsi beatissime virgini exhibēdo. Et continet tres principales partes. ¶ Prima pars est de deuota veneratione: reuerētia ꝛ collaudatiōe atqꝫ seruitute ipsi benedicte virgini Marie exhibenda a quouis homine. ¶ Secūda pars de promptissima subuētiōe Marie: qua semper parata est adiuuare sibi seruientes: propterea quoqꝫ ꝙ quilibet fiducialiter ꝛ secure recurrat ad beatā virginē in necessitate. ¶ Tertia pars est de vtilitate multiplici quā consequunt homies per seruitiū deuotū exhibitū Marie. Et in hac parte adducunt plurima per totū miracula sub certis distinctionibus capituloꝝ: quatinus deseruire possint hec miracula ꝑ totius huius voluminis partibus ꝛ sermonibꝰ vt habeat ꝑdicator qḋ vult miraculū accipere ꝛ vbi vult applicare.

¶ Pars prima de deuotione ꝛ laude ac reuerētia necnō seruitute quā debet homo exhibere beate Marie.

Loquēte Jesu ad turbas: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi Beatus vēter qui te portauit ꝛ vbera q̄ suxisti. At ille dixit. Quinimo ꝛc. Luce. xj. ca. Sancta q̄ppe mater ecclesia hoc euangeliū frequētat in laudē btē virginis hac ꝑfecto de causa: quatenus doceat nos exemplo huius mulieris ꝛ inducat ad beatificandā: laudandā ꝛ benedicendā: deuotissimoqꝫ seruitio venerandā ipsam gloriosissimā virginē matrē domini nostri Jesu christi. Unde in hocipso sacro euangelio tria precipua notantur.

¶ Primo quidē insinuat huius mulieris maxima deuotio: cum dicit. Extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. scꝫ Jesu. Hec nempe mulier ꝟm Ambro. dicitur fuisse ancilla beate Marthe nomie Marcilla: que nō fuit nobilis nec diues: quia tales. id est nobiles ꝛ diuites mulieres sunt minus deuote ad verba dei: et nimis sollicite circa honores seculi huius: sed fuit hec mulier de turba. i. de vili cōditione ꝟm seculū: sed nobilis apud deum: quia virtuosa: et vt fert fuit virgo deuota. Unde extollens. id est ex corde tollens ꝛ eleuans vocē in christi et eius mr̄is cōmendationē: cōtēpta verecūdia ꝛ ꝯsuetudine preter naturā mulierū que nō consueuerūt loqui in populo. Postposito etiā iudeoꝝ timore christo loquente ausa fuit coram tanta multitudine sic sola clamare: christū laudare: ꝛ matrem eius beatificare in increduloꝝ iudeoꝝ confusionem.

Marcilla ancilla marthe

Magna ergo deuotio a spūsancto sibi infusa: ipsam sic incitauit clamare ex vehementie diuini amoris in corde feruentis. Ex abundātia eñ cordis os loquit. Mat. xij. Et hinc cognoscit ꝙ hec mulier fuit sancta: qꝛ qualis vnusquisqꝫ est talia loquit: dicente Aristo. iij. Ethic. Ut eñ per odorem herba sic homo cognoscitur per verba. Sancta itaqꝫ hec mulier amore diuino ꝛ deuotiōe plena audenter christū dei filium ꝛ eius matrem sanctissimā coram omībus beatificat ꝛ cōmendat: quia amor verecundiā nescit: timorē cōtemnit: audaciā inducit. Ergo ꝛ nos charissimi huius mulieris exemplo discamus ardere deuotiōe erga christū ac eius sanctissimā genitricē Mariā. ¶ Secūdo in ipso euangelio insinuat christi ꝛ eius mr̄is dignissima laudatio: quia hec sancta mulier dixit. Beatꝰ venter qui te portauit ꝛ vbera que suxisti: que verba sunt a spiritusancto inspirata. Et vere Maria predicat felix et beata que christū portauit dei filiū et lactauit. Tu quoqꝫ o homo si vis beatificari disce Jesum dulcissimū portare in corde tuo per fidē. Nam dicit apłs. Habitare christū per fidem in cordibus vestris. Ephe. iij. Nam vt ait Augustinus. Beatior fuit Maria christū portando in corde q̄ꝫ in ventre. Et certe nisi prius eum portasset in corde ꝑ fidem et dilectionē: nunq̄ꝫ in ventre eum habuisset. O igitur anima crede ꝛ dilige christū Jesum vt cum habeas in corde ꝛ valeas beatificari. ¶ Deniqꝫ disce ꝛ christū spiritualiter lactare: qḋ facis cum ipsum cibas et alis in suis membris. id est in pauperibus: misēdie opera exercendo: quia ipse dominus Jesus ait. Matth. xxv. Qḋ vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. ¶ Sed hic questio occurrit circa euangeliū. Quare spūssanctus per os huius mulieris solū beatificauit ventrē Marie ꝛ vbera: ꝛ tacuit de alijs eius membris: cum ipsa virgo benedicta per singula membra foret beatificanda: vtpote ꝑ omīa gr̄a plena: teste angelo Luce. j. Aue inq̄t gr̄a plena dn̄s tecū ꝛc. Respōdet ꝙ ideo: quia in diuina incarnatione facta sunt maiora miracula in ventre ꝛ vberibus beate Marie q̄ꝫ in alijs mēbris: ꝛ i his maioribꝰ compḣēdit alia mēbra sum ministrationē habentia ad ista. ¶ Nimirū in ventre Marie facta sunt miracula maxima. ¶ Primo: quia ibi deus factus est homo: ꝛ sic immēsus factꝰ est paruulus: immortalis mortalis: verbū infans. O vere magnū miraculum: q̄m qui fecit ventrem Marie factus est in eodem ventre: sicut magnū foret siquis fecisset domū ꝛ post ea in eadem domo nasceret. Unde Eccli. xxiij. Qui creauit me inquit Maria: requieuit in tabernaculo meo. scꝫ factus homo. ¶ Secūdo magnū fuit miraculū in ventre Marie: quia maius seipso: imo pre toto mundo continuit venter ille. Unde canit ecclesia. Sancta ꝛ imaculata virginitas quibus te laudibus efferam nescio: quia quē celi capere non poterant tuo gremio contulisti. ¶ Tertio quia vēter ille virginali integritate concepit et peperit: ac post partū virgo ꝑmansit: vt tenet fides catholica. ¶ Deniqꝫ i vberibus Marie facta sunt miracula maxima in hac incarnatione. ¶ Primo: qꝛ de celo plena ꝑ miraculū ipsa vbera lacte extiterunt: vt canit ecclesia. ¶ Secūdo: quia ipa cꝰ vbera virginea regem angeloꝝ deum lactauerūt ꝛ aluerunt. ¶ Tertio: quia scꝫ eius vbera vtpote virginea sine lactis meatu aperto: solo diuino miraculo lac filio dei sugendum exhibuerūt. Alia autem membra virginis his deseruierunt et non tot miraculis coruscauerūt: idcirco illis tacite laudatis: hec cōprehēsa in euāgelio manifeste beatificant. ¶ Tertio in hoc ipso euangelio insinuatur imitationis et cōformitatis diuina inductio: cum ipse dei filius dominus Jesus subiunxit. Quinimo. q. d. Uerū est et bene dixisti: quoniā vere btā est que me corpaliter portauit ꝛ lactauit. Et etiam beati sunt omēs qui portāt me spūaliter et custodiunt et alunt spūaliter me: verbum dei audiendo et obseruando precepta dei. Unde subdit. Beati qui audiunt verbū dei ꝛ custodiunt illud. ¶ Sed dices. Que est ratio huius ꝯformitatis? Respondet ꝙ hec est. Quia sicut christꝰ spūssancti virtute ac ministerio angeli conceptus est in vtero virginis: sic verbū dei spiritu sancto opante ꝛ angelo bono cooperāte concipit in vtero mentis ꝛ fouetur ad eterne beatitudinis acquisitionē. Unde sicut beata virgo predicat beata portando christum

Questio q̄re hec mulier solū beatificauit ventrem

Uberaqꝫ marie mēbra

Questio de verbo dei conformitatis christi

sic beati obseruando portantes verbum dei. Dic ergo o christiane: dic quecūqꝫ fidelis aīa hanc deuotā mulierem imitando: ⁊ chrm̄ ac eius matrē benedicēdo: dic. btūs vē ter virginis Marie qui te christū portauit: ⁊ vbera eius q̄ suxisti: vt ꝑ hanc ⁊ ꝯsimilē laudationē ac deuotiōis cultū et obsequiū: regnū cum christo ⁊ eius matre vbi laudare valeas percipias in eternū. Quia ꝟo in ista parte li. intē dimus agere de deuota reuerentia et collaudatione atqꝫ seruitute exhibenda ipsi benedicte virgini. Idcirco tria mysteria de hac materia hic notabimꝰ iuxta notata pre missa. scꝫ verba euangelij.

¶ Primū dicit mysteriū amorose affectionis.
¶ Secundū dicit mysteriū obsequiose deuotionis.
¶ Tertiū dicit mysteriū gratiose inductionis.

¶ Articulus primus ꝙ summā affectiōis ⁊ dilectiōis de uotionē debet hō habere ad beatā dei mrēm eāqꝫ lauda re ⁊ deuotissima ſuitute colere: vbi certe q̄stiōes soluunt.

Quantū ad primū mysteriū amorose affectionis quā debet homo habe re ad beatā virginē. Nota ꝙ licet ad plenum exprimere non possumus: tn̄ aliquantū elucidatur ex his questionibus. ¶ Prima q̄stio. Utrū hō magis obligat diligere dei matrē ⁊ deo ac ipsi laudes ⁊ grās agere ⁊ ob sequio deuoto deseruire vt pōt q̃ angelus. ¶ Secunda questio. Utrū btā virgo debeat venerari honoris et de uotionis cultu maiori q̃ ipsa crux christi. ¶ Tertia q̄stio Utrū hō teneat ipsam virginē btām magis amare q̃ se ipsum. ¶ Quarta q̄stio. Qualiter adoratiōis deuotione et affectione beata virgo debeat a fidelibus venerari.

(Margin: Prima q̄o — Scd̄a q̄stio — Tertia q̄stio — Quarta que stio.)

¶ Ad primū quesitū. Respōdet ꝑ ꝯclusionē affirmatiuā ꝙ scꝫ hō magis obligat deo ⁊ btē virgini q̃ angelus. Et declarat hoc rōnibus sumptis ex regula posita ꝑ beatū Grego. in Homel. de pontificibus dicentē. Quāto inqt crescunt dona: tanto ⁊ rōnes crescunt donoꝝ. Tanto er go ad seruiendū deo quisqꝫ promptior debet esse ex mu nere: quāto se obligatiorē fore cōspicit in reddēda ratiōe Hec Grego. Beata virgo Maria dei mater maiora do na exhibuit hoībus q̃ angelis: ergo hō magis tenet di ligere inquantū pōt q̃ angelus: qꝛ btā virgo suū natū fi lium dei exhibuit et angelis ⁊ hominibus: sed plus tripli citer hominibus q̃ angelis.

(Margin: Maria dei matꝫ maiora dona exhi buit hoībus q̃ angel tri pliciter.)

¶ Primo quia dignius.
¶ Secundo quia amicabilius.
¶ Tertio quia plenius.

(Margin: Prīo digniꝰ)

¶ Primo qꝛ dignius: eo ꝙ angelis exhibuit christum vt dn̄i: seruis ⁊ ministris. Uñ ps̄. Benedicite dn̄m omēs an geli eius ministri eius qui facitis voluntatem eius. Hinc Matth. iiij. Accesserūt angeli ⁊ ministrauerūt chr̄o. Sed hoībus btā virgo exhibuit chrm̄ deū in fratrē carnis ꝓ pinquitate ⁊ sanguinis. Et idcirco dn̄s Iesus post resur rectionē suā discipulis nūciando dixit Magdalene Ioā. xx. Uade et dic fratribus meis ⁊c̄. Dignitatē ꝟo hanc hō cōsecutus est vt sit frater dei ꝑ virginē in christi incarna tione vel nature humane vnione: quā angelus nō appre hendit. Uñ apl's. Hebre. ij. Nusqꝫ angelos apprehendit sed semen Abrae q̄ homo magis dignificatus est ꝑ virginē q̃ angelus: vtpote qꝛ hō frater: angelus ꝟo seruus dei. Propterea Bern̄. Puto inqt iam me spernere nō poterit deus os ex ossibus meis: ⁊ caro de carne mea. Benedicta Maria ꝑ quā talē fratrē habemus. scꝫ deū. Ad id legit ⁊ exemplū. Qꝛ cum quidā nō flecteret genua ad illud ver bum symboli. Ex Maria ꝟgine ⁊ homo factus est. Mox demon dedit ei alapā dicēs. O inquit si ꝓ me deus factꝰ foret homo: nō semel sed millesies quotidie genua flecte rem. ¶ Secūdo: qꝛ btā virgo exhibuit deū hoībus ami cabilius q̃ angelis. Nam angelis exhibuit tm̄ ad viden dum ⁊ respiciendū: iuxta illud. j. Pet. j. In quē scꝫ christū desiderant angeli ꝓspicere. Sed hoībus exhibuit nō so lum ad videndū: sed etiā ad gustandū corpus ⁊ sanguinē christi in sacramento eucharistie. Ioan. vj. Hic est panis qui de celo descendit: siquis mādūcauerit ex hoc pane vi uet in eternū. Denīqꝫ beata virgo christū deum exhibuit vt illuminatorē ⁊ redemptorē ac saluatorē hoībus ⁊ glo rificatorē. Angelis ꝟo non intantū amicabiliter: vt cla ret ꝯsideranti. ¶ Tertio: qꝛ exhibuit hominibus plenius deum q̃ angelis: etiā in patria vbi angeli vident christū deum tm̄mō simpliciter oculo videlicet sp̄uali. Sed ho mines dupliciter: qꝛ diuinitatē christi intuent oculo spiri tuali sicut angeli: ⁊ insuꝑ humanitatē eius corporali ocu lo. Unde Ioan. x. Per me ait saluator: siquis introierit saluabit: ingrediet scꝫ ad diuinitatis: ⁊ egrediet ad huma nitatis contemplationē: ⁊ pascua inueniet fruitionis bea te. Patet ergo ꝙ homo magis obligat deo ⁊ eius matri q̃ angelus deseruire: grās agere: laudare ⁊ benedicere: ac cultum deuotionis exhibere.

(Margin: Scd̄o ami cabilius. — Tertio ple nius.)

¶ Ad secundū quesitū. scꝫ An maior honor debeat exhiberi matri christi q̃ cruci. ¶ Respōdet sm Tho. iij. scripto sentētiarū. di. ix. q. iij. ar. ij. Et iterū in. iij. ꝑte summe. q. xxv. art. v. Et concor. Alex. de Ales. in. iij. ꝑte summe. q. xvj. Et Bonauen̄. sup iij. dist. ix. q. j. art. iij. ꝙ crux christi potest tribus modis cōsiderari. Uno modo inquantū est quedā res: ⁊ tūc ma ior honor debetur beate virgini q̃ cruci: quia crux christi ꝓut in se cōsiderat nullo modo est adorāda: eo ꝙ res est insensibilis: nec capax adorationis vel honoris: qꝛ reue rentia ⁊ honor nō debet nisi rōnali creature. Crux aūt est lignū vel sculptū vel pictū. Sed beata virgo sm seipam cum sit rōnalis est capax honoris qui est exhibitio reue rentie in signū virtutis: vt dicit Aristo. iiij. Ethi. ¶ Se cundo modo potest crux cōsiderari inquantū est quedā res christi vel ad christū pertinēs: que fuit cruentata eiꝰ sanguine: ⁊ sic debet ei honor adorationis. Unde Dama sce. in suis sententijs cap̄. de cruce dicit sic. Ipsum quidē preciosum lignū crucis venerabile: in quo seipsum ꝓ no bis christus obtulit: vt sanctificatū tactu corpis ⁊ sangui nis decenter est adorandū. Et hoc intelligit sm Tho. de hyperdulia. Sed Bonauen̄. dicit ꝙ cruci in qua christus pependit exhibet honor in obsequiū reuerētie: qui est ho nor venerationis: et etiā honor adorationis in testimo nium virtutis ⁊ famulatū complacentie. Crucem quippe illam christi veneramur ⁊ etiam adoramus: sed in hoc est differentia: quia honor venerationis ⁊ reuerētie exhibet cruci ipsi tanqꝫ instrumēto nostre salutis: sic et clauis ⁊c̄. quemadmodū reuerentiā exhibemus sacramentis: quia est in eis aliquo modo nostre salutis causalitas. Honor aūt adorationis offert ipsi cruci christi rōne crucifixi: ne mo em̄ intēdit ei placere vel aliquid impetrare ab eo: sed ei qui in ea affixus fuit: ⁊ sic debet ei. id est. crucifixo ado ratio latrie. Unde ecclesia crucē christi adorādo alloqui tur eaꝫ tanqꝫ rationalē ⁊ intelligentē di. O crux aue spes vnica hoc passionis tempore: auge pijs iusticiā: reisqꝫ do na veniam. Que tamen solius dei et domini Iesu est da re scꝫ veniam ⁊ iusticiā augere. Et ideo sic crucem adora mus non ratione sui: sed ad crucifixū intentionē referen do. Itaqꝫ loquēdo de cruce ipsa christi solū inquantū est cruentata et ad christum pertinens: adhuc maior honor debet matri christi q̃ cruci: tali ratione sm Thom̄. quia cum coniunctio ad christū sit causa honoris: vbi est ma ior coniunctio ad christū: ibi debet esse maior honor: sed cōiunctior est christo mater christi q̃ crux chr̄i: ergo ma ior honor debet matri. Secus si loquimur de cruce rōne crucifixi cui debetur latria: sed non matri: quia latria soli deo debetur: iuxta illud Deutro. vj. et Luc. iiij. Dominū deum tuū adorabis ⁊ illi soli seruies. scꝫ cultu latrie. Sed quia humanitas christi est cōiuncta diuinitati: ideo cruci fixo latria debet exhiberi. Unde Damasce. dicit. Adora tur caro christi cum incarnato deo verbo: non ꝓpter se ipsam quia creatura est: sed ꝓpter vnitam ei diuinitatem. Hec ille. Mater aūt christi pura creatura est licet excellē tissima: et ideo non debet ipsa latria adorari: sed hyper dulia. ¶ Tertio quoqꝫ modo potest crux christi conside rari vt est imago christi crucifixi repn̄sentans figurā chri sti extensi in ea: ⁊ hec potest esse in quacūqꝫ materia: puta lapidis: ligni: auri vel argenti ⁊c̄. Et vt sic scꝫ tanqꝫ ima go christi adoranda est eadem adoratione qua christus videlicet latria: quia vt ait Damasce. li. iij. Honor imagi nis refertur ad ꝓtotypum. id est figuratū: ergo idem est adorare imaginē et eum cuius est imago. Sicut ergo ip̄e crucifixus adorat adoratione latrie: ita eius imago in quantū repn̄sentat christū adoratiōe latrie adorat ꝓpter

(Margin: Scd̄a q̄stio an maior ho nor debetur matri christi quā cruci. — Crux christi tribꝰ modis considerari pōt. — Honor ado ratiōis rōne crucifixi.)

ipsum christū deum crucifixū. Unde sic maior est honor qui exhibet cruci: vtputa imagini christi q̄ȝ beate virgini: quia illi latria: huic hyꝑdulia debet. Unde christus adoratur vt deus in imagine crucifixi. Maria nō vt deus sed mater vera dei: et sic infra deum: tñ supra omnē creaturā verbo nō vnitā vnione ꝑsonali: hoc est sub christo super oīa alia creata.

Questio

Sed diceres. Nunquid igit peccant hi qui vident certe multomagis ꝛ deuotius beatam virginē in veneratione habere q̄ȝ chrm̄. Nam pleriq; deuotiores et promptiores sunt ad ieiunandū sabbatū in honorem virginis ꝛ vigilias festiuitatū eius. Et ad dicendū officiū virginis ampliori reuerentia q̄ȝ faciant in ieiunijs et officijs festiuitatū christi: et amplius feruēt in deuotione venerationis beate virginis q̄ȝ chr̄i.

Responsio

Respōdet ꝭm Antoñ. floreñ. in quarta ꝑte summe ꝙ tales magis ex simplicitate mouent q̄ȝ scientia: vnde licet nō deberet fieri: quia tñ ꝭm Damasce. honor matris in filium redundat: patiētiā habet chr̄s huius simplicitatꝭ: sane etiā credere possum⁹ ꝙ vult deus per suū spm̄sanctū inflāmare multos ad virginis matris deuotionē specialē: vt ꝑ eius merita salutē consequant: ꝛ alij eoꝝ exemplo ad deuotionem virginis inducant. Bonus quippe filius dñs Jesus vult honorari suam matrē deuotione ꝛ veneratione magna: quia ipse scit ꝙ quicq̇d impendit matri: non nisi ꝓpter chr̄m ex ea natum fit ꝛc̄.

Utꝝ plus teneat hō diligere Mariā q̄ȝ seipsum.

¶ Ad tertiū quesitū. scȝ Utrū plus teneat homo diligere virginē benedictā q̄ȝ seipsum. Responderi potest ꝭm Bonaueñ. sup. iij. circa dist. xxix. Et concor. Rodonenß. vt etiā habet in summa Astexana. ꝙ btā virgo Maria rōne dignitatis: gr̄e ꝛ conceptōis nobilissime: inquantū est mater dei est supra nos ꝛ supra omnē creaturam: licet ꝭm cōformitatē nature est iuxta nos tanq̄ȝ pura homo. Et quoniā dilectio respicit similitudinē: honor autē humiliationē: hinc est ꝙ dilectio eius generalit sub dilectione ꝓximi cōtinet: q̄ȝuis veneratio eius alijs ꝑponat: quia ei debet hyperdulia. Uerū tamen est ꝙ speciali affectu ab oībus ipsa diligi debet. Sed tamē quantūcūq; aliqua creatura magno affectu sit amanda per prius ipsa charitas ordinat animū ad diligenduȝ ꝓpriam salutem. Hec Bonaueñ. Unde patet quia eam tantū debemus diligere vt ꝓ eius amore inquantū est mater dei ꝛ ꝓpter testimoniū eoꝝ que sunt fidei. scȝ ꝙ est virgo immaculata et similiū: debemus nos morti exponere.

Questio q̄li deuotiōe debeat mat dei venerari.

¶ Ad quartū quesitū scȝ quali adoratione ꝛ deuotione debeat btā virgo venerari. Respondet ꝭm omniū theologoꝝ sentētiā super. iij. dist. ix. ꝙ adorationis tres distinguunt species. ¶ Prima dicit latria que deo debet. Est ergo latria reuerentia ꝛ seruitus deo debita rōne sue summe maiestatis et bonitatꝭ. Unde si creature exhibet honor deo debit⁹: est idolatria.

Latria dulia.
Hyperdulia

¶ Secunda dicit dulia: que debet creature inquantū est imago dei. Unde dulia est honor qui debet sanctis. ¶ Tertia dicit hyperdulia a grecis: ab hyper q̇ᵭ est supra: et dulia quasi superior dulia: ꝛ hec debet creature ꝑcellenti: sicut est caro chr̄i ꝛ anima eius. Nam humanitas chr̄i: si considerat inquantū se sola: debet ei hyperdulia. Secus si considerat vt cōiuncta diuinitati: quia sic debet ei latria ꝓpter vnitam diuinitatē. ¶ Deniq; vt patuit hyperdulia debet etiam ligno crucis in qua christus pepēdit: quia fuit instrumentū nostre redēptionis. Modo de beata virgine sciendū est ꝙ ipsa est persona sanctissima: ꝛ inquantū est mater dei est creatura excellētissima: et idcirco debet ei duplex honor. ¶ Primo quidē inquātū ipsa est persona sancta debet ei dulia. ¶ Secundo ꝟo inquantū est mater dei debet ei hyperdulia. Hec ꝭm Petrum Aureo. in suo compen. li. v. Unde ꝛ ecclesia eam excellentius venerat: quotidie officiū celebrans ꝛ ip̄am laudans in horis canonicis. Et plurimas festiuitas ꝑ annū ipsi scȝ beate virgini instituēdo ꝛ ordinando. Patet itaq; q̄ȝ amorosa affectione debet homo beatam virginē laudare et exorare ꝛ venerabiliter colere: quia citra deum et dominū Jesum chr̄m supra omnē creaturā: super oēs angelos: super oēs sanctos apostolos: ꝓphetas: martyres: confessores ꝛ virgines ꝛc̄. vtpote beatissimā reginam mundi: genitricem dei veri. O vere gl̄iosa domina excelsa sup sidera merito tibi seruire debet summo affectu oīs homo ꝛ cuncta creatura: quia qui te creauit ꝛ oīa sacro protulisti vtero: ꝓ cunctoꝝ salute ꝛc̄. Uere beato teste Hierony. in sermone de assumptione. Quicquid humanis potest dici verbis minus est q̄ȝ laus ꝛ dignitas tua mereat: nec sufficit lingua tuas enarrare virtutes. Felix vere es sacra virgo ꝛ oīi laude dignissima: quia ex te ortus est sol iusticie christus deus noster.

¶ Articulus secundus ꝙ sicut beata Maria ꝓ nobis obtulit christo domino sacrificia deuota obsequiorum cordis: oris: operis et temporis: ita et nos debemus Marie deseruire.

QUantum ad secundū mysterium videlicet obsequiose deuotionis: de qua ipsa beatissima laudat ꝛ beatificat in euāgelio: cum dicit. Beatus venter qui te portauit ꝛ vbera que suxisti. Uere beatissima ꝛ laude digna fuere hec deuota obsequia Marie dei filio exhibita videlicet chr̄m deum portare: parere: virgineo vbere lactare: casto amplexu fouere ꝛ enutrire ꝓ mundi salute. ¶ Aduertendū autē ꝙ ipsa beatissima virgo Maria ꝓ totius humani generis salute et beatificatione obtulit seipsam in ancillam et ꝓmptam famulam dei filio: cum ait. Ecce ancilla domini fiat mihi ꝭm verbum tuum (scȝ o angele dei Gabriel) vt scribitur Luc̄. j. Et ideo iure sibi vendicauit ꝛ obligauit ꝑ hoc totum genus humanū: vt sicut ipsa obsequiū deuotū et seruitium debitum exhibuit christo deo et seipsam totam in sacrificiū famulatus ꝛ obsequij deuotissime obtulit ꝓ generis humani redemptione ꝛ salute. Ita ꝛ quilibet homo debet vt tenet obsequia et seruitia deuota ipsi. scȝ virgini matri dei exhibere ꝛ seip̄m in sacrificio laudis et cultus deuotissimi offerre.

Maria q̄druplici sacrificio seipsā obtulit in seruitiū ꝛ obsequium deo ꝓ humano gñe.

¶ Notandum ꝟo est ꝙ gl̄iosa virgo Maria quadruplici sacrificio seipsam obtulit in seruitiū ꝛ obsequiū deuotū ipsi chr̄o deo nostro ꝓ generis humani salute. Propter q̇ᵭ ꝛ nos homines debem⁹ ei quadrupliciter deseruire: deuotoq; obsequio et cultu sacrificare. ¶ Primo quidē deuoto sacrificio vel obsequio cordis. ¶ Secūdo sacrificio et obsequio oris. ¶ Tertio totius corporis. ¶ Quarto totius tꝑis vt patebit ꝓsequēdo.

Plena fi

¶ Primo itaq; btā virgo seruiuit nobis in chr̄o: ꝛ ꝓ nr̄a salute seipsam obtulit deuoto sacrificio vel obsequio cordis ꝛ anime. Et hoc multipliciter. ¶ Primo quidē plena fide credendo in chr̄m dei filium: de qua dixit Elizabeth Lu. ij. Beata que credidisti: quoniā ꝑficient in te que dicta sunt tibi a domino. Ut nempe testat Augus. nisi Maria credidisset et prius fide chr̄m concepisset: nequaq̄ȝ in ventrē suscipe potuisset. Unde ꝑ fidem de corde mundo seruiuit Maria: qua filium dei suscipere pro mundi salute meruit. Deniq; tꝑe passionis chr̄i in ea sola fides ꝑman sit: quia fugiētibus discipulis ipsa stetit iuxta crucē. Joā. xviij. Et quia mūdus simul cepit esse cum fide mediatoris: quoniā Adam dixit. Hoc nūc os ex ossibus meis ꝛc̄. vbi apostolus dicit Ephe. v. Sacramentū hoc dico magnum in christo ꝛ ecclesia: ꝓpterea mundus simul etiam finiet cum fide. Lu. xviij. Cum veniet filius hominis putas inueniet fidē in terra. q. d. non. Unde nisi tꝑe passionis christi ꝑmansisset fides in beata virgine: mūdus tūc finitus esset. O igit felix dei mater: o benignitas ꝟginis que sua fide mundū tenuit: sua fide munduȝ seruauit: sua fide christū cōcepit ꝛ ꝓtulit mundo: ꝛ sua fide discipulos christi ꝛ oēs ꝑ consequēs nos a damnatione liberauit.

Scđo firma spe ꝯsentiendo.

¶ Secūdo seruiuit Maria ꝓ nobis christo firma spe cōsensum deo ꝑbendo: salutē quoq; hoīm sperando in fide christi ꝓfuturā. Unde dicit angelo Luce. j. Fiat mihi ꝭm verbum tuum. Deniq; ipsa sola spes remansit in tempore passionis christi: qua sperauit certitndinaliter christū resurrecturū: vt dicit Augusti. quoniā aūt ꝑ fidē Marie et consensum initiata est salus mundi: vt scȝ digna haberet suscipere saluatorē seculi: quem cōsensum ipsa in certa spe deo obtulit: ideo sua spe mundum virgo sibi obligauit.

Tertio ardētissima charitate.

¶ Tertio seruiuit nobis Maria de corde suo ardentissima charitate deum diligendo: ꝑ quā charitatē deum attraxit: et vt ita dicam diuinū cor vulnerauit: vt erga hominē summe dilectiōis beneficiū exhiberet in incarnatione et passione. Uñ ipsi virgini dicit deus Cant. iiij. Uulnerasti cor meum soror mea sponsa vulnerasti cor meū.

Et in huius signū cum ipsa patienti christo in cruce astaret: voluit postq̄ȝ iam mortuus esset christus deus vt p̄sente ipsa beata ꝟgine cor ⁊ latus chr̄i trāsfigereꝛ ab vno militū lancea ⁊c̄. Joā.xix. Nā cum chr̄s in hac trāsfixiōe nullā penam sustinuerit: vtpote quia iam obierat ⁊ corp⁹ mortuū non sentiebat: voluit tamē in signum amoris in corde vulnerari: vt hec pena fieret solius virginis mr̄is astantis: que tam vehemēs fuit in aīa eius ex doloris cōpassione ⁊ gladio: ⁊ tam sensibilis in corde citra mortem: quāta fuisset in christo corpaliter si supuixisset. Unde pre nimio dolore ipsam ilico obijsse credendū est: nisi diuino miraculo fuisset p̄seruata. Sic ergo in signū summi amoris quo vulneratū cor chr̄i attrahebaꝛ a vulnerato corde Marie ad passionē ⁊ generis humani redemptionē ex nimia charitate mutua voluit chr̄s coraȝ matre in corde vulnerari: vt cor maternū amore christi languidū ⁊ trāsfixum declararet: ⁊ quantū charitas chr̄i ⁊ eius mr̄is nobis ad salutē ꝓfuerit demonstraret: quia vicȝ deus nos homines p̄cipue ꝓpter suam matrē quā de nostro genere elegit diligeret: ꝓ eius amore principalius ac ex consequenti ꝑ ipsam nos redimeret. Ideo ipsa ait illud Eccli. xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectionis.i. diuine ⁊ agnitionis et sctē spei ⁊c̄. ¶ Quarto seruiuit nobis Maria de corde intime cōdolēdo ⁊ compatiēdo chr̄o passo: quia ei⁹ animā doloris ꝑtransiens ꝓ nobis gladius immolauit. Unde Chrys. in ser. de passione dicit sic. In passione chr̄i duo videbanꝛ altaria. Unū in pectore Marie. Aliud in christi corpe: chr̄s carnē ꝓ nobis ⁊ sanginē: Maria immolabat animā. Optabat quidē ipsa cum chr̄o sanguinē suū fundere et corpali morte redēptionis cōsummare mysteriū. Sed hoc solius summi sacerdotis.i. chr̄i erat priuilegiū: vt nos de sanguine suo in sancta inferēs redimeret. Cooperabaꝛ tamē plurimū ꝫm modū suuȝ ad ꝓpitiandū deū. Ille maternus affectus ꝙ mater peteret: filius ꝓbaret: pater donaret. Filius em̄ scȝ de cruce ad pectus ⁊ vbera matris supplicātis. Pater ꝟo ad crucē ⁊ vulnera chr̄i interpellantis respiciebat: et sic salus videlicet hominis patre ꝓpitiante fiebat. Hec Chrys. ¶ Quinto seruiuit nobis Maria deuoto corde nostrā redēptionē desiderādo ⁊ ꝓmouēdo. Ex quo desiderio ꝓpriam animā doloris gladio vulnerandā obtulit: vt patuit. Et insup ꝓ toto mundo summe dilectū vnigenitū ꝓ nostris sceleribus morte et sanguinis effusione satisfaciendū obtulit hostiam ⁊ oblationem suauissimā deo patri qua maius ꝓ nobis dare non potuit. Unde Apocalip.j. scribiꝛ. Dilexit nos scilicȝ christus ⁊ mater eius: ⁊ lauit nos. scȝ ipse Jesus a peccatis nostris in sanguine suo. scȝ de virgine mr̄e sumpto. Deniq̄ȝ p̄terea btā virgo Maria deuotissimo corde protulit nobis in suo p̄dulci chr̄o nato panem celestē ⁊ potum vite eterne.i. corpus et sanguinē chr̄i in sacramēto quo pascimur ad salutē eternā: dicente saluatore Joan.vj. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis meus vere est potus: q̇ mārducat meā carnē et bibit meum sanguinē habet vitā eternam. ¶ Sexto seruiuit nobis Maria de cordis ⁊ anīe sue potentijs: videlicet memoria: intellectu: voluntate ⁊ cogitationibus: oīa ad salutē nostrā necessaria mysteria hauriendo: conseruādo: conferendo ⁊ manifestando. Unde Luce.ij. Maria conseruabat omnia verba hec conferens in corde suo. Conseruabat inquā in mente: vt postea tempore suo manifestaret apostolis ad p̄dicandū per mundū ꝓ salute hominū oīa mysteria fidei chr̄i: sicut exponit Beda. ¶ Septimo seruiuit nobis Maria de corde ꝓfunda humilitate: deum inclinando ⁊ mitigādo erga genus humanū: vt ꝓ eoꝝ salute humanareꝛ. Unde Augu. in sermo. de assumptiōe dicit sic. O vere beata humilitas Marie que deum hominibus peperit: vitam mortalibus edidit: celos innouauit: mundum purificauit: paradisum aperuit: animas ab inferis liberauit. O vere gl'iosa Marie humilitas que porta paradisi efficiꝛ: scalā celi costituitur: per qua descendit deus ad terras. Hec ille. Ecce sacrificia Marie. Debemus itaq̄ȝ et nos deuoto obsequio Marie deseruire de corde. ¶ Primo offerendo ei veram fidem qua ꝓfiteamur eius virginitatē in ↄceptu ⁊ partu ac post partū. Et quicq̄d credit sancta ecclesia: quia sine fide impossibile est placere deo: vt testaꝛ aplūs Hebre.xj.

Quarto cōpatiendo.

Quinto desiderando redemptionē.

Sexto cordis ⁊ aīe sue potentijs.

Septio humilitate.

¶ Secūdo debemus offerre spem vt confidam⁹ de pietate ⁊ virtute ac potestate eius: quia in ipsa oīs grā vie et veritatis: oīs spes vite ⁊ virtutis. Eccli.xxiiij. Ideo canit ecclesia dicens. Salue regina mis'cdie vita dulcedo et spes nostra.i. nostre salutis. ¶ Tertio debemus charitatē: vt quilibet catholicus dicere possit illud Sapien.j. Super salutē ⁊ speciem dilexi eam. Et certe diligenda est Maria vt rediligat nos: q: ipsa dicit Prouer.viij. Ego diligētes me diligo. Unde Cant.j. Recte diligunt te. Oēs igiꝛ iusti debēt eam diligere. ¶ Quarto debemus compassionis deuotionē ⁊ pietatē recordando de chr̄i doloribus ⁊ matris eius meroribus. Unde Eccli.vij. Honora patrē tuū. scȝ deum: ⁊ gemitus matris tue. scȝ Marie: quē habuit sub cruce christi: ne obliuiscaris ⁊c̄. ꝓpter qđ consuliꝛ a deuotis: vt homo quolibet die saltē.xv. Pater noster: et.xv. Aue maria dicat: ⁊ oret ꝓ christi passione et eius mr̄is compassione. Et ꝫm ꝙ dicit Ludolphus li. de vita christi ⁊ asserunt deuoti: sic faciēdo ꝑ annū: cuilibet vulneri christi cedit vnū Pater noster. quasi pro annua pēsione. Et ↄtinuādo.xv. annis cedit cuilibet gutte sanguinis chr̄i vnū scȝ Pater noster. Nā vt scribiꝛ in metro. Septuagintaq̄ȝ quatercent milliaq̄ȝ. Tot ferꝛ christus pro nobis vulnera passus. Et in anno tot consimiliter pater noster resultant ex quotidiano q̄ndenario. ¶ Quinto debemus beate virgini deuoti cordis desiderium ⁊ pleno animo seruitio ipsius nos mācipare. Eccli. vj. In oī animo tuo accede ad illam: ⁊ in omni virtute tua conserua vias eius: ⁊ inuestiga illam. scȝ orando ⁊ studendo: p̄dicando et laudando. Et subditur. Decor enim vite est in illa. scilicet grē in p̄senti: ⁊ glorie in futuro. Et vincula illius. id est seruitia quibus ad sua obsequia nos constringimus alligatura salutaris: eo ꝙ trahunt ad salutem ⁊ extrahūt de peccatis. Hec ibi auctoritas. ¶ Sexto debemus iugi ⁊ freq̄ēti memoria: cogitatu ⁊ intellectu beneficia nobis ab ipsa impensa reuoluere: et mentis oculū ad eā dirigere et conferre ac ↄtractare de his q̄ ad eius ꝑtinent gl'iam ⁊ honorē: q: vt diciꝛ Sap.vj. Cogitare de illa sensus est cōsummatus: ⁊ q̇ vigilauerit ad illā cito erit securus. Unde Ans. Assidue rogāda est Maria vt et cōgratulatio btitudinis eius sit semp apud nos: ⁊ compassio miserie nostre semp sit apud eam. Hec ille. ¶ Septimo debemus btē virgini deuoto corde humilē reuerētiam: ne videlicet corā oculis suis aliquid mali cogitare aut sentire audeamus: ne forte oculos sue mis'cdie purissimos a nobis auertat: q: vt scriptū est. Abacuch.j. đ filio et matre. Mundi sunt oculi tui: ⁊ ad iniq̄tatē respicere nō poteris. Sed debemus humiliter timere ne ipsam offendamus: q: p̄ceptū est. Leuit.xix. Unusquisq̄ȝ patrē suū.i. deū et matrē suā.i. beatā Mariā timeat. Sicq̄ȝ humiliter ipsam debemus reuereri: caput discooperiendo: genuq̄ȝ flexo adorando sicut boni famuli ⁊ ancille faciunt domine sue regine. Unde abbas Eckebertus di. Creatoris inq̄t matrē omnis creatura magnificet: ⁊ eius regie maiestati se inclinent celum ⁊ terra ⁊ oēs qui habitant in eis. Hec ille. Et sic claret quomō de corde debeamus deuotū obsequiū sacrificare beate virgini.

Que obseq̄a teneꝛ hō offerre virgini Marie.

¶ Capitulū.ij. qualia seruitia vel sacrificia exhibuit Maria de ore.

Secundo principaliter vt p̄misi beata virgo deuote seruiuit ⁊ obsequiū ꝓstitit chr̄o ꝓ toto genere humano in sacrificio oris. Sunt aūt septē p̄cipua sacrificia oris offerēda deo a genere humano: iuxta illud ps̄. Septies in die laudē dixi tibi super oīa iudicia iustificationis tue. Septies ait dixi.i. septē sacrificia oris obtuli sup oīa iudicia tua.i. oīa alia sub hec septē cōphendēdo. Sūt aūt hec septē p̄cipua sacrificia oris q̄ eliciunꝛ ꝑ ordinē ex cantico virginis Magnificat. ¶ Primū est magnificatio. scȝ dei: de qua ps̄. Magnificate dn̄m mecū ⁊ exaltate nomen eius idipm̄. Hoc fecit. Maria in oris sui sacrificio: cū ꝓ incarnatiōe dei magnificauit deū dicēs. Magnificat aīa mea dn̄m: ꝓpter qđ homo debet ipsam magnificare ⁊ superexaltare ac glorificare pre alijs sanctis: qđ facit ecclesia canendo. Sancta inq̄t et immaculata virginitas quibus te laudibus efferā.i. extollā nescio: quia quē celi cape nō poterant tuo gremio

Septē sacrificia oris offerēda deo a genere hūano eadē maria obtulit.

contulisti. ¶ Secundũ sacrificiũ oris deo exhibendũ obsequiose et deuote est iubilosa dei laudatio: de qua Ps̄. Libera me de sanguinib⁹ deus deus salutis mee: ⁊ exultabit lingua mea iusticiã tuam: exultabit. id exultant' laudabit. Unde subdit. Dñe labia mea aperies ⁊ os meũ annũciabit laudem tuã. Hoc fecit Maria cum ait secũdo versu Et exultauit spũs meus in deo salutari meo. Debem⁹ igitur ⁊ nos homines Mariã exultãter cum suo filio ⁊ in filij operibus vicȝ nostre salutis laudare exultãter. Unde canit ecclesia. Tu scȝ virgo Maria regis alti ianua ⁊ porta lucis fulgida vita data p virginẽ gentes redẽpte plaudite. scȝ in voce exultationis. Unde idem Ps̄. Uiderunt omẽs fines terre salutare dei nostri. scȝ in q̊ spũs Marie exultauit cum dicit: in deo scȝ salutari meo: subdit. Jubilate igit' omñis terra: cantate ⁊ exaltate ⁊ psallite. ¶ Tertium sacrificiũ oris est confessio que fit. ꝓpriã humilitatẽ confitendo: et cum quis hominũ habet peccata fatendo in cõfessione corã sacerdote: sic quoq; diuinã iusticiã que peccatũ nõ relinquit impunitũ cõmẽdãdo: sicut faciebat sctũs Esdras: vt patet lib. eius pri. ix. capi. cum dicebat. Domine deus meus cõfundor ⁊ erubesco; faciẽ meã leuare ad te: qm̃ iniqtates nostre multiplicate sunt nimis sup caput nostrũ ⁊ creuerũt vsq; ad celum. Et infra. Domine deus israel iustus es tu. scȝ in puniendo nos ꝓ peccatis. Sic ⁊ Manasses sua pctã confitebat' ⁊ deum iustũ in iudicijs suis quibus ipm affligebat cõmendabat. ij. Paralip. vlti. Sed q: btã virgo Maria nunq̃ȝ peccauit: tamẽ vtiq; hoc genus laudis de sua humilitatis cõfessione exhibuit deo ꝓ nostra salute: cum dixit. Respexit humilitatẽ ancille sue: ecce em̃ ex hoc btãm me dicent omẽs generatiões. O mira humilitas Marie ⁊ virtuositas: q: cum esset sanctissima ⁊ omniũ virtutũ plena non loquit' de alia virtutis plenitudine q̃ȝ de humilitate quã respexit dominus. Debemus ergo et nos in obsequio virginis confessionẽ facere deo ⁊ ipsi peccata nostra ꝯfitendo precipue in eius laudibus preparãdo ad eius festa. Unde in cõmuni confessione quotidiana solet eccl'ia dicere. Confiteor deo oĩpotenti ⁊ beate Marie virgini ⁊ omñibus sanctis. q. d. cõfitens sic fateor pctã mea corã deo ⁊ btã virgine: vt ipam landem ⁊ ipsa intercedat pro me ⁊c̄. ¶ Quartũ sacrificiũ oris est gratiarũactionis qđ obtulit Maria cum in cantico subiunxit. Quia fecit mihi magna qui potẽs est ⁊c̄. Debemus et nos ergo deo gratias agere: ⁊ beate virgini pro beneficijs nobis impensis per ipsam. Unde Aug. ait. O beata Maria quis valeat tibi digne iura gratiarũ et landum preconia impendere: que sola succurristi mnndo perdito. q. d. nullus. ¶ Quintũ sacrificiũ oris est benedictio. scȝ diuini nomnis: iuxta illud Ps̄. Benedicite omñia opera domini dño ⁊c̄. Hanc fecit Maria ꝓ genere humano gr̃as agendo in cantico cum subiunxit. Qui potens est et sanctũ nomẽ eius. Ecce nomen domini benedicit: cum sanctũ ⁊ potissimũ edicit. Debemus ergo ⁊ nos benedicere deum ⁊ matrẽ eius Mariã: ac nomina eorum: sicuti et ecclesia solet in fine horarum dicere. Benedictũ sit (inquit) nomen domini nostri Jesu christi: ⁊ nomẽ virginis Marie in eternũ ⁊c̄. Et certe per hec benedictionẽ a deo ⁊ matre eius consequemur: quod probatur tali ratione. Si em̃ Abrae dixit deus. Benedicam benedicentibus tibi: ⁊ maledicã maledicẽtibus tibi. Geñ. xij. Et etiã Jacob dixit Geñ. xxvij. Qui maledixerit tibi: sit ille maledictus: ⁊ qui benedixerit tibi: benedictionibus repleat'. Hoc dixit p os sancti Jsaac patriarche spũsanctus: quãtomagis ista credenda sunt de beata virgine ⁊ eam bñdicentib⁹. Deniq; angelus Gabriel eã benedictã pronũciauit dicens. Bñdicta tu in mulieribus. Et similiter sancta Elizabeth in visitatione: ⁊ hoc celebre nomẽ angelus in eccl'ia: et specialẽ gr̃am prophetie Elizabeth consecuti sunt: vt patet in euangelio Luce. ij. Ergo sequit' q' qui eã benedicunt a deo ꝓmerebunt' bñdictionis participationem. Juxta illud ps̄. Bñdicẽtes ei hereditabunt terram. Maledicẽtes autẽ disperibunt: vt sunt heretici: blasphemi: pagani ⁊c̄. ¶ Sextũ sacrificiũ oris dicit' oratio: iuxta illud ps̄. Sacrificiũ laudis honorificabit me illic. id est in laude orationis iter. scȝ ad patriã quo itinere ostendã salutare dei. id est filiũ dei ⁊ matrẽ eius p quã operatus est

Sextũ orõ.

deus pater salutẽ in medio terre. Hoc sacrificiũ orõnis subiunxit btã virgo ꝓ psona generis humani di. Et misericordia eius a ꝓgenie in progenies timẽtibus eum: quia in orõne miscđia dei petitur: que omñib⁹ mediãte Maria que est mr̃ miscđie prestat' timẽtibus deũ. Itaq; debem⁹ et nos hoc sacrificiũ offerre deo ⁊ matri ei⁹. id est exorationis interpellationẽ: ꝓpter qđ in huius signũ eccl'ia in letania sanctorũ tribus vicib⁹ interpellat Mariã vt oret pro nobis. ¶ Primo dicit: sancta Maria ora pro nobis. ¶ Secũdo dicit: sancta dei genitrix ora ꝓ nobis. ¶ Tertio dicit: sancta virgo virginum ora ꝓ nobis. Et hoc ad significandũ q' corã sancta trinitate ipsa habet ius ⁊ potestatẽ ꝓ nobis impetrandi: ⁊ ideo eam debemus exorare in oĩ necessitate. Hinc Beda ait. Exorãda est clemẽtia saluatoris iugiter: vt beate matris ei⁹ memoriã dignos nos faciat venerari: scȝ ꝓ miscđia consequenda. ¶ Septimũ sacrificiũ oris est mirabiliũ dei enunciatio seu p̄dicatio: de qua ps̄. Confitemini domino ⁊ inuocate nomẽ eius: narrate omñia opera et mirabilia eius ⁊c̄. Hoc sacrificium fecit Maria in reliquis cantici versibus vsq; in finem di. Fecit potentiã in brachio suo: dispersit super. ⁊c̄. Deposuit potentes de sede ⁊c̄. Esuriẽtes impleuit bo. ⁊c̄. Suscepit israel. scilicet humanã naturã assumendo ex gẽte israel: recordatus miscđie sue. Sicut locutus est ꝓmittendo ad Abraã ⁊c̄. Debemus ergo et nos predicare et enunciare mirabilia dei opera facta in beata virgine pro nostra salute: vt q' deum in beato ventre portauit: lactauit virgo peperit ⁊ similia. Unde et ecclesia tales laudes in honore virginis frequẽtat in officio: dicens. Quẽ terra pontus ethera colunt: adorant: predicant trinã regentem machinã claustrũ Marie baiulat. Cui luna sol ⁊ omñia deseruiunt p tẽpora: perfusa celi gr̃a gestant puelle viscera ⁊c̄. Et sic patet.

¶ Capitulũ. iij. quomodo beata Maria sacrificiũ seruitutis exhibuit christo de corpore pro nobis.

Maria sacrificiũ seruitutis exhibuit chr̄o de corpore pro nobis.

Ertio beata virgo seruiuit christo ꝓ nobis de sacrificio ⁊ obsequio totius corporis vt claret per singula membra discurrẽdo. Nam de auditu nobis seruiuit quando angelicã salutationẽ suscepit pro christi incarnatione. De oculis: pro nobis lachrymando ex pietate in passionib⁹ christi: quia cũ flente christo in ista valle miserie et ipsa flebat. Et etiã q: cõpatiẽs humane nostre captiuitati deum cum lachrymis pro liberatione generis humani exorabat. Nunc quoq; seruit q̃tidie intuẽdo nostras necessitates materno oculo vt fidelissima aduocata subuenire parata. Itẽ de naso nobis seruiuit quãdo in locum fetidũ montẽ. scȝ caluarie vbi erant plura cadauera ꝓ nostra salute ascendit: et sub cruce stetit: atq; cum filiũ de cruce depositũ suscepit: et in oscula ruens faciem eius sputis feditis iudeoꝝ maculatã extersit: ⁊ sic fetorẽ sputoꝝ sustinuit. Item de labijs ⁊ lingua seruiuit: cum dixit. Ecce ancilla domini: ⁊ iterũ gr̃as agens. Magnificat (inquit) anĩa mea dñm. O q̃ȝ suauissima: o q̃ȝ vtilissima fuerũt nobis virginis labia ⁊ lingua q̃ tam efficacia protulerunt verba: vt mox deus in vterum eius descẽderet et nos saluaret. Uere fructuosissimũ verbum Maria quod sanauit vna prolatione consensus totum genus humanũ: cum ait. Fiat mihi ƀm verbũ tuum. Deniq; quotidie nobis seruit Maria in celo: labijs ⁊ lingua intercedendo. Item de dẽtibus nobis seruiuit: quãdo ipsi sui dentes candidi et eburnei more nutricis masticauerunt cibum paruuulo Jesu: qui datus est nobis in cibum vite ⁊ redemptionẽ. Item de collo et gutture seruiuit quando christũ filium collo materno pendentẽ amplexãdo gestauit. Et ꝯsimiliter de brachijs ⁊ humeris qñ christũ portauit in egyptũ: vel quãdo reduxit de egypto. cum em̃ iam pro tunc christus erat etatis aliquantulũ puecte: vtpote septẽ vel octo annoꝝ ƀm historias: ꝓfecto cum tam longũ iter non cõueniat tali puero peragendũ: sed materno est brachio reportatus: credit' ƺ q' non parũ fatigiũ habuerũt brachia Marie in supportãdo christum tanto itinere: sed omẽ tale dulce ei erat p̄ filij dilectione et zelo salutis humane. Itẽ de manibus seruiuit chr̄m balneãdo: puerũ alligãdo: ⁊ tunicã sibi faciendo de vberib⁹ virgineo lacte alẽdo. De pectore intima dilectiõe astrins.

gendo ⁊ fouēdo. ¶ Itē de sanguine ministrādo partē pu rissimā: de q̄ formaret spūssanctus chr̄i corp⁹ alimentum nr̄e salutis. Deniqꝫ de viscerib⁹ ⁊ vtero chr̄m nouē mensi bus portādo. Vn̄ canit eccl'ia. Beata viscera Marie ꝟgi nis que portauerūt eter. pa. fi. Sed ⁊ de pedib⁹ seruiuit fi liū portādo ⁊ in triduo reqrēd. Ecce q̄ ꝑ nr̄a salute bea ta virgo seipām in obsequiū chr̄i deuote sacrificauit ⁊ im pendit. Idcirco ꝓpter hmōi seruitia videt̄ ip̄a petere mer cedē a nobis ꝑ ꝓphetā Zach. ix. ca. di. Si bonum videt̄ i ocul' vr̄is afferte mercedē meā. Si nō: q̇escite: scꝫ vt saltē malū ꝑ bono: ⁊ odiū ꝑ dilectōe: nō repēdatis offendēdo: Debem⁹ ḡ charissimi ꝑ mercede seruitutꝫ beate ꝟginis re pendere seruitutē: vt scꝫ singula nostra a peccato coercē do mēbra: offeram⁹ in eius honorē caput inclinando ad adorandū: oculos ad deuotas lachrymas in exaratione eius fundendū: auditū ad audiendū gratāter ei⁹ laudes ⁊ p̄dicatiōes. Vn̄ Bern̄. dicebat. Nil ita me delectat sicut de Maria audire sermonē. ¶ Itē offeramus nasum pau peres fetidos ꝑ amore virginis visitādo: os ⁊ guttur vi gilias festiuitatū eius ⁊ sabbatū diē ieiunādo: linguā lau dādo: pectus sincere amādo: manus ad paupes extēden do: ⁊ quicquid ad cultū btē virginis ꝑtinet faciēdo: vt ei⁹ imagines ornādo: luminaria p̄parādo ⁊ silia: atqꝫ pedes nostros offeramus: in honorē eius eccl'ias sub noīe eius visitādo. Nam reuera vt scribit̄ Eccl'i. vj. Exiguū in ope eius laborabis: ⁊ cito edes de generationib⁹ illi⁹. q. d. mo dic⁹ labor respectu fruct⁹ sue seruitutis. Et Prouer. viij. Beatus hō qui audit me. i. obedit mihi: ⁊ qui vigilat obse quendo ad fores meas quotidie: qui me inuenerit. inueni et vitam: ⁊ hauriet salutē ⁊c̄. Deniqꝫ debem⁹ etiā charissi mi quotidie benedicere singula membra Marie quib⁹ ser uiuit christo: vt in singulis membris reportem⁹ benedi ctionem ab ea. Et hoc facere debemus deuote ꝑ singula salutando salutatiōe angelica corā imagine virginis ge nuflectendo: ⁊ post salutationē dicendo. O gl'iosa virgo dei mater adoro ⁊ benedico te ⁊ om̄ia tua sanctissima mē bra quibus ꝑ nostra salute seruiuisti dn̄o Iesu christo. Si cut dictabit deuotio magis q̄ꝫ sermo. Dicunt em̄ qui exꝑ ti sunt: ⁊ testant̄ qui a viris sanctis audierūt ꝙ vix pōt in ueniri modus alius deseruiendi virgini per modum quo tidiane pensionis qui tantū cōplaceret sicut modus pre fatus.

Bernardus.

¶ Capl'm. iiij. quō btā Maria exhibuit se ꝑ nobis chr̄o in obsequiū toto tpe.

Maria exhibuit se p nobis i obsequium omni tpe.



Quarto vt premisi obsequiū deuotiōis ꝑ nobis obtulit beata virgo ip̄i christo de toto tpe: q̄ vicꝫ totum tp̄s vite expendit ip̄a beata virgo in sericio dei ⁊ ꝓmotione salutis humane orā do: ꝯtemplando: laborādo: ⁊ quicquid faciendo. Et ꝓnūc ip̄a in celo vsqꝫ ad finē mundi nō desinit seruire multipl'r nobis miserrimis ⁊ indignissimis pctōribus intercedēdo ⁊ aduocando: licet id capere mens humana non sufficiat: nec lingua enarrare valeat. Et ꝓpterea debem⁹ nos qui om̄i tpe deseruire non possum⁹: saltē certis tpib⁹ ei⁹ obse quio: mācipare nosip̄os: vt saltē ad eius festa solnenizan da debite p̄paremur ꝑ pniam. ꝯtritionē ⁊ ꝯfessione. Sci endū q̄m non nisi ꝑ ip̄am habet redire hō ad festū eterni gaudij. Unde Eccl'i. xiij. A luna signū diei festi. Naꝫ luna est Maria: dies festus: dies eternitatis. Hinc Naum. j. Ce lebra iuda festiuitates tuas: ⁊ redde altissimo vota tua. Iudas confitens interp̄tatur: ⁊ significat fidelem ppl'm cui iubetur vt celebret festiuitates: scꝫ chr̄i ⁊ marie ac sctō rū. ⁊ dicit. festiuitates tuas. i. ad cōmodū tuū institutas. Deniqꝫ debemus in qualibet hebdomada saltem vno die specialius beate virgini deseruire: ⁊ hec ꝯuenientissime est dies sabbati quā ecclesia specialissime deputauit btē virgi ni. ¶ Si querit̄: quare dies sabbati p̄cipue sit ꝯsecrata be ate ꝟgini? Rn̄det̄ ꝙ plures sunt cause. ¶ Pria ꝓpt recor dationē martyrij ꝟginis ⁊ ei⁹ meditatiōis. Sicut em̄ pro chr̄i passione ꝯsecrata est dies veneris: ita ꝑ mr̄is cōpas sione succedēs dies sabbati q̄ mediat inter dn̄icā diē resur rectiōis ⁊ diē passiōis chr̄i: eo ꝙ btā ꝟgo maria nr̄e salutꝫ est mediatrix. ¶ Scd'a causa ꝓpter stabilitatē fidei q̄ in ista die in ip̄a sola ꝑmāsit: discipulis cunctis scandalū pa tientibus ex morte ⁊ passione chr̄i Iesu. ¶ Tertio huius

Dies sabbati Marie cōsecrata

ratio: quia vt refert̄ in miraculorum historijs etiam Ans el. tali die multotiens legit̄ beata virgo miracula fecisse: ⁊ beneficia peccatorib⁹ p̄stitisse. Nam et apud grecos. Cō stantinopoli fuit quedam imago beate virginis. an̄ ip̄am quoqꝫ velamen pendēs quod miraculose a nona sexte fe rie diuina virtute se aperiendo recedebat: ⁊ post nonā sab bati redibat. Cuius hec ratio: vt scꝫ ostenderetur ꝙ pre cipue tali die beate virginis facies pctōribus orantib⁹ in tendebat. Propter q̄d greci illum diem solennē duxerūt. Deinde ꝯsuetudo illa ad latinos transiuit quantū ad hoc vt vicꝫ illa die specialis honor beate virgini exhibeat̄. O igit̄ om̄es eam veneremur ⁊c̄.

Miraculum Constātinopoli.

¶ Articulus. iij. ꝙ quilibet fidelis inducit̄ ad deuote ser uiendū Marie. xij. rōnibus.

Quantum ad tertium myste

rium principale. scꝫ gratiose inductionis. No ta ꝙ ſm numerum. xij. stellarum in corona ca pitis beate virginis descripta Apocal'. xij. possum⁹ ad p̄ sens distinguere. xij. p̄cipuas rōnes que inducunt vnum quemqꝫ fidelem ad deuote seruiendum beate virgini ⁊ co lendum maxima veneratiōe ip̄am tanq̄ꝫ gl'iosissimam celi reginam. ⁊ ordinare possum⁹ has rōnes in tribus quater narijs. Nam primus rationū quaternarius accipitur ex parte dei. Secundus ex parte ip̄ius virginis benedicte. Tertius ex pare hominum

Quilibet fidelis iducit ad d'uote seruiēdū marie xij. rōnib⁹.

¶ Prima rō diuine p̄ceptionis
¶ Scd'a diuine actiōis
¶ Tertia diuine redundatiōis
¶ Quarta diuine gl'ificationis
¶ Quinta rō dignitatis
¶ Sexta rō pietatis
¶ Septima rō auctoritatis
¶ Octaua rō officiositatis
¶ Nona rō recompensatiōis
¶ Decima rō recupationis
¶ Undecima rō acquisitiōis
¶ Duodecima rō celestis remuneratiōis

valeat n̄ra salus ⁊ q̇cq̇d optamus. ¶ Primo inquā: quia
Maria habet maximū posse in curia celestis regis. Tum
ꝓpter parentelaȝ ⁊ cognationem: quia est mater regis: ⁊
ꝯ nil pōt ei denegare: iuxͣ illud. iij. Regū. ij. Pete mr̄ q̄δ
vis: neq̄ѯ em̄ fas est vt auertā faciem meam. Tum etiā ꝓ-
pter complacentiā ⁊ dilectionē: quia ip̄a beata virgo pre
omnibꝰ beatis ⁊ creaturis diligitur a rege christo. Tum
deniq̄ѯ ꝓpter obsequia ⁊ seruitiorū exhibitionem: q² cum
apud regē aliquē multū possunt ⁊ merent̄ qui multa serui
erunt sibi: sed Maria sup oēs gratissima ⁊ plurima serui-
tia impendit chr̄o. Hinc Ansel. de concep. virginali cap̄.
xv. dicit. Scimus beatā virginem tanti esse meriti ⁊ gra-
tie apud deum: vt nil eorum que velit efficere possint aliq̄
tenus effectu carere. Hec ille. Fidenter ergo ⁊ secure pōt
homo de eius mediatione sperare: quia omnia potest.
¶ Scδo ip̄a btā ꝟgo habet summā prudentiā ⁊ scientiā:
vtpote illuminatissima: quia Maria illuminata interp̄ta-
tur ꝭm Hierony. ⁊ ideo scit nostri misereri: quia scit om̄es
Abigail ob[...] [...]it Dauid defectus nostros ⁊ ꝑicula ac necessitates. Scit insup deū
prudentissime inclinare ad miscδiam: ⁊ reconciliare: ac irā
eius auertere: ꝓpterea ip̄a figurata est per Abigail: que
scribitur fore mulier prudentissima: ⁊ occurrit velocit' ipsi

Sex genera munerū Dauid irato cū muneribus: eiusq̄ѯ irā mitigauit: ⁊ pruden
ter placauit ne occideret Nabal pessimum. j. Reg. xxv.
¶ Nota aūt ꝙ ip̄a prudētissima Abigail legit̄ sex genera
munerū obtulisse Dauid ira commoto: ⁊ sic eundē placa-
re studuit. Primo obtulit panes. Scδo vini vtres. Ter-
tio coctos arietes. Quarto sata polente. id est mensuras
vel modios accuratissime farine. Quinto ligaturas vue-
passe. Sexto massas caricarū: id est ficuum. Ita sp̄ualiter
hec prudentissima mediatrix ⁊ reconciliatrix nostra Ma-
ria sex genera offert allegando ⁊ intercedendo pro nobis
apud christum: qui significatur per Dauid: ⁊ dep̄cādo: ne
eterna morte nos pessimos peccatores occidat. ¶ Pri-
mo panem: id est carnem christi: que est panis vite. Joā.
vj. Unde intercedēdo dicit vel dicere potest Maria. Me
mento fili dilecte: quia carnem de me suscepisti quā multi
plicibꝰ passionibus exposuisti ꝓpter peccatores. ideo mi
serere penitenti. ¶ Secundo offert vinum: per quod sig-
nificat̄ sanguis chr̄i quē effudit ꝓ nobis in cruce: Unde ex
vino sanguis christi ꝯficitur in calice. ¶ Tertio offert ari
etes coctos: ꝑ quos significant̄ seruitia Marie in opibus
Miscδie circa chr̄m exhibitis: alendo: portando: fouēdo:
balneando ⁊c̄. Nam Aries miscδiam significat: quia sua
que habet. i. lanam: lac: ⁊ carnem in vsus hominū eroga-
re habet. Et signanter dicitur coctos arietes: quia om̄ia
seruitia Marie erāt decocta igne diuini amoris. ¶ Quar
to offert sata polente: id est dolorem ⁊ compassionē quā
sustinuit Maria cum christo. Sicut enim sata polente: id
est farina accuratissima est multum contrita ⁊ molita: ita
totaliter virginis anima fuit meroribus attrita in christi
passione. ¶ Quinto offert ligaturas vuepasse: per quod
significatur amoris dulcedo quo cor Marie fuit alligatū
⁊ vnitum per affectum maternum ip̄i dulcissimo Jesu.
¶ Sexto offert fleus: per quod significatur fides Ma-
rie formata. Sicut em̄ ficus habet plura grana ⁊ dulcem
humorē: ita fides debet habere ⁊ habuit in Maria multa
meritoria opera in dulcedine charitatis facta: al's fides
sine operibus mortua est in hoīe. Jacobi. ij. Sic ergo sa-
pientissime Maria ꝓ nobis per singula hec intercedendo
potest ⁊ scit obtinere deprecando ⁊ dicēdo. Memēto dul-
cissime fili Jesu: quia ego dedi tibi carnem et sanguinem:
quem effudisti in cruce pro peccatoribus: ¶ Item memē
to seruitiorum meoꝝ: ⁊ propter me saltem que sum mr̄ mi
sericordie miserere peccatori. ¶ Item memento doloris
⁊ compassionis mee sub cruce: necnon amoris quem ha-
bui ad te: et fidei ac omnium meritorum meorum: et pro-
pter me parce huic recurrenti ad me: ⁊ speranti peccatori
in me: et certe quomō credere potes: ꝙ mox christus eiꝰ
bonus filius non placetur taliter. Ecce ergo habet Ma-
ria scire: placare: ⁊ posse. ¶ Tertio quoq̄ѯ habet fideliter
velle et optare ex eius indita diuinitus pietate: vt nostri
misereatur. Idcirco Bernardus ait. Nō deest Marie po-
testas: quia mater est omnipotentie: nec impetrandi in-
dustria: quia mater est sapientie. nec voluntas: quia ma-
ter est misericordie. Hec ille. ¶ Optima ergo et securissi-
ma mediatrix est Maria. ¶ Septima ratio aduocatio- Septima rō aduocatiōis
nis. Omnis quippe homo ad suum aduocatum fidelissi-
mum secure potest in causa sua accedere. Beata virgo est
aduocata nostra vt canit ecclesia. Et certe hoc iure ad-
uocationis tenetur beata virgo nobis in causa salutis ad
esse fideliter: quia omnis aduocatus ꝭm iura tenetur di-
ligenter causam eorum tueri quorum est aduocatus: ⁊ fi-
deliter exequi suam aduocationem ⁊ procurationis offi-
cium: vt patet. iij. q. vij. §. siquis autem: et arg. extra de te
stibus. Intimauit. C. de iudicijs. l. properandum. §. illo.
Sic et Maria nostra aduocata que in causa nostre salu-
tis tam fideliter procurat: ꝙ peccatorem conuersum ad
ipsam non deseret quousq̄ѯ deo ipsum reconciliabit. Un
de Anselmus libro orationum. O Maria tu peccato-
rem toti mundo despectum materno affectu amplecteris
nec deseris quousq̄ѯ deus per te placatus: ipsum sue gra-
tie recuperabit. Hec ille. ¶ Octaua ratio inuentionis: Octaua inuentionis
quia beata virgo est inuentrix gratie quam perdidit ho-
mo: ideo dixit angelus eidem Luce. j. Ne timeas Maria
inuenisti grām apud dn̄m. scȝ quam humanū genꝰ ꝑdidit
Sed q̄m de iure q̄n quis aliq̇d ꝑditum inuenit: tenetur ei

cuius est restituere. xiiij. q. v. cap̄. siquid: vbi dicit Aug⁹.
Siquid inuenisti ⁊ non restituisti: rapuisti: ergo ipsa quo
dāmodo obligat̄ nobis dare gratiā: precipue cum ex hoc
ip̄a nullum defectum gratie patiatur si nobis participat.
Secure ergo ad eam debem⁹ confugere. Hinc Bern̄. Per
te inquit o beatissima accessum habemus ad deum que es
genitrix vite: inuentrix gratie: copiosa charitas: tua no-
strorum operit multitudinem peccatorum: ⁊ gloriosa fe-
cunditas tua nobis fecunditatem parturit meritoꝝ. Hec

Nona p̄ciose emptiōis

ille. ¶ Nona ratio preciose emptionis. Nimirum quan-
to p̄ciosius aliquid emerit quis: tanto eius curā diligēti⁹
gerit ⁊ ꝓuidet ne pereat. Sed qm̄ beata virgo emit nos ⁊
possedit dādo p̄ciosissimū thezauꝝ: ꝓ nobis scꝫ corpus:
sanguinē ⁊ aīam filij sui: ꝓpt̄ qđ ait ap̄ls. Empti estis p̄-
cio magno: gl̄ificate ⁊ portate deū in corpe vestro. Secu
re igit̄ accede o homo: sciēdo: quia Maria non pōt tantū
p̄ciū ꝓ nobis datū relinquere incassum: vt scꝫ nos ꝑmit-
tat perire: si tm̄ fideliter ad eam recurramus. Hinc Bern̄.
in Home. sup Stabat iuxta crucem. dicit orando sic. Re-
duc q̄so o dulcissima dn̄a ad memoriam: qm̄ innocēs vni-
genitus tuus in oculis tuis immolatus est ꝓ nobis pecca
toribus. Noli ḡ pia mat̄ spernere me ꝓpter eum q̄ amore
mei nudus ⁊ dilacerat⁹ pependit corā te: vt redimeret me

Decima materne affectionis

¶ Decima ratio materne affectiōis: quia cum beata ꝟgo
sit mater nr̄a adoptata: indubitāter nos vere diligit ⁊ no
strā salutē optat efficaciter. Hinc sanctus Ignaci⁹ in epi-
stola ad beatā virginē ait. Nunc claude me in gremio ma
terne pietatis: tu mr̄ summe deitatis: vera mater saluato
ris: mater adoptata peccatoris. Hec ille. De hac mater-
nitate beate virginis patuit li. ix. p̄te. ij. ¶ Undecima ra

Undecia p̄ceptorie obligatiōis.

tio p̄ceptorie obligationis: quia ip̄a beata ꝟgo obligata
est a deo vt nos diligat ex illo p̄cepto. Diliges ꝓximū tu
um sicut teip̄m Matth. xxij. hoc est ad id qđ teip̄m. i. ad
grām ⁊ gl̄iam. ¶ Sed diceres. Quid cure est beate virgi-
ni de nobis: cum ip̄a sit in celo glorificata? Respondeo ꝙ
etiā ꝓpter illos celestes beatos videtur beata virgo fore
obligata ex dicto p̄cepto fraterne dilectiōis: vt scꝫ illorū
bonū ꝓmoueat in hoc ꝙ nos saluat: ꝓ eo q2 ip̄is beatis
ex hoc gaudium accidentale accrescit: ꝙ nos peccatores
ꝑ grām dei ⁊ eius matris merita saluamur. Un̄ Luc. xv.
Gaudiū est angelis dei sup vno peccatore pn̄iam agēte.
Et sic quanto plures saluamur: tanto gaudiū accrescit: tā
angelis q̄ꝫ beatis aīabus: q̄ꝫ etiā ipi beate virgini Marie:
qm̄ ꝓut ꝓbat Rich. ⁊ Bonauen. super. iiij. dist. xlix. ⁊ bea-
tus Greg. exp̄sse dt: ꝙ in celo vnusquisqꝫ beatus: tantum

Duodecima pijssime inuitationis.

gaudet de bono alterius quantū de ꝓprio: ḡ ⁊c̄. ¶ Duo-
decima ratio pijssime inuitationis. Nam ipsamet inuitat
nos pijssima liberalitate miserationis: vt vicꝫ ad eam cō-
fugiamus in om̄i necessitate tanq̄ꝫ ad matrē: dicēs. Eccli.
xxiiij. Ego mater pulchre dilectionis ⁊c̄. sequit̄. Trāsite
ad me om̄es q̄ ꝯcupiscitis me: ⁊ a generationib⁹ meis ad-
implemini. Secure ḡ ad eam debem⁹ accedere quo infal-
libiliter se repromittit nobis suffragari. Et ad id inducūt
nos etiam exempla. Naturaliter em̄ quelibet res illuc in-
clinat̄ ꝯfugere vbi maiorē influentiā pietatis ⁊ auxilij no
uit: vel sperat habere: sicut videmus in floribus que sem-
per vertunt se ad partē solis ꝓpter influentiā. ¶ Itē pue
ri naturaliter semꝑ habēt recursum in sinum p̄ris ⁊ mr̄is:
aut nutricis fouētis eos. Un̄ recitat̄ sicut etiā narrat luci-
dissimus magister Joannes Gritsch ordinis minorū ser-
mone suo. xvj. ꝙ rex Dauid semel amiserat Salomonē fi
lium suū: quē cognoscens sapientem: ꝑ eius sapientiā vo-

Rex Dauid misit ad reges tria problemata

luit auscultare locum ei⁹ māsionis. Mittens ḡ in orbē t̄re
tria ꝓblemata ad vicinos reges: cogitauit neminē nisi fi
lium posse soluere: vt sic voluit de filio vbi esset experiri.
¶ Primum ꝓblema. Quid est melius ⁊ vtilius qđ homo
pōt habere in hac vita. ¶ Secundū. Quis cibus esset ho
mini magis ꝯueniens? ¶ Tertiū. Quis locus esset securi
or homini? Que ꝓblemata cum nō possent solui ab alijs:
tandem deuenerunt ad regem cū quo tunc Salomō mo-
rabatur. Qui cum non posset soluere cū suis sapientibus
ꝯsiliarijs: accessit Salomon: intelligēs patrem suum hec
misisse. Et respōdit ad primū. Nil vtili⁹ ⁊ delectabili⁹ ho-
mini in hoc mundo q̄ꝫ cor quietū. ¶ Ad scđm. Nō est cō-
uenietior cibus ꝓ puero q̄ꝫ lac mr̄is sue. ¶ Ad tertium.

Cōuenietissim⁹ ⁊ securissim⁹ loc⁹ est gremiū mr̄is. Consi-
derās ex hoc Salomō desideriū patris: redijt ⁊c̄. Spūa-
liter hō pctōr abscessit per pctm̄ a deo. Debet ḡ redire ad
gratiosam mr̄em. i. Mariā: in cui⁹ miscđie gremio habet
cibū gr̄e ⁊ doctrine ꝑoptimū. ⁊ cor cum deo quietum: at-
q̄ꝫ locum securissimū ab hostibus: i. demonibus. Un̄ Ans-
el. in orone q̄ue incipit. Uirgo munda: dicit. Sicut nanq̄ꝫ
o beatissima virgo impossibile est vt merita tua obliuisca
ris: sic mitissima incredibile est vt supplicātibus non mise
rearis. ¶ Aduertamus ergo charissimi q̄ꝫ pie nos inuitat
Maria di. Transite ad me ⁊c̄. O peccatores. O viri ⁊ mu
lieres: omnes qui diligitis me secure venite: ⁊ a generatio
nibus meis. i. ꝑ meritū generatiōis christi ex me adimple
mini gratia ⁊ gl̄ia Amen.

De mirab. beate Marie virginis

¶ Pars vltima libri vltimi: de miraculis plurimis q̄bus
clarescit q̄ꝫ multas vtilitates ꝯfert btā Maria deuotis.

Beatissima Maria dei gēitrix
virgo: licet innumerabiles gratias ⁊ vtilitates
p̄stet generi hūano quas nec enarrare nec cogi
tare sufficim⁹ aut extimare: tamē vt aliq̄s ꝓ edificatiōe ex
multis accipiam⁹: quatin⁹ habeat p̄dicator in ꝓmpta ali-
qua miracula cū voluerit applicare: in ista p̄te iuxta nūe-
rū. xij. stellarū in corona beatissime ꝟginis: ꝑ Joannē in
Apocal̄. xij. ca. descriptaꝝ: gr̄as ⁊ bona siue vtilitates p̄-
cipue. xij. ꝯscribere succincte dignū duxi. Plurima miracu
la tua que in hoc libro sūt sparsim scripta comp̄hēdi pos-
sunt ꝑ singula capitula huius partis. Et q2 multa legunt̄
de btā ꝟgine miracula: sola pulchriora que potui colliger
re: subscribere intēdo hic, vt patet intuenti.

Maria devotos hostibus [saluat].

¶ Capl̄m primū: ꝙ btā Maria suos famulos: et deuote
ad eā recurrētes ab hostibus saluat.

Prima gr̄a siue vtilitas quaꝫ
dat btā vigro gn̄i hūano: ⁊ p̄cipue sibi deuotis
famul̄ est: q2 ab hostib⁹ saluat: qđ ꝓbat̄ per pl̄a
miracl̄a. ¶ Primū miraculū de Juliano imꝑatore: q̄ (vt
ait btūs Hieron̄. in chronicis) contra Persas ꝓficiscens:

De Juliano imperatore

christianoꝝ sanguinē dijs vouerat post victoriam. Scri-
bit aūt Amphilocius ep̄s Iconien̄. ꝙ ipsi Juliano ꝓfici-
scenti obuiauit sctūs Basilius ep̄s. Cui insaniēs Julian⁹:
dixit. Cū Persas subijciēs reuersus fuero: ciuitatē tuā de
solabo ꝓ eo ꝙ deos deasq̄ꝫ meas nō adoratis. Basilius
itaq̄ꝫ rediens ad ciuitatē: narrauit omni multitudini ꝟba
imꝑatoris: p̄cepitq̄ꝫ om̄i clero ⁊ ppl̄o cū mulieribus ⁊ in-
fantibus: vt ascenderēt in montē Didimi in quo erat tem
plū genitricis dei ⁊ trib⁹ dieb⁹ ieiunātes. postulauerūt a
deo dissipari imꝑatoris iniq̄ sensum. Ill̄ ḡ orātib⁹ ⁊ flēti-
bus: vidit Basili⁹ in visu multitudinē militie celestis in mō
te hinc ⁊ inde: ⁊ in eoꝝ medio sup thronū gl̄iosum: beataꝫ
Mariā ⁊ dicentē ad circūstātes. Uocate mihi Mercuriū
⁊ ibit interficere Julianū multa blasphemantē in deū ⁊ fi
liū meū. Itaq̄ꝫ sctūs Mercurius cum armatura sua venit
⁊ iussus ab ea velociter abijt. Expgefactus a somno ma-
gnus Basilius venit in ciuitatē ad sancti Mercurij sepul-
chrū vbi suspēsa eius ꝯseruabant̄ arma: que inibi nō inue-
nit. Uocauit custodē ⁊ vbi essent arma quesiuit. Qui asse-
rebat cū sacro vespi ibi ea fuisse: vn̄ Basilius visioni credi
dit: ⁊ cunctis reuelauit. Desc̄ꝫ de monte reuersi cū gr̄arū
actiōe ad sepulchrū sancti Mercurij: inuenerūt lāceā eius
sanguine madidā. Om̄i aūt ppl̄o festum agente in laude
btē ꝟginis ꝓ liberatiōe ciuitatis: ecce die quarto venit in
ciuitatē Libani⁹ q̄stor Juliani di. Cū esset Julian⁹ secus
Eufraten fluuiū: vbi etiā in castris custodiebāt eū septem
militū excubie. Ecce nocte quidā miles ignot⁹ cū armis
venit: eūq̄ꝫ lancea valido impetu ꝑfodit: qui subito ascen-
dens nusq̄ꝫ cōparuit. Julian⁹ ꝟo cepit blasphemādo cla-

Scđm miraculū de responsorio. Gaude Maria virgo.

mare di. Uicisti galilee vicisti: ⁊ sic expirauit. ¶ Secūdū
miraculū de responsorio. Gaude Maria virgo ⁊c̄. Quidā
etiam puer fertur: ꝙ cum in scholis didicisset istud respon
sorium. Gaude Maria virgo cunctas hereses sola intere-
misti ⁊c̄. quod responsoriū cantat̄ in festo purificationis
beate virginis. Et cum pulchra voce ꝑ plateas et ciuium

portas hoc decantaret: porrigebant sibi plurime elemosyne ⁊ ciboꝝ reliquie. Judei aūt (qꝛ plurimi in illa ciuitate cōmorabant) cum audirent puerū canentē: multū dolebant: eo ꝙ matrē Jesu laudaret et iudeos ꝑ respōsoriū hoc cōfunderet di. Erubescat iudeus infelix ꝙ dicit chr̄m ex Joseph semie esse natū. Stomachat⁹ igit in vicinatu platee: vn⁹ iudeoꝝ cū puerū talia canentē audiret pluries: accessit ⁊ vocauit q̄si aliq̄d puta pomū vel sike se daturū asserēdo: ⁊ sic ꝓmissionib⁹ ac exenijs fructuū ip̄m in domū suā aduocauit: tanq̄ si cantū istum vellet ab eo audire: puer simplicitate ꝑditus: secutus est ꝓmittentē iudeū. Et mox iste habita opportunitate ip̄m puerū in gutture cultro cedēdo occidit. Cūq̄ mater eius vidua paupcula diutius q̄sitū nō inueniret: dictū est a cōuicaneis ꝙ visus est a plurimis portas illius iudei intrasse. Sed quid fuerit vel vtrū sanus inde exierit: nullus testimoniū poterat ferre. Mater ḡ iudicē adijt: ⁊ iudex iudeos coegit: ⁊ facta lite: cum ꝓbatio incūberet ipsi mr̄i pueri: eo ꝙ ꝯtra eā iudei insurrexissent: nec ꝓbare quicq̄ de hac re mr̄ posset: anxia ꝓ filio ꝑdito: in hoc se obligauit ꝙ req̄rerent oēs domus iudeoꝝ: etsi inueniret apud eos suus fili⁹ depditus oēs iudei cōburerent: aut si non: mulier ipsa calūnie ꝯuicta cōbureret. Qđ cum placuisset iudeis ⁊ iudices approbassent. Ecce q̄sitione facta: nullibi cōpert⁹ est apud iudeos puer occisus: qui tn̄ sub modio iacebat occultat⁹ in conclaui. Tūc mulier lata sentētia ad cremandū ducit ab om̄i pplo: exultāt iudei: cōpatiunt ⁊ dolent noti christiani ac vicini. scꝫ mulieris illius. plurimū q̄ꝫ plorat ipa: qꝛ ꝑdito filio: seip̄am etiā amiserit. Cunq̄ nullū haberet refrigeriū: qꝛ insultātibus iudeis tanq̄ victorib⁹: ad incēdiū duci cogebat: sic educēdo cum ꝓpe eccl̄iam btē ꝟginis ꝑuenisset: atq̄ recordata de btā ꝟgine iuocaret ip̄am lachrymabilit: cepit audire dulces sonos acsi filius suus cātaret illud respōsoriū solitū. scꝫ gaude Maria ꝟgo ⁊c̄. Cepitq̄ ꝓtendere collū ⁊ ppl̄m cōmonere si audirent. Et ecce oēs audiētes ppli cantū: cōmoti sunt ⁊ illuc accesserūt vbi audiebat vox sonare. Et sic cōpererunt qꝛ in domo illius iudei sub modio absconsus fuerat puer occisus: subleuantes modiū: viderūt puerū in gutture cruentatū cum angelis pluribus dulciter illud responsoriū cōcinentem. Quo viso miraculo ⁊ puero interrogato ac oīa facta enarrante ꝑ ordinē. scꝫ quō ꝑ btām virginē fuerat sanatus in gutture vulnerato: ⁊ dulciter int angeloꝝ agmina fotus. Ecce oēs in laudē btē virginis chr̄iani ꝓrupuerunt: ⁊ iudeos cōbusserūt: ac puerū sanū mr̄i restituerunt. Sicq̄ p̄cibus ⁊ meritꝭ btē ꝟginis saluata est mulier ⁊ fili⁹.

Miraculum tertium.

Miraculū tertiū. ¶ Ad idem legit in legenda cōmuni natiuitatꝭ btē virginis ꝙ erat quidā fur q̄ sepe latrocinia exercebat: sed tn̄ btām Mariā plurimū in deuotiōe habebat ⁊ eā crebrius salutabat. Quadā ḡ vice furtim rapiēs aliq̄: tūc capit dep̄hēsus ⁊ suspēdio iudicat. Cū ḡ suspēderet: cōtinuo btā virgo eidē affuit: ⁊ suspēsum tribus dieb⁹ vt sibi videbat suis manibus sustentauit: ita ꝙ nullam lesionē persensit. Illi ꝟo qui eum suspenderant: die quarta casu inde trāseūtes: eū viuentē ⁊ vultu alacri repperērūt: et arbitrātes ꝙ non bene fuerit laqueo astrictus: gladijs ip̄m iugulare volebant. Sed beata Maria ferientiū gladijs manū opponebat: et illi sibi nocere nil poterāt. Cognoscētes ḡ illo referēte ꝙ btā Maria sic eū iuuaret: mirando eum deposuerūt: et amore virginis abire liberum dimiserunt. Qui abiens: monasteriū intrauit: et quoadvsq̄ vixit in seruitio dei genitricis permansit. Ecce patet quia beata virgo in se sperātes ac ad ip̄am ꝯfugientes nō derelinquit: ipsamq̄ laudantes ⁊ ei deuote seruientes: a periculis et hostibus saluabit.

Maria a submersione liberat.

¶ Capitulū. ij. ꝙ beata Maria suos deuotos a submersione liberat.

Miraculum primū.

SEcūda vtilitas siue gr̄a quā suis p̄stat Maria est: ꝙ a submersione liberat. Scribitur in libro qui intitulat scala celi: ⁊ etiā in mariali magno: ꝙ cum quedam mulier docuisset puerum suum salutationem beate virginis: et ꝙ quandocūq̄ timeret vel in aliqua necessitate fore contingeret eam: diceret. Quadam vice dum cum alijs pueris iuxta flumen luderet: subito a flumine rapiunt incidētes: ⁊ cū alij clamarent: iste salutationē virginis ꝓut fuerat edoct⁹ dicebat. Tunc vna pulcherrima dn̄a ad eū accessit et in flumine eum ꝯfortauit ⁊ fouit: aquisq̄ iam trāsactis puer sanus ⁊ incolumis apparuit. Et dū cetere matres suos natos requirerēt: inuenerūt submersos. Iste ꝟo enarrauit quō ꝓtegēte pulcherrima dn̄a. i. btā Maria fuerit ꝓtect⁹ ⁊ liberatus. Et sic in laudē beate virginis oēs ꝓruperūt.

Miraculum secundum.

Miraculū secundū. ¶ Ad idē legitur ibidē: ꝙ accidit in Uuasconia ꝙ quedā mulier ꝓpinqua partui: dū eccl̄iam beati Michaelis que est in loco vbi fluit mare ⁊ refluit visitaret: ⁊ dū rediret ⁊ mare pplos sequeret: ipsaq̄ ceteris fugiētibus pre timore maris cū fugere non posset: velocius eo ꝙ grauida foret ⁊ timore correpta tp̄s part⁹ accelerasset. Ecce ab vndis maris rapit ⁊ inuoluit in mari. Que ad beatā virginē eleuans cor suū cū lachrymis supplicauit. Statimq̄ beata virgo affuit ⁊ pallium super eam extendens ab vndis maris ꝓtexit. Et cū illa subito peperisset viuū filiuꝫ: tam matrē q̄ filium: saluos ⁊ incolumes transacto maris ꝑiculo ad litus deduxit. Quod cernens popul⁹: christū ⁊ matrē magnificarūt. ¶ Ad idē facit miraculū de quodā sacerdote in pago gallicano: qđ scriptū est li. iiij. ꝑte. j. ar. iij. in fi. Et etiā miraculū de quodā sacrista monacho: qđ habes infra ca. vij. miraculo. ij.

Maria suos deuotos a confusione preseruat.

¶ Capl̄m. iij. ꝙ btā ꝟgo Maria ad se ꝯuersos ⁊ sibi deuotos a ꝯfusione p̄seruat. Miraculū primū.

TErtia gr̄a seu vtilitas quam p̄stat Maria est: ꝙ a ꝯfusione p̄seruat. Legit in mariali magno ⁊ etiā in libro qui intitulat scala celi: ꝙ abbatissa quedā fuit deuota ⁊ sancte vite in religione; que insolētes acriter puniebat: et ideo magnā illarū indignationē habebat ferre: ⁊ quia non poterāt ei nocere aliter: ad eius seruitium se ingerētes signa amoris p̄tendebant ad eam: que corrupta moribus ab eis cepit allici ⁊ attrahi: nunc ad solatiū: nunc ad silentiū frangēdū. nunc ad potandū ⁊ crapulandū. Quid plura. Quadā vice accidit vt hilarior p̄ crapula et vino effecta: ad luxurie ꝯcupiscentiā accenderet: ⁊ cū suo seruitore mechādo concepit filiū. Cūq̄ eius imp̄gnatio vētre intumescēte a monialibus esset cognita: ꝯtra eā ꝯspirant eo magis q̄ ip̄am oderant ꝓpter pristinas correctiōes earū. Reuelātq̄ factum: ⁊ cum lr̄is ⁊ nūcijs aduentū ep̄i req̄rūt: vt cū ꝯfusione deponat ⁊ e claustro abijciat. Presciens abbatissa aduentū ep̄i: ingressa oratoriū btē virginis tota profusa lachrymis sic dicebat. O beatissima ꝟgo tu es refugiū peccatoꝝ: adiutrix in om̄i tribulatione: ꝯsidera nūc instantē confusionē meā. Non em̄ sum digna ex feditate pcti mei accedere ad tuam p̄sentiā: sed supabundat tua clementia vbi abundat delictū. Et sic fatigata lachrymis obdormiuit: ⁊ in sopore eidē beata virgo apparuit di. Non est fas cum sim aduocata peccatoꝝ vt cōtritos corde deseram: et ideo obtinui tibi a filio meo peccatoꝝ remissionē ⁊ cōfusionis liberationē. Tunc virgo p̄cepit duobus angelis astantibus vt onere ꝓlis eam exonerarēt: ⁊ filium cuidā probo viro portarent ꝑ quinq̄ annos nutriendū. Euigilando abbatissa inuenit se priuatam pregnamine. Et ecce aduieniente episco: audacter occurrit honorifice: qui repellens eam cum opprobrio: dum ꝑ honestas ꝑsonas de accusatione requireret veritatē: munda fore comperit. Morq̄ ep̄s veniā petijt. Et cum moniales punire vellet ꝓ infamatiōe eius: abbatissa ep̄o in ꝯfessione apuit rei veritatē ⁊ miraculū factū. Tunc ep̄s de puero scita veritate cū viro illo probo ip̄m enutriuit ⁊ ad etatē adultā in bonis moribus ꝑduxit ad laudem beate virginis.

Miraculum



Secundum miraculum.

Miraracum. ij. ¶ Ad idē refert vbi supra: ꝙ quedā mulier fuit q̄ edita magnis immūdicijs: hoc bonū faciebat ꝙ q̄liber die genib⁹ flexis septies angelicā salutationē dicebat. Et quia adulterabat cum viro cuiusdam sue vicine: illa vicina patienter non ferendo: cepit rogare beatā virginē vt confunderet istam meretricē: dicendo. O domina charissima mater totius puritatis ⁊ mundicie: cur sustines ⁊ nō confundis istam meretricē que suis immundicijs virum meum deprauauit: nōne tibi seruiui: nōne puritatē dilexi: ergo mihi subueni: quia refugiū aliud excogitare nesciui.

Tunc imago beate virginis allocuta est mulierem ⁊ dixit. Hec de qua loqueris offert mihi enceniū gratissimū. Et ideo ꝙ diu hoc facit ꝯfundere non possum ipam: immo ꝓtegam a ꝯfusione. Verūtamē ecce cor eius ꝯuertā ⁊ compūctionē illi tribuā; ac odiū peccati cuiuscūqȝ immūdi infundā. Cūqȝ btā ꝟgo oīa cōplesset iuxta ꝓmissa: tūc adultera se correxit: ⁊ illa mulier suū virū semꝑ castū comperit. Ex ꝗbus clarescit: qꝛ qui Marie deseruit: ꝯfusionē pctōꝝ ipius Marie meritis euadere quibit: ⁊ compunctiōis gratiam ꝯsequi poterit.

¶ Capłm. iiij. ꝙ beata Maria castitatē conseruat suis.

Miraculum primum

Maria castitatē ꝯseruat.

QUarta vtilitas: ꝙ btā Maria ad eā ꝯfugientibꝰ ⁊ seruientibꝰ castitatē tuetur ⁊ ꝯseruat. Legit̃ vbi s̃. ꝙ quidā iuuenis a quadā iuuēcula que corrupte cū amabat: anulū recepit in signū amoris. Cū aūt quadā die luderent ad pilā ꝓpe portas eccłie: iuuenis ille timēs ne tangeret̃: ingressus est ecclesiā: vbi dū aspexisset pulchritudinē imaginis btē ꝟgis: descēdit in cor eius deuotio: scȝ vt ipam eligeret in sponsam: ⁊ in signū huiꝰ anulū in digito imaginis posuit. Tūc imago manu ꝯstricta anulū retinuit. Qui ꝑterritꝰ: socijs hec nūciauit. Et illi monebant eū ad religiōis ingressum. Sed iste attractꝰ ꝯcupiscentijs mūdi multū distulit. ⁊ postmodū ꝯtraxit spōsalia cū alia. Cūqȝ de nocte ingressus fuisset lectū: imago sibi apparuit anulū demonstrās infidelitatē illiꝰ arguit. Ille excitatus de somno: illusionē fore putauit quod viderat: ⁊ iterum obdormiuit. Et ecce secūda apparitione facta: durissimis verberibus ⁊ comminatōibus deꝑhēsus est: subitoqȝ euigilauit. Et dimissis oībus mundi: in eremo sue amatrici deseruiuit.

Miraculum secundū

Miraculum secundū. ¶ Ad idē legit̃ vbi s̃. ꝙ quidam miles diues ⁊ in bellis famosus: totus erat deditus corruptionibus feminarū. Et qꝛ torneamentū debebat fieri in Verona: ad illud ꝑgēs cū magno apparatu: in quodā castello vnā pulchrā iuuenculā aspiciēs: eā ꝯcupiuit. Vñ vocato famulo pecunias magnas illi tradidit cū ꝗbus parentes iuuēcule ⁊ ipaȝ virginē ad illicitū actū induceret. Tūc parentes excecati munere: filiā inuitā tradiderūt stuprādā. Et qꝛ sabbatū erat: illa virgo corde deuoto: se btē ꝟgini cōmendabat. Cunqȝ ploraret: illaȝ miles de nōie interrogauit. At illa ait: ꝙ vocaret̃ Maria. Intulit miles. Cur ploras? Rñdit illa. Meliꝰ esset mihi mori ꝙ turpiter viuere: nā ꝟginitatē meā deo ⁊ btē Marie vouerā. Tūc spūs sanctus tetigit mentē mox militis ⁊ extinxit in eo oēm libidinē: ⁊ ait puelle. Quia hodie est sabbatū dies: vicȝ Marie deputatus: ⁊ nomē tuū est ꝯforme: nūc te integre offero sibi: ⁊ teste deo ad meas expēsas in monasterīū monialiū te introducā. Illaqȝ gratias egit: ⁊ miles se ꝑ oīa cōtinuit ab ipa: atqȝ in monasteriū eam tradidit ⁊ collocauit; ꝓmittēdo abbatisse multas diuitias postꝙ regressus fuerit se oblaturū. Sed accidit vt moreret̃ miles in ipo torneamēto. Tūc abbatissa cepit puelle huic improꝑare ipius militis fallax ꝓmissum: insuꝑ viciū corruptele sibi imponere minabat̃: ⁊ quia nullū solatiū hūanū poterat habere. ad beatam virginē confugit lachrymabiliter assidue subsidium exorando. Cui apparens beata virgo ait. Noli flere filia dilecta: nam miles ille qui tibi tantam exhibuit gratiam: in fine compūctus saluatus est: ⁊ corpus suum quia in torneamento mortuus est: in loco nō sacro sepultuȝ est. Vade ergo ⁊ dic abbatisse vt ipm eius corpus ad vestrum cimiterium sacrum siue monasterium sepeliendū deferri faciat. Et in signum ꝙ locuta sim tibi: cum nunc sit valida hyems: rosa pulcherrima reperiet̃ super tumuluȝ eius: cuius radix protenditur vsqȝ ad cor eiusdem militꝭ: eo ꝙ: scilicet ob mei amorem castitati tue pepercit. Cunqȝ hec retulisset: ⁊ abbatissa adhuc credere nollet: reuelato sibi quodam peccato occulto per puellam de mādato beate virginis Marie. Tunc contrita ⁊ confessa: cū ꝓcessione illuc ꝑgendo: signum dictuȝ inuenit ⁊ corpus ad cimiterium transtulit. Sicqȝ patet qm̃ ipsa gł̃iosa ꝟgo mater ad se ꝯfugientibꝰ castitatem illibatam cōseruat; ⁊ ad ipam inducit sectandam: atqȝ honorantibus puritatem finē bonum largitur.

¶ Capłm quintū: ꝙ beata Maria suis subuenit ⁊ cōsolationem prestat in morte. Miraculum primū

Maria suis consolationem ꝓstat i morte

QUinta vtilitas: ꝙ btā Maria suis deuotis in hora mortis ꝯsolationē et auxiliū ꝯdonat. Legit̃ quippe de quodā clerico qui gaudia Marie ꝑ quandā solitā antiphonā quotidie depromebat. scȝ. Gaude dei genitrix ꝟgo immaculata: ⁊ quō in hora mortis ꝯsolari meruit a btā virgine. De hoc li. ij. ꝑte. ij. arti. ij. circa finē scriptū reꝑies.

Miraculū secundū

Miraculū. ij. Ad idē legit̃ vbi s̃. ⁊ etiā refert Vincen. in spe. hist. li. viij. ca. xcvj. ꝙ cuidā parrochie p̃erat p̃sbyter diues: sȝ vicijs plenus: qui in sua parrochia habebat quendā nobilem diuitē: ⁊ etiā quādā pauꝑculā viduā. Cōtigit ambos sit̃ infirmari ⁊ morti ꝓximari. Vocat̃ ḡ sacerdōs ad diuitem illū ꝓ ꝯfessione ⁊ cōicatione: ⁊ veniens vidit multos astare diuiti solatia p̃bendo. Qui attētus plus ad tꝑalia ꝙ spūalia: ꝯfessione qualicūqȝ facta: cepit adulatiōis verba diuiti dare corā circūstātibus vitā eternā ꝓmittēdo: ⁊ de ꝯsciētie examinatiōe ac pctōꝝ salubri penitētia ⁊ satisfactiōe alienoꝝ minꝰ dispositū diuitē reliqt. Interim venit quidā ex parte vidue qui dixit eā in extremis agentē ⁊ sacramenta postulantē. Et cū sacerdos nil curaret: ait eidē capellanꝰ Grāde ꝑiculū nobis instat: si ista mulier sine cōfessione ⁊ eucharistie ꝑceptiōe ex nr̃a negligētia decesserit. Iratus sacerdos: ait. O paruū sani capitis cōsiliū: ꝓ vili vidua nobilē relinquere patronū a quo in testamēto plurima legāda tꝑalia expecto. Ait capellanꝰ. Ego si permittis infirmā viduā visitabo cū sacro. Fauēte p̃sbytero cū ingrederet̃ pauꝑcule vidue habitaculū: vidit viduā super nudā humū ꝑuo stramine stratam iacere. Hec vidua erat dei famula plena bonis oꝑibus: ⁊ erga beatā ꝟginē Mariā ꝓcipuā gesserat deuotionē. Introspiciēsqȝ capellanus: vidit huic vidue assistere beataȝ Mariam cum magna militia angeloꝝ. ⁊ choro beatarum virginuȝ: ⁊ tenere linteolū quo tergebat vultū egrotātis vidue: ⁊ oē pie tatis beneficiū impēdens sategebat circa frequens ministeriū. Capellanus hec videns obstupuit ⁊ ꝑtimuit. Regina aūt celi data fiducia: viꝝ dei vt intraret imꝑauit: ⁊ materia sedē parāte: ac ne timeret hortāte. sedit ⁊ ꝯfessionē vidue audiuit. ¶ Tandē cū eidē vidue vellet corpꝰ christi dare ⁊ de pyxide excepisset: mox beata Maria virgo cum celesti curia tota inibi existente se ꝓstrauerunt humiliter: ⁊ corpus christi adorauerunt. Tandem communicata vidua ⁊ eccłiasticis sacramentis peractis: capellanus cepit psalmos legere; ⁊ sic obitum vidue p̃munire. Sicqȝ beata virgine astante ⁊ consolante egredientē animā felicem in celum cum tota gł̃iosa comitiua in iubilo deduxit. Deniqȝ hec videns ⁊ deum gł̃ificans capellanꝰ cum gaudio rediit ad domum diuitis vbi erat plebanus: veniensqȝ ad limen ostij: vidit cattos nigros circūuallātes lectū diuitꝭ. Quos miser ille sentiēs infestos demones fore: rugiebat clamans ⁊ dicens: tollite cattos tollite: misero subuenite. Post aliquantulum vidit ethiopem magnum voce minaci: vultu terribili: vncum quem manibus gestabat faucibꝰ ⁊ gutturi diuitis pectoris immergere ⁊ furibunde animaȝ eius infelicem extrahere. Ille quoqȝ diues in his doloribus dans vocem horribilem: tradidit infelicem spiritum. Et ecce mox ceteri complices demones irruētes ī miserā animam illam flagris ac verberibus afficientes immerserūt in locū tenebraꝝ. Capellanꝰ igit̃ hec vidēs nimio timore correptꝰ cecidit: factoqȝ in excessu mentis: mox btā Maria gł̃ie regina sibi apꝑuit di. Ne timeas charissime: qꝛ tibi mihi deuote nō tibi nocebit malignitas diabolica: qꝛ tibi mihi deuote seruiēti ꝑata est btitudo celestis. Sicqȝ recreatꝰ rediit: et grās ac laudes deo agēs: tādē in bono ⁊ deuotione btē ꝟgis ꝓfecit. ¶ Ad idē facit etiā miraculū de quodā clerico: qui qnotiēs ꝑtransibat eccłiam vel imaginē btē ꝟgis genu flexo semꝑ salutabat: ⁊ quō in sua infirmitate est cōsolatꝰ: de hoc habes li. j. ꝑ. iiij. ar. ij. in fine.

¶ Ca. vj. ꝙ btā maria suos dilectos honorat. Mira. j.

Maria suos dilectos honorat.

SExta vtilitas: ꝙ btā Maria suos dilectos honorat. Legit̃ vbi s̃. ꝙ qdā nobilis dū rudis intrauit religionē Cistertieñ. q

genij a mgr̄o sibi dato nō poterat lr̄as addiscere: mox se
humiliauit cogitās meliꝰ deo deseruire in humilitate vt
cōuersoꝝ eligeret habitum: nec potuit plus addiscere q̄
Aue Maria. Et quia hoc deuotissime dicebat quotidie ꝛ
frequētissime: accidit vt moreret̄: ꝛ tandē fossa eiꝰ a quo⸗
dam visitaret̄: et ecce de capite fosse eius liliū excreuerat
pulcherrimū scriptū intus ꝛ foris: ꝛ ꝯuocando abbatē et
ep̄m dum fodissent inuenerūt lilij radicē de corde per os
ꝓcedentē ꝛ ad extra excrescentē: in cuius folijs scriptum
erat Aue maria. Et hec vidētes laudauerūt beatā virgi
nem suos honorantē. Miraculū. ij. ¶ Ad idē legit̄ vbi
supra: ꝙ sctūs Boicus beate virgini summe deuotus dū
eccl'iam sancti Michaelis intrasset: ꝛ in ea abscōsus in an⸗
gulo ꝑnoctasset in lachrymosis orōnibꝰ. Ecce in media
nocte virgo bn̄dicta cum celesti militia eccl'iam ingredit̄:
et dum missam req̄reret oblatus est ei Boicus: qui timēs
accedere coram btā virgine mox lapis retro quē abscon⸗
sus residebat se subtraxit ab eo. Tunc coactus ad altare
accedit in veste mirabili ornatu. Cūq3 mysteria cum mira
bili melodia et cantibus angelicis fuissent completa: vir⸗
go bn̄dicta Boico vestē mirabilē dedit que adhuc in illa
ecclesia demonstrat̄ dicēs. Om̄es venerātes me excellē⸗
tiori veste ornant̄ ꝛ honorant̄ ꝛc̄. ¶ Ad idē facit miracu
lum de quodā monacho noīe Iostio descriptū li. vj. ꝑte
ij. arti. iij. in fi. Miraculū. iij. ¶ Ad idem legit̄ in libro
miraculoꝝ btē virginis vt scribit Anſ. ꝛ etiā in libro q̄ in⸗
titulat̄ scala celi: ꝙ in Anglia fuit quidā monachus sum⸗
me deuotus btē virgini q̄ quotiēscūq3 nomen Marie au⸗
diebat: flexis genibus ei reuerentiā exhibebat. Cum aūt
victus senio vix assurgere posset et se leuare in lecto: dati
sunt sibi seruitores: q̄ vice quadā dum abesset ꝛ monachꝰ
ꝓstratus btām virginē reuerēter ꝛ deuote vt solitus erat
exoraret: finita orōne deuota cum vellet surgere ꝛ nequi⸗
ret pre senectute: conatū adhibens ad surgendū: ait. Dul
cissima virgo Maria adiuua me. Ecce statim affuit eidem
beata ꝟgo cum sacris virginibus: ꝛ cū duabus puellis eri⸗
gens eundē: et ad fortitudinē iuuentutis triginta annoꝝ
restaurauit: qui q̄diu vixit btē virgini sollicite deseruiuit
et ab om̄ibus honorabat̄. Miraculū. iiij. ¶ Ad idē le⸗
git̄ vbi s. et recitat idē Anſ. etiā in epi. ad coanglicanos
ep̄os: vic3 ꝙ tꝑibus Caroli regis Frācoꝝ quidā germa⸗
nus regis. Hungarie fuit q̄ sic erat deditus deuotiōi btē
virginis vt quotidie anteq̄ comedet diceret horas eius.
Cum autē infirmitate grauatus vouisset btē virgini ꝙ si
eum curaret: castitatē seruaret: statim vidit camerā luce
repletā: ꝛ se curatū oīno repperit atq3 sanū. Tandē mori
tur rex Hungarie absq3 altero herede: et ideo a regni ba⸗
ronibus inducitur iste iuuenis ad cōtrahendū: ne careret
regnū successore. Electa quoq3 sibi sponsa: ducunt̄ ad ec⸗
clesiam ꝓ benedictione nuptiarū. Tunc iuuenis recorda⸗
tus est ꝙ illa die non dixerat horas btē virginis. Moxq3
cepit dicere cum deuotiōe. Et cum ꝑorando diceret illā
antiphonā. Q̄ pulchra es ꝛ q̄decora charissima ꝛc̄. Ec⸗
ce splendida virgo apparuit ante altare duobus angelis
astantibus: ꝛ ait iuueni. Si pulchra sum ꝛ decora vt dicis:
cur me dimittēs: aliā sponsam accepisti? Tunc iste ait. O
dn̄a quid me iubes facere? At illa. Si sposam carnalē me
o amore dimittis: me sponsam in celesti regno habebis.
Etsi festū cōceptionis mee celebraueris annuatim: mecū
in regno vnigeniti mei laureatus eris. His auditis ado⸗
lescens clam fugiens ab vrbe ꝛ regno: venit Aquilegiā: ꝛ
suꝑ rupē heremiticā vitā duxit. Tandē fama ꝓcedēte ve⸗
ridica sanctitatis: electus est ꝛ factus patriarcha Aquile⸗
gie: ꝛ publice p̄dicauit atq3 instituit fieri festū Cōceptiōis
Marie deuote celebrandū. Miraculū. v. de festo Marie
de Niue. ¶ Ad idem legit̄ in lectionarijs ꝛ breuiarijs de
exordio festi btē Marie de Niue: ꝙ tꝑe quo Liberius pa
pa sedē romanā ꝓuide gubernaret erat quidā patricius
vrbis nomine Ioānes: moribus ꝛ nobilitate preclarus ꝛ
diues: ꝛ ꝯsimiliter eius vxor: qui cum filiū non haberent:
beatā Mariā in specialem dominā ꝛ patronā p̄elegerunt
et vitam ꝛ om̄ia que possidebant: atq3 omnes facultates
suas vno ore ꝛ concordi deuotione in obsequiū btē virgi
nis deuouerūt: exorātes vt sicut ipsa beata virgo vellet:
ita solita miseratione disponeret quō in eius obsequium

Miraculum secundum

Miraculum tertium.

Miraculum quartum,

Miraculum quintū de festo marie de Niue.

expenderent̄ sue facultates. Tunc intrante mense Augu⸗
sto quo sol acrius excoquit. Ecce miraculose die quinta
ipsius mensis cōtra tꝑis naturā in nocte illa aer nubibꝰ
densat̄ et frigore constrigit̄ adeo vt niuiū multitudo de⸗
flueret: que solūmodo locū basilice edificande in hono⸗
rem beate virginis cooperuit ꝛ demonstrauit. In ipsa q̄3
nocte apparuit beata virgo pontifici predicto: dicēs sic.
Operum tuoꝝ intentio ꝛ vigilantia qua om̄ipotenti deo
plurimū places te modo in hoc cōmēdabilē reddiderūt:
vt qđ ab alijs non fuerit hactenus attentatū erga mei
nominis deuotionē: per te nūc mihi placuit cōsummari:
vt causa salutis existas om̄ibus qui deuotionē tui pecto⸗
ris fuerint imitati. Uerum ne hanc reuelationē dubites:
ecce miraculo volui confirmare vt eum tm̄ locum in quo
basilicam nominis mei precipio tibi construendam reple
uerim infusione mirande niuis que candorē puritatis et
donum spiritussancti significat. Habebis siquidem ꝛ Io⸗
annē patricium in hoc oꝑe adiutorem: qui ad te diluculo
veniet ꝛ p̄ceptis tuis parebit. Cum quo simul ꝛ clero vni⸗
uerso ac ppl'o vrbis accedas ad montē qui Superagius
dicit̄: ibiq3 (vt demonstratū est) eccl'iam nomini meo fa⸗
bricabis. Cunq3 ipse pontifex mirādo quereret que esset.
Respondit. Ego sum dei genitrix virgo Maria de q̄ filiꝰ
dei incarnatus ꝓcessit ꝛc̄. Et sic visio disparuit. Cōsimili⸗
ter nocte eadē apparuit p̄dicto Ioanni patricio ꝛ eiꝰ cō⸗
iugi sub his verbis di. Deuotionē tuam qua patrocinium
mee defensionis specialit̄ elegisti pio respexi intuitu: quā⸗
obrem scire te volui: qm̄ tuarū rerum hereditatūq3 per⸗
petuum successorē tibi volui ꝓuidere: ita vt mihi domū
dum in terra cōstruxeris: ego tibi in celis copiosum the⸗
saurū ꝛ eternā cōstruā mansionē. Hoc ergo tibi precipio
vt summo mane ad Liberiū papā accedas: ꝛ cum cōsilio
eius in loco specialiter a me electo et miraculose ꝑ niues
demonstrato basilicā nomini meo erigas. Cūq3 quesiuis⸗
set: et nomen suū sancta dei genitrix indicasset: reuelatio
disparuit et in tanta admiratione eos dimisit: vt reliquā
noctis partē insomnē ducerent ꝛ in diuinis laudibus exul
tarent. Tunc primo mane precturus ad pontificē: vidit
sicut audierat montē illum niue coopertū. Et credens ꝙ
hoc lateret pontificē: cepit festinare ꝛ pia violentia ostiū
pape infestare vt reuelationē factam indicaret. Sed cum
ad papam intrasset: mox sermonē concepti gaudij prius
papa p̄uenit dicens. ¶ Charissime: om̄ipotenti deo gra⸗
tias agere nos oportet ꝙ cum simus indigni ad speciale
obsequiū dei genitricis dignatꝰ est deputare ꝛ miraculo⸗
se dignatus est declarare qđ ꝑ nos voluit implere. sc3 in
in loco ꝑ niues declarato basilicā edificare nomini bea⸗
te virginis dedicandā. Cunq3 verba reuelationis mutuo
enarrarēt: ecce om̄is popolus ꝛ clerus pre foribus cōgre
gati astiterunt: ex miraculi nouitate plurimū concitati et
coram eis pontifex exorsus est di. Plurimū gaudere in
domino fratres nos cōuenit: quia cum diuina clementia
hanc vrbem caput christiane religionis effecerit: hodie
diuinis muneribus specialiter decorare dignatur: vt scia⸗
mus nobis beneficia diuina celitus ꝓuenire. sc3 per bea⸗
tam Mariā. Ecce charissimi nix de celo in hoc feruentissi
mo tempore cecidit: vt nos deus sue misericordie cando⸗
re dealbandos ostenderet si ad deuotionē sancte genitri
cis sue accingamur. Cunq3 seriatim om̄ibus exponeret q̄
sibi et Ioanni patricio fuerant reuelata: oēs vnanimiter
clamauerunt dicentes. Benedictus deus: et cum ꝓcessio⸗
ne exultātes ad locum cum diuinis laudibus perrexerūt:
et altis niuibus repletū locum reppererūt: ſm limites in
circūitu vt erat basilica edificanda. Cūq3 papa apposito
instrumēto fodili pedes calcando supposuisset: subito to
ta terra in circūitu iuxta niuium demōstrationē est apta:
et ecclesia edificari cepit: omnes quoq3 populi cum sum⸗
ma deuotione landando deum et matrem eius: ad pro⸗
pria cum gaudio redierunt. Et sic magna laude ꝛ honore
Ioannes patricius ac cōiunx eius coram plebe tota per
beate virginis gr̄am sublimati sunt: q̄ ecclesia3 ipsam ꝑfi⸗
cientes sumptu magno: per papam tandem dedicata est:
in qua ꝛ speciales reliquie recōdite ferunt̄. sc3 de feno ꝛ p̄⸗
sepio dn̄i: et de peplo beate virginis Marie siue camisia:
necnō vt dicit̄ caput Matthie apostoli in altari magno

ſub lapide porphirito reconditũ eſt: vt exuberant conti-
nue beneficia dei ad laudem beate virginis Marie cũctis
ad ipſam confugiẽtibus. O igitur chariſſimi: om̄es bea-
tam virginẽ in patronã ſpecialẽ eligamus: om̄es eidem
deuote ſeruitutis obſequia exhibeamus: vt ꝑ ipſam gra-
tiam obtineamus: et in celo glorie corona honorari va-
leamus.

¶ Capitulum. vij. ꝙ beata Maria peccatores potenter
reconciliat filio.

Miraculum. j.

Maria peccatores poter reconciliat deo filio suo.

SEptima vtilitas ꝙ btã Ma-
ria peccatores filio potẽter reconciliat. Scri-
biť in li. qui diciť promptuariũ exẽploꝝ beate
virginis: ⁊ refert clarius ⁊ melius magr̄ Joãnes Gritſch
ordinis minoꝝ. Qꝛ quidã miles fuit raptor ⁊ predarius:
nec deũ timẽs: ſed om̄i ſpurcitia vicioꝝ plenus. habebat
tñ vxorẽ deuotã q̃ eũ induxerat vt ad honorẽ virginis
Marie diẽ ſabbati ieiunaret: et Aue maria cum ꝓcederet
quoq; diceret corã imagine btẽ virginis. Cũq; ſemel iret
ad peccandũ: eccl̃iam quã preteribat caſu ingreſſus: vidit
maginẽ virginis cũ ſuo puero in ſinu. Et cũ cepiſſet vir-
ginem ſalutare ꝑ Aue maria: vidit puerũ chrm̄ vulnera-
tũ ⁊ eius ſanguinẽ fluere in gremium matris. Quo viſo
obſtupefactus dixit. O dña quis fecit hoc? Et virgo re-
ſpondit. Tu ⁊ ceteri peccatores qui amplius crucifigitis
filiũ meũ ꝙ iudei. Volebat quoq; ꝟgo ſanguinẽ filij ter-
gere et reſtringere: nec poterat. Tunc peccator ille com-
punctus: ad virginẽ dixit. O mater miſc̃die intercede ꝓ
me. At illa. Uos pctõres vocatis me matrẽ miſericordie
qui non ceſſatis me facere matrẽ miſeric et triſticie. At il-
le. Non domina clementiſſima loquere ſic: ſed memento
te eſſe aduocatã peccatorẽ et intercede pro me. Tunc ait
mater ad filium. O piiſſime fili amore mei miſerere huic
peccatori mihi ſupplicanti. Et filins. Noli mater graua-
ri ꝙ te non audio: quia ⁊ ego rogaui patrẽ vt ſi poſſibile
foret. ſcz alio modo redimere genus humanũ: tranſferret
calicem paſſionis a me: ⁊ noluit andire me. Tunc mr̄ ait.
O fili memẽto ꝙ materno amore te viſceribus meis alui
et cõdona huic peccatori Et filius ait. Ex iuſticia tibi oñ-
do ꝙ te exaudire nõ teneor. Et mater ait. Non ſm iuſti-
ciã cauſemur: ſed ſm miſericordiã: qꝛ ego ſum mater miſe
ricordie: ergo propter me miſerere huius peccatoris. Et
filius. Et ego ſecũdo rogaui patrẽ tranſferre calicẽ: ⁊ nõ
audiuit me. Tunc mr̄ iterũ dixit. O fili memento omniũ
laboꝝ noſtroꝝ ⁊ doloꝝ quos ſuſtinui: ⁊ dona mihi hunc
peccatorẽ. Et filius. O mater noli grauari: ſed memento
quia ⁊ ego tertio rogaui patrẽ et nõ audiuit me. Statim
aũt mater depoſuit filium ſuũ ad altare: volens ꝓcidere
ad pedes eius genu flexo. Qđ videns filius dixit. O ma
ter quid ſic viſfacere? At illa. Tamdiu ante pedes illos
genuflexo ꝓuoluta ſtabo quouſq; ei veniam cõcedis. Et
filius ait. Abſit hoc a me: quia lege diuina ſancitũ eſt vt
filius honoret matrẽ: et cum ſim filius tuus: te honorare
volo. Tũc ait. Peccatori iſti ꝓpter te o mater indulgeo:
et in ſignũ pacis accedat iſte peccator et oſculeť vulnera
mea. Qđ cum ille feciſſet: ecce oſculando om̄ia ſanabanť
vulnera: et ſic cognouit miſc̃diam ꝓmeruiſſe: ⁊ maximas
gr̃as agẽs deo ⁊ matri eius: letus abſceſſit: ⁊ domũ redi-
ens mala ablata reſtituit: et mundũ deſerens cum ſancta
vxore religionẽ intrãtes cõi cõſenſu ad ſua monaſteria:
ibi felici fine quieuerunt. Miraculum. ij. ¶ Qđ referť in

Miraculum secundum.

mariali magno: ⁊ in legẽda cõmuni. Quidã prauus ſacri-
ſta lubricus: ſed virgini deuotus quadã nocte ad ſcelus
pergens: cum ꝑ eccl̃iam tranſiret virginẽ ſalutauit: ⁊ po-
ſtea deueniẽs in fluuiũ decedendo expirauit ſubmerſus.
Cuius animã cum vellent demones rape: angeli libera-
tores affuernut: quibus demones dixerunt. Ut quid huc
veniſtis: cũ nil in hac aĩa habeatis? Statimq; btã Maria
affuit ⁊ demones increpauit. Tũc demões dixerũt. Nr̃a
eſt aĩa: qꝛ in malo vitam finiuit. Ait Maria. Scio ꝙ aliꝗ
pergens primũ me ſalutauit: ⁊ rediẽs ſimiliter facere cõ-
ſueuit. Si ergo dicitis vobis iniuriã fieri: ponamus in iu-
diciũ ſummi regis. Tũc deo placuit vt ad corpus aĩa illa
rediret meritis btẽ virginis Marie. Interea fratres ma-
tutinas differri videtes: ſacriſtã querũt ⁊ ſubmerſum cõ-
pererũt. Et cum de flumine extrahẽdo mirarenť: ille re-
pente ad vitã redijt: ⁊ geſta referẽs: vitam in bono ꝯſum-
mauit. Miraculũ. iij. ¶ Ad idẽ in mariali magno ⁊ libro

Miraculum tertium.

Scala celi legiť: ꝙ quedã iudea in partu laborãs: mortẽ
tm̄mõ expectabat. Cũ aũt vicine mulieres chr̃iane eã viſi
taſſent ⁊ vidiſſent ei⁹ cruciatus: inſtabãt vt ſe btẽ Marie
cõmẽdaret: q̃ ꝓut loq̇ potuit ait. O dña Maria licet non
ſim digna rogare te. cũ ſim de genere eoꝝ q̇ occiderũt fi-
liũ tuũ: tñ audio ꝙ clemẽtia tua ſe extendit etiã ad pctõ-
res: ſi g̃ liberabis me: en ꝓmitto vna cum ꝓle baptiſmũ
ſuſcipe. Et ecce ſubito abſq; dolore pepit filiũ. Et qꝛ tunc
vir ſuus iudeus agebat in remotis: ſurrexit mulier et cum
nato filio baptiſmũ ſuſcepit. Tandẽ reuerſus maritus ſu-
us cum hec audiſſet euaginato gladio filium interemit.
Tunc mulier cepit clamare. Inſurgũt vicini et iudeus fu-
git Et qꝛ ciuitas clauſa erat exire nõ poterat. Uñ cũ locũ
nõ haberet refugij vidit diſcurrẽdo ꝑ ciuitatẽ ꝙ oratori-
um btẽ virginis erat apertũ: illuc intrauit: ibiq; cũ expe-
ctaret eos quos ſciebat ad capiendũ aduenire: ⁊ ſciret cer
titudinaliter mortẽ ſibi imminere videſ in altari imagi-
nẽ btẽ virginis: ſumpta fiducia cepit dicẽ. Heu dña Ma-
ria vere magna miſc̃dia tua ꝙ me cancm peſſimũ qui de-
uoraui filium ꝑmittis ſtare in domo tua ⁊ in p̃ſentia tua:
audiui qꝛ magna eſt bonitas tua: fac ergo ꝓpter te mecũ
miſc̃diam ſicut fecit filins tuus Jeſus cũ Paulo ꝑſecuto-
re. Nã veraciter credo ipm̃ Jeſum ex te natũ ſine virgi-
nitatis amiſſione: ⁊ ipm̃ fateor deũ verũ ⁊ hoiem in lege
noſtra ꝓmiſſum: cui⁹ miſc̃die nõ eſt numerus. Cũq; fleret
venit curia q̃rens ipm̃: ⁊ ibidẽ inuentũ ligauerũt. Et ipſe
cepit baptiſmũ petere dicẽs. Ut cognoſcatis ꝙ nõ ꝓpter
timorẽ mortis baptizari req̇ro: nũc ſupplico vt me bapti
zetis: et mox ducatis ad mortẽ. Qꝛ ſi negare vultis ba-
ptiſmũ. Jeſum chrm̄ redemptorẽ mũdi accipio in dato-
rem baptiſmi: ⁊ ſanguinẽ meũ accipio ꝓ aqua. Tũc ſtupe-
facti permiſit curia ipm̃ baptizari: ⁊ ſic ad carcerẽ poſtea
duci. Judea vxor ſua ꝯtemplans filiũ ſuũ iugulatũ vidit
ipm̃ viuere ⁊ ridere: moxq; gaudẽs audita baptizatione
ſui mariti: cum filio cucurrit ad curiã ⁊ oſtendit puerũ vi-
uentẽ ſola cicatrice remanente in gutture ſanum. Et ecce
miranť om̄es de his geſtis. Educiturq; iudeus baptiza-
tus de carcere. Moxq; puero illi data eſt perfecta vox et
in p̃ſentia totius populi diciť hoc ꝓtuliſſe. Mater miſeri-
cordiarũ ⁊ totius cõſolationis virgo ante partũ: ꝟgo in
partu: virgo poſt pattũ: mater Jeſu chr̃i filij dei intacta
me in ſuũ ſeruitorẽ adoptauit. Tũc oẽs laudãtes beatã
virginẽ Mariã: iudeũ baptizatũ ꝑmiſerũt liberũ abire. q̇
ſeruiens ex corde beate virgini: multa de ea contra iude-
orum perfidiã ꝯſcripſit: ⁊ tandẽ ſuus filius creſcens in bo
no proficiens: beate virgini deuotiſſimus ſeruus extitit.

Miraculum quartum.

Miraculũ. iiij. ¶ Ad idem refert Ceſarius in ſuo dialo-
goꝝ li. ꝙ ꝓpe Florentiã fuit quidã miles qui deditus va-
nitatibus ⁊ laſciuijs: cũ diſſipaſſet om̄ia bona ſua: a quo-
dam villico qui demonibus adherebat ꝯſilium requiſiuit
per quẽ modũ poſſet ditari. Qui eum ducendo ad quod-
dã nemus: vocato demone eis occurrit. Et cauſa queſi-
ta quid vellent: edixerunt ꝙ miles iſte vellet ditari. Et
demon ait. Facilia ſunt iſta mihi dũmõ volueris annuere
votis meis. Miles aſſenſit. Demon autẽ tria propoſuit.
¶ Primo abnegationẽ filij dei. ¶ Secũdo abrenũciati-
onẽ mr̃is eccl̃ie ⁊ ꝯſortiũ ſctõꝝ viroꝝ. Et hec duo miles
fecit. ¶ Tunc tertiũ ꝓpoſuit demon: ꝙ ſcz virginẽ bene-
dictam abnegaret ⁊ renunciaret ſuis ſubſidijs: meritis et
ſubuentionibus. Tũc miles noluit hoc tertiũ facere: licet
valde ſollicitareť a villico. Sicq; demon iratus receſſit:
et iſte miles nil ꝓſperũ in hac re habuit. Tandẽ nutu di-
